

8443495

27



UAN

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA



N. PEREIRA

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

1772

BX1935

.R86


1772

v.2

cl

152591





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

132591

NOTÆ HISTORICÆ  
IN UNIVERSUM  
JUS CANONICUM

RATIONIBUS CONSENTANEIS ADSERTÆ,

*Questionibus Historico-Critico-Dogmatico-Scholasticis illustrata,  
munita, atque in usum cupide Legum Sacrorum  
Juventutis precipue directæ.*

AUTHORE

P. THEODORO M. RUPPRECHT

Ordinis Servorum B. M. V. Sacro-Sanctæ Theologiæ, ac Sacrorum  
Canonum Lectore, nec non Provincia Bohemo-Rhenana  
Definitore Actuali.

*In* *Præfatio* *Præfatio*  
EDITIO NOVISSIMA. *Præfatio*

*In qua nunc primum accessit Index, in præcedentibus omnino desideratus: imo Synopsi  
seu methodica æconomia totius Operis, ordine Alphabetico distributa;*

ACCURATIORI STUDIO CONCINNATA

A JACOBO CARESMAR CANONICO PRÆM.

*Doctore Theologo.*

PARS SECUNDA.

TERTIUM, ET QUARTUM DECRETALIUM.



SUPERIORUM PERMISSU.

BARCINONE: Apud CAROLUM SAPERA Typogr. An. 1772.

*Sumptibus Societatis.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
CAPILLA ALFONSO DE BOURBON  
MICROFILMADO EN 1981

4617



1080046605

H. S. H. U. S.  
LIBER III. DECRETALIU. M.

BX 1935

R86

1772

V. 2



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MÉXICO

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ELENCHUS.  
LIBER III. DECRETALIU. M.  
PARS SECUNDA.

TITULUS I.  
De vita & honestate Clericorum. pag. 1.

TITULUS II.  
De cohabitatione Clericorum & mulierum. pag. 12.

TITULUS III.  
De Clericis conjugatis. pag. 18.  
*Quaestio Dogmatica.* An Ecclesia Latina Clericis in majoribus Ordinibus constitutis usum Matrimonii iuste interdixerit? pag. 36.

TITULUS IV.  
De Clericis non residentibus in Ecclesia vel Præbenda. pag. 50.

TITULUS V.  
De Præbendis & Dignitatibus. pag. 58.  
§. I. De Præbendis. pag. 59.  
§. II. De Dignitatibus & Personatibus. pag. 68.

TITULUS XXV.  
De Peculio Clericorum. pag. 71.  
*Quaestio Scholastica.* An Beneficiati sint Domini reddituum Beneficiorum superiorum? in notis hujus Tituli historice pertractata. ibid.

TITULUS XXVI.  
De Testamentis & ultimis voluntatibus. pag. 82.  
*Quaestio Scholastica.* An Beneficiarii de bonis intuitu Ecclesie acquisitis testari valeant? in notis ejusdem Tituli historice pertractata. ibid.

TITULUS XXVIII.  
De Sepulturis. pag. 91.  
§. I. De loco Sepulturae. ibid.  
§. II. De Jure Sepeliendi. pag. 96.  
§. III. De Ritibus Generalibus Sepulturae Catholicorum. pag. 100.

*Quaestio Dogmatica.* An Ritus Sepulturae Catholicorum sint rationabiles? pag. 104.

TITULUS XXX.  
De Decimis, Primitiis, & Oblationibus. pag. 109.  
§. I. De Decimis. ibid.  
§. II. De Primitiis & Oblationibus. pag. 119.

TITULUS XXXI.  
De Regularibus & Transuentibus ad Religionem. pag. 124.  
§. I. De Monachorum origine & varietate. pag. 125.  
§. II. De Monachorum Regulis. p. 134.  
§. III. De Monachorum Novitiatu & Professione. pag. 139.  
§. IV. De Disciplina Monachorum in communi viventium. pag. 147.

*Quaestio Dogmatica.* An Status Monasticus sit salutarius & utilis tum suis Professoribus, tum toti Ecclesiae? pag. 152.

TITULUS XXXV.  
De Statu Monachorum & Canonicorum Regularium. pag. 178.  
§. I. De Clericis & Canonicis Regularibus. ibid.  
§. II. De Ordinibus Militaribus. p. 192.

TITULUS XXXVIII.  
De Jure Patronatus. pag. 195.

TITULUS XL.  
De Consecratione Ecclesie vel Altaris. pag. 202.

TITULUS XLII.  
De Celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistiae, & Divinis Officiis. pag. 208.  
§. I. De ipso Missae Sacrificio, ejusque infli-



- institutions, ac frequentatione in Ecclesia. pag. 210.  
 §. II. De variis nominibus hujus inveniendi Sacrificii. pag. 215.  
 §. III. De Ritibus in Sacrificio Missæ adhibitis. pag. 219.  
 §. IV. De Liturgiis. pag. 223.  
 §. V. De variis Missarum generibus. pag. 228.  
 §. VI. De iis, quæ ad Missæ locum,

- tempus, numerum, idioma spectant. pag. 232.  
 §. VII. De Vestibus Sacerdotalibus. pag. 237.  
 §. VIII. De Partibus Missæ. pag. 239.  
 Questio Historico-Dogmatica. An Missæ Sacrificium à Christo fuerit institutum, & ab incunabulis Ecclesiæ frequentatum? in notis hujus Tituli historice pertractata. ibid.

## LIBER IV. DECRETALIUM.

### TITULUS I. ET UNICUS.

- De Sponsalibus & Matrimonio. pag. 255.  
 §. I. De Matrimonio secundum se, ejus primæ institutione, ac successiva æconomia usque ad Censuram. ibid.  
 §. II. De Matrimonio per Christum reformato, atque æconomia Ecclesiæ circa Politicam & dicitur. p. 263.  
 §. III. De Matrimonio post mortem conjugii iterato, seu de secundis Nuptiis. pag. 287.  
 §. IV. De Solemnitatibus Matrimonii,

- præcipue de Sponsalibus. pag. 303.  
 §. V. De Matrimonii impedimentis in genere. pag. 322.  
 §. VI. De Matrimonii impedimentis in specie, tam impedientibus, quam irritantibus. pag. 332.  
 Questio Dogmatica. An Matrimonium à Fidelibus baptizatis legitime Contractum sit verum novæ Legis Sacramentum? pag. 361.  
 Questio Scholastica. Num Sacerdos, an ipsi Contractantes sint Sacramenti Matrimonii Minister? pag. 372.

### ERRATA SIC CORRIGE.


- Pag. 17.  
 Pag. 38.  
 Pag. 81.  
 Pag. 88.  
 Pag. 100.  
 Pag. 102.  
 Pag. 114.  
 Pag. 135.  
 Pag. 146.  
 Pag. 163.  
 Pag. 177.  
 Pag. 185.  
 Pag. 195.  
 Pag. 201.  
 Pag. 215.  
 Pag. 258. 272. & 288.  
 Pag. 281.  
 Pag. 341.  
 Pag. 368.  
 Pag. 369.  
 Pag. 375.

- col. 1. lin. 1. & 2.  
 col. 1. lin. 32.  
 lin. 1.  
 lin. 1.  
 col. 2. lin. 21.  
 col. 1. lin. 33.  
 col. 2. lin. 31. & 32.  
 col. 1. lin. 42.  
 col. 2. lin. 45.  
 col. 2. lin. 17.  
 col. 1. lin. 23.  
 col. 1. lin. 2.  
 col. 2. lin. 28.  
 col. 1. lin. 30.  
 col. 1. lin. 37. & 38.  
 lin. 1.  
 col. 1. lin. 3.  
 citat.  
 col. 2. lin. 15.  
 col. 2. lin. 15.  
 col. 2. lin. 23.

- Haber.  
 Innocentius III.  
 longæ  
 Tit. XXVI.  
 Tit. XXV.  
 tumultum.  
 memoria.  
 luminari.  
 Si. Pachomius.  
 adhibentem.  
 procurat.  
 protestativè.  
 non.  
 ipsiusque.  
 memini.  
 V Vittembergensium.  
 Tit. I. Lib. VI.  
 intactam.  
 141.  
 votati.  
 Divinum.  
 Florentinus.

- Lege.  
 Innocentius III.  
 longo.  
 Tit. XXV.  
 Tit. XXVI.  
 tumultum.  
 memoria.  
 luminaria.  
 S. Pachomius.  
 adhibentem.  
 procurant.  
 protestativè.  
 olim.  
 ipsiusque.  
 memini.  
 V Vittembergensium.  
 Tit. I. Lib. IV.  
 intactam.  
 341.  
 votati.  
 Divinum.  
 Florentina.

II.



## LIBER III. DECRETALIUM. TITULUS I.

### De Vita & Honestate Clericorum.

**D**E Clericorum Sæcularium vita & honestate hoc Titulo agemus, non de Regularium, de iis siquidem in posterioribus Titulis præsentis Libri differendi se se offeret occasio. Quamvis autem vitæ morumque honestatis in omnibus promiscue Christianis emicare debeat, utpote professione sua imitatoribus Christi, qui vitæ morumque honestatis & Magister fuit, & absolutissimum Exemplar: imprimis tamen in Clericis effulgeat esse necesse, quod Magistri Evangelicarum virtutum à Christo sunt instituti, ad efficaciam autem Magisterii requiratur, ut id, quod verbo docetur, opere exhibeatur; ne, cujus vitæ despiciatur, ejus etiam prædicatio contemnatur. Hinc Trid. Sess. 22. cap. 1. de Ref. Ni-

bil est, inquit, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quam corum vitæ, & exemplum, qui se divino Ministerio dedicaverunt. Cum enim à rebus sæculi in altiores sublatis locum conspiciantur, in eos, tamquam speculum reliqui oculos conspiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vacatos vitam, moreque suos omnes componere, ut habitu, vestitu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum, ac religiose plenum præferant, levitia etiam dilicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant; ut eorum actiones cunctis offerant venerationem. Cum igitur, quo majore in Ecclesia Dei & utilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sint observanda: statuit S. Synodus, ut quæ alias

Tom. II.

A

2

- institutions, ac frequentatione in Ecclesia. pag. 210.  
 §. II. De variis nominibus hujus inveniendi Sacrificii. pag. 215.  
 §. III. De Ritibus in Sacrificio Missæ adhibitis. pag. 219.  
 §. IV. De Liturgiis. pag. 223.  
 §. V. De variis Missarum generibus. pag. 228.  
 §. VI. De iis, quæ ad Missæ locum,

- tempus, numerum, idioma spectant. pag. 232.  
 §. VII. De Vestibus Sacerdotalibus. pag. 237.  
 §. VIII. De Partibus Missæ. pag. 239.  
 Quæstio Historico-Dogmatica. An Missæ Sacrificium à Christo fuerit institutum, & ab incunabulis Ecclesiæ frequentatum? in notis hujus Tituli historice pertractata. ibid.

## LIBER IV. DECRETALIUM.

### TITULUS I. ET UNICUS.

- De Sponsalibus & Matrimonio. pag. 255.  
 §. I. De Matrimonio secundum se, ejus primæ institutione, ac successiva æconomia usque ad Censuram. ibid.  
 §. II. De Matrimonio per Christum reformato, atque æconomia Ecclesiæ circa Politiniam & divortia. p. 263.  
 §. III. De Matrimonio post mortem conjugii iterato, seu de secundis Nuptiis. pag. 287.  
 §. IV. De Solemnitatibus Matrimonii,

- præcipue de Sponsalibus. pag. 303.  
 §. V. De Matrimonii impedimentis in genere. pag. 322.  
 §. VI. De Matrimonii impedimentis in specie, tam impedientibus, quam irritantibus. pag. 332.  
 Quæstio Dogmatica. An Matrimonium à Fidelibus baptizatis legitime Contractum sit verum novæ Legis Sacramentum? pag. 361.  
 Quæstio Scholastica. Num Sacerdos, an ipsi Contractantes sint Sacramenti Matrimonii Minister? pag. 372.

### ERRATA SIC CORRIGE.

- Pag. 17.  
 Pag. 38.  
 Pag. 81.  
 Pag. 88.  
 Pag. 100.  
 Pag. 102.  
 Pag. 114.  
 Pag. 135.  
 Pag. 146.  
 Pag. 163.  
 Pag. 177.  
 Pag. 185.  
 Pag. 195.  
 Pag. 201.  
 Pag. 215.  
 Pag. 258. 272. & 288.  
 Pag. 281.  
 Pag. 341.  
 Pag. 368.  
 Pag. 369.  
 Pag. 375.

- col. 1. lin. 1. & 2.  
 col. 1. lin. 32.  
 lin. 1.  
 lin. 1.  
 col. 2. lin. 21.  
 col. 1. lin. 33.  
 col. 2. lin. 31. & 32.  
 col. 1. lin. 42.  
 col. 2. lin. 45.  
 col. 2. lin. 17.  
 col. 1. lin. 23.  
 col. 1. lin. 2.  
 col. 2. lin. 28.  
 col. 1. lin. 30.  
 col. 1. lin. 37. & 38.  
 lin. 1.  
 col. 1. lin. 3.  
 citat.  
 col. 2. lin. 15.  
 col. 2. lin. 15.  
 col. 2. lin. 23.

- Haber.  
 Innocentius III.  
 longæ  
 Tit. XXVI.  
 Tit. XXV.  
 tumultum.  
 memoria.  
 luminari.  
 Si. Pachomius.  
 adhibent.  
 procurat.  
 protestativè.  
 non.  
 ipsiusque.  
 memini.  
 V Vittembergensium.  
 Tit. I. Lib. VI.  
 intactam.  
 141.  
 votati.  
 Divinum.  
 Florentinus.

- Lege.  
 Innocentius III.  
 longo.  
 Tit. XXV.  
 Tit. XXVI.  
 tumultum.  
 memoria.  
 luminaria.  
 S. Pachomius.  
 adhibent.  
 procurant.  
 protestativè.  
 olim.  
 ipsiusque.  
 memini.  
 V Vittembergensium.  
 Tit. I. Lib. IV.  
 intactam.  
 341.  
 votati.  
 Divinum.  
 Florentina.

II.



## LIBER III. DECRETALIUM. TITULUS I.

### De Vita & Honestate Clericorum.

**D**E Clericorum Sæcularium vita & honestate hoc Titulo agemus, non de Regularium, de iis siquidem in posterioribus Titulis præsentis Libri differendi se se offeret occasio. Quamvis autem vitæ morumque honestatis in omnibus promiscue Christianis emicare debeat, utpote professione sua imitatoribus Christi, qui vitæ morumque honestatis & Magister fuit, & absolutissimum Exemplar: imprimis tamen in Clericis effulgeat esse necesse, quod Magistri Evangelicarum virtutum à Christo sunt instituti, ad efficaciam autem Magisterii requiratur, ut id, quod verbo docetur, opere exhibeatur; ne, cujus vitæ despiciatur, ejus etiam prædicatio contemnatur. Hinc Trid. Sess. 22. cap. 1. de Ref. Ni-

hil est, inquit, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vitæ, & exemplum, qui se divino Ministerio dedicaverunt. Cum enim à rebus sæculi in altiores sublatis locum conspiciantur, in eos, tamquam speculum reliqui oculos conspiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vacatos vitam, moreque suos omnes componere, ut habitu, vestitu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum, ac religiose plenum præferant, levitia etiam dilicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant; ut eorum actiones cunctis offerant venerationem. Cum igitur, quo majore in Ecclesia Dei & utilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sint observanda: statuit S. Synodus, ut quæ alias

Tom. II.

A

2



2  
 à Summis Pontificibus, & à sacris Conciliis de Clericorum vita, & honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, comestationibus, choreis, aleis, lustris, ac quibuscumque criminibus, nec non secularibus negotiis fugiendis copiose ac salubriter sancita fuerunt, eadem imposterum eisdem penis, vel maioribus, arbitrio Ordinariorum imponendis, vberferentur. Hoc itaque Decreto, conformiter antiquis Canonibus, Clericis sub gravibus penis prohibentur nominatim luxus, comestationes, choreæ, aleæ, lusus, & sectatio negotiorum secularium; & præter alia eidem commendatur honestas in cultu, seu vestitu. Nos conformiter scopo suscepti operis Notas historicas de Clericorum vestitu, & quidem tantum civili dabimus, de sacro infra Titulo 41. hoc libro acturi.

2.  
 Cum nihil magis prodatur spiritum carnis, mundique intus in animo dominantem, quam exterior vestitus pompam, molliemque spirans; Christus Apostolos suos, atque in iis universum Clerum ad parcitatem, modestiamque vestium verbo, & exemplo hortatus est.

Matth. 11. v. 8. Sed quid exiitis videre? hominem mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestitur in domibus regum sunt. Matth. 10. v. 9. & 10. Nolite possidere aurum --- neque duas tunicas. Joannis 19. v. 23. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Taliem ergo vestem unquam clausam, & textilem, hoc est, simplicem portabat Christus.

3.  
 Ecclesia Christi Sponsa, & Spiritus ejus imbuta, à primis ad nostra secula parcatem, modestiamque in habitu Clero indefinenter inculcavit.

Propositio partium patet ex jam relatis ex Trid. & ultetius elucidet ex dicendis. Huic autem intentioni nequaquam ob-

versantur Ornamenta, dignitate in Ecclesiastica Hierarchia respectiva fulgentibus personis vel concessa, vel præscripta, uti Titulo VIII. & XXIII. demonstratum est.

4.  
 Clerici per priora V. sæcula tum in Oriente, tum in Occidente quantum ad vestitum communem, nec vestis forma, nec colore se à Laicis secernebant, sed sola vestis modelia.

Primam propositionis partem vel una Cælestini Pape ep. ad Viennensis, & Narbonensis Provinciarum Episcopos A. 428. data evincit, utpote in qua improbat Clericos, qui tum primum pallio induti, & zona præcincti incedebant, vestesque studebant discerni à Laicis. *Didicimus, inquit, quosdam Domini Sacerdotes superstizioso potius cultui inservire, quam mentis, vel fidei puritati. Amicti pallio, & lumbis præcincti credunt se Scripturam fidem non per spiritum, sed per litteram completuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, ut taliter servarentur, cur non sunt pariter, quæ sequuntur, ut lucernæ ardentes in manibus una cum baculo teneantur? Et post: Discernendi à plebe vel ceteris sumus doctrinam, non vestis; puritate, non cultu. -- Unde hic habitus in Ecclesiis Gallicanis, ut tot annorum, taurorumque Pontificum in alterum habitum consuetudo vertatur? &c. nam si incipiamus audire novitati, traditum nobis à Patribus ordinem calcabimus, ut locum superstitiosi superstitionibus faciamus. Juxta Cælestinum igitur distinctio in vestitu à Laicis, ab illis quibus Episcopis Gallie sæculo V. adolescentæ affectata, erat novitas contra aliarum Ecclesiarum consuetudinem; Patrumque traditionem introducta; in utraque igitur Ecclesia Clerici velis forma à Laicis non discriminabantur. Immerito itaque hanc propositionem apud Alexandrum hist. Eccl. sæc. IV. c. 5. à 8. notaverunt Censores Romani, cum eidem recentissime subscribat SS. noster Benedictus*

Papa

Papa XIV. in præclarissimo suo opere de Missæ Sacrificio §. 38.

Quantum ad 2. p. ex ep. S. Hieronymi ad Nepotianum de vita Clericorum infra scripta colligitur, nigro colore suo tempore, id est, sæculo IV. necdum fuisse indutos Ecclesiastici Ordinis Viros. Sic autem habet: *Vestes pulvas æque deviti, ut candidas, ornatas ut sordes pari modo fugiendi sunt: quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.*

Tertiam partem eodem sæculo IV. adstruit Concilium Carthaginense IV. cap. 45. ubi ait: *Clericus professionem suam & in habitu, & in incessu probet: & nec vestibus, nec calcamentis decorem querat.* Hæc & similia tum in hoc, tum in aliis horum sæculorum Conciliis Clericis merito inculcata sunt, eo quod jam tum, quemadmodum in secularium, ita & in Clericorum habitu luxui, mundanaeque gloriæ non infrequenter litarent. Unde idem Hieronymus in ep. ad Eustochium de custodia Virginitatis, *Omnia, inquit, bis (Clericis) cura de vestibus, si bene oleant; si pes laxa pelle non soleat. Crines calamistris vestigio rotantur: digiti annulis radiant: & ne plantas humidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia. Tales cum videris, sponso magis existimato, quam Clericos.* Et Julianus Pomerius de vita contemplativa lib. 2. c. 24. describens illos, quos mox laudatus canon Carthaginensis videtur reprehendisse; *Taceo, inquit, de illis, qui nutante lapsabundi corporis motu, desuementibus in aëre vestimentis incedunt, & vagis laterum flexibus quodammodo fluctuantes.* Et iterum Hieronymus in laudata ad Eustochium ep. *Si Lector, si Acolytus, si Psalter te sequitur, non ornentur veste, sed moribus: nec calamistrata crispent comas, sed pudicitiam bobitu polliceantur.* Ita nimirum corrupta in nobis natura, ad vanitatem præsertim in vestibus sectandam, pondere quodammodo fertur, ut Ecclesia per omnia secula vix

non fatigata fuerit ad eam in potioribus suis membris, Clericis nimirum, eliminandam, operam oleumque quantum ad Laicos, præsertim modernis sæculis, perdens.

5.  
 Prioribus illis sæculis eisdem fere vestes, quæ nunc ad Sacrificium adhibentur, fuerunt vestes civiles, Laicis Clericisque communes.

Hanc propositionem probat Sanctissimi noster tractatus citato §. 39. ex Thomassino p. 1. lib. 2. c. 45. in quo ostendit, stolam, manipulum, & albam profanas antea fuisse vestes. Et cap. 47. N. 4. postquam plures attulit auctoritates, *Quibus ex testimonio, inquit, constat, tunicam, dalmaticam, casullam, communes illas fuisse quondam Laicorum vestes, multoque magis Clericorum civili in usu, ac tandem eo evasisse, ut propria Clericorum essent, nec in civili tantum usu, sed & in sacro, Laicis à patrio majorum habitu ad peregrinas vestes desiscentibus.* Non subeat autem Lectorem idea erronea, quasi Laici, Clericis in compitis, forsique incessissent illis sæculis, quemadmodum nostri Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconive procedunt ad Altare, ea nimirum Casulle, Dalmatica, Albæ, Manipulique forma, &c. quæ nunc conspiciuntur, id enim non præterit propositio. Vestimenta enumerata nec eadem figura, nec omnia simul gelabantur à Laicis, & Clericis in usu civili, quemadmodum nunc gelantur à Clero in sacris, ut mox patebit.

6.  
 Stole apud veteres, seu etiam Christianos primorum VI. sæculorum longe diversus erat significatus à moderno.

Imprimis enim tam Græcis, quam Latinis Scriptoribus muliebrem vestem significabat, ad talos usque dimissam. Unde Cicero effeminatos Marci Antonii mores redarguens Philip. 2. ait: *Sumpsi virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.* Sumitur etiam pro quolibet genere vestimenti Regum, Sacerdotum, privatorum Genesis 41. & 45.

A 2

Est



Escher. e. 6. lib. 2. Machab. cap. 3. Stola autem viritem vestem fuisse talarem; quæ totum corpus tegeret, præter caput & colulum, instar Pederis, probat Cardinalis Bona Rer. Liturg. lib. 1. c. 24. §. 6. ex Xenophonte, qui 8. Cyrpad. ejus formam describens, ait: *Elegit itaque Stola Medorum & ipse ferre, & ut familiariter ea induerentur, persuasit. Hæc autem visa est et occultare, si quis defectum aliquem haberet in corpore.* Simili quoque modo describit S. Germanus Constantinopolitanus Stola Sacerdotalem in Theoria Liturgicæ, quam esse ait ignicolorem, demissam usque ad pedes instar Pederis Aaron. Stola igitur virilis in præsentia significatu non videtur aliud fuisse, quam tunica, seu toga Romana talaris, molliorem fæmineam amplitudinis, plicarumque paritate excludens, ut ex Cicerone relato colligitur.

7. Stola nihilominus nostræ similis mentio habetur in monumentis horum sæculorum.

De stola in hoc significatu sermonem habebimus infra Tit. 41. ubi & de Orariis, quæ veteres cum stola in moderno significatu subinde confundebant, verba faciunt.

8. Si nomine manipuli intelligatur Sacerdarium, sive Orarium, ejus usus primis Ecclesie sæculis Clericis Laicisque communis fuit.

Quamvis enim ora vestis facies abstergeri solet, antequam linteola in usu essent, unde Plautus in Mercatore act. 1. Scena 2. *Sume laciniam* (partem scilicet extremam vestimenti) *atque absterge sudorem tibi*: nihilominus avo Christiano coævum esse linteolorum, seu Orariorum usum, Clericis Laicisque communem, in quorum locum apud Altaris Ministros postea successere manipuli moderni, ut suo loco videbimus, præter alia constat ex S. Ambrosio oratione habita in obitu fratris sui Satyri, ubi ait: *Divinum fidelium sacramentum ligari fecit in ora-*

*rio, & Orarium involvit collo, atque ita se deiecit in mare.* Et iterum ep. 34. de miraculis SS. Gervasi & Protasii: *Quænta Oraria jaclantur? & tactu ipso medicabilia resposcuntur.*

9. Albæ primis Ecclesie sæculis peculiaris quidam Laicorum, qui magna essent dignitate, fuit ornatus. Easque Episcopi & Presbyteri ad usum communem adhibebant.

Quantum ad 1. p. Aurelianus Imperator dicitur à Vopisco donasse etiam populo Romano tunicas albas manicatas ex diversis Provinciis, & lineas Afras, atque Ægyptias puras. Et Hieronymus in ep. 128. ad Fabiolam: *Volo, inquit, pro legentis facilitate abuti vulgato sermone: solent militantes habere lineas, quas camisas vocant, sic aptas membris, & ad utilitatem corporibus, ut expediti sint vel ad cursum, vel ad prælia dirigere jacula, tenere clypeum, enses vibrare, & quæcumque necessitas traxerit.* Hinc concludit: *Ergo & Sacerdotes parati in ministerium Dei utuntur hac tunica, ut habentes pulchritudinem vestimentorum, nudorum celeritate discurrant.*

Eos vero Albis, non tam strictis quidem, sicut illæ militum ab Hieronymo perhibentur, etiam extra Sacra usos fuisse, constat exemplo S. Cypriani Martyris, qui à Pontio in obeundo Martyrio in Alba stitisse perhibetur. Et Concilium Carth. IV. A. 398. cap. 1. statuit: *Ut Diaconus tempore oblationis tantum vel electionis Alba utatur.* Unde conjecturam capere licet, Episcopos, & Presbyteros etiam alio tempore Alba usos fuisse. Ex his alias fuisse simplices, & sine opere puras dicit Vopiscus, alias vero serico, purpura, auro intertextu ornatas & decoratas. Docet idem Vopiscus in Aureliano, quæ ratione Albæ lineæ ornarentur, appositis scilicet Loris, aut Fimbriis purpureis, sive aliis duabus, pluribusque, unde earum diversa nomina, & quidem aliis monoloris, aliis dilores, tri-

trilores aliis, & usque ad pentalores, quales bodie lineæ sunt. Ex his etiam patet, Albas, de quibus sermo, non fuisse portatas super nudum corpus, quemadmodum camisas, seu indulta, de quibus Idorus lib. 19. Originum cap. 22. *Camisias, inquit, vocamus, quod in his dormimus in Camis, id est, in stratis nostris; sed super vestes alias; nam in tunicas illas interiores aurum mittere de mentiam judicabat Alexander apud Lampridium, propter auri rigorem & asperitatem.*

10. Albæ ne diffunderent, & gressum impedirent jam olim ciugulo adstringebantur, quod Judæis balteum, Græcis zona dicitur.

Qui distinctus esset apud Judæos & Romanos, otio, luxu, & deliciis distans habebatur; ut ostendit Vertus lib. 2. pag. 370. Cingulum igitur & à Laicis, & à Clericis tum adhibebatur.

11. Casulla & Planeta profana his sæculis erant indumentum.

Casulla, teste Idoro lib. 19. Originum c. 24. per diminutionem à Casa dicta est, quod totum hominem tegat, quasi minor Casa. Planeta vero nomen ex eo deducitur, quia oris erraticibus divagatur, ut ait Gemma animæ lib. 1. c. 207. *Limbus ejus errabundus utrinque in brachia elevatur.* Huic Planetae similem vestem habuere Græci, *Phenolium*, seu Phalonium dictam, quam Latini Penulam veterant. Penulam suam se Troade apud Carpum reliquisse scribit Paulus 2. ad Timoth. c. 4. An hæc Penula fuerit vestis sacra, an alia communis tricolor, ac imbribus depellendis apta, an denique Serenium, seu Theca libris & membranis referta, controversum est inter Doctos. De qua Controversia vide Card. Bona lib. 1. c. 34. §. 8. Porro Planetam, Casullam, Phenolium, seu penulam primis Ecclesie sæculis vestem fuisse profanam, Laicis Clericisque communem, constat tum ex Cassiano, qui sæculo V. vitem

Monachorum habitum opponens infano secularium habitus luxu, ita loquitur: *Et ita Planetarum, atque Pyrrhorum pretia, simul ambitionemque declinant.* lib. 1. de hab. Monach. Et Ferrandus Diaconus in vita S. Fulgentii c. 18. *Casullam pretiosam, vel superbi coloris nec ipse habuit, nec Monachos suos habere permisit.* Subtus Casullam nigella vel lactinis pallio incessit. Joannes item Diaconus lib. 4. de vita S. Gregorii c. 83. *Planetæ sæculo VI. Laicis adhuc usitatas fuisse inquit, dum de ejus Patre scribit: Casullam habitus castanci coloris Planeta est.* Et S. Idorus sæculi VII. initio in regula c. 12. inter Laicorum vestes Planetam recenset: *Porro, inquiens, linteum non licet Monacho indui; Orario, Birris, Planetis non est fas uti.* Denique author vitæ S. Casarii Arelatensis, qui sæculo V. floruit, hæc habet: *Ambulam Casarius super plateam civitatis, vidit contra in foro hominem, qui à demonio agebatur, in quem cum attendisset, habens manum sub casulla, ut à suis non videretur, crucem contra eum fecit.* Planetam igitur in quotidianos usus adhibuit Casarius. Erant igitur Planeta, Casulla, Penula, Pyrrhi, Albæ, sicut & Dalmatica, de quibus mox, superindumenta, quibus illis & sequentibus sæculis super Tunicam Togamque talarem utebantur tum Clerici, tum Laici, ut ex nunc dictis, si expendantur, manifesto liquet.

12. Dalmatica prioribus illis sæculis civilis Cleri Laicorumque habitus fuerunt. Dalmaticam Romanis in usu fuisse Lampridium testatur, qui de Commodo & Heliogabalo Imperatoribus scribit in dedecus, & probum ipsorum, quod dalmaticati in publicum processerint: vel quia mollium & delicatorum vestis censebatur, vel quia exotica, & Romanorum oculis inlaeta erat. Eius sit mentio in actis S. Cypriani, ubi Pontius ejus vitæ scriptor ait: *Cum se Dalmatica exposita*



liaſet, & Diaconibus tradidiſſet, ſtetit in linea, ſeralem nimirum ſcſtum à carnicie expectaturus. Sacra, an communis fuerit illa Cypriani Dalmatica, quaſtio eſt inter Liturgiſtas. Cardinalis Bona communem fuiſſe credit, eo quod illo versondum ad uſum ſacrum tranſlata fuerat. Dalmatici uſos fuiſſe Imperatores, Regeſque, dum inaugurarentur, atque ad alia ſpecialia decora, etiam prioribus hiſ ſaeculis, probat Eminentiffimi hujus Cardinalis egregius Commentator Robertus de Sala in notis ad lib. 1. c. 24. §. 18. Hiſ Dalmaticis affue erat vellimentum, Colobium dictum. Erant autem Colobia, Telle Bona L. cit. tunica ſine manicis, non quod proſus manicis careant, ſed quia ad cubitum tantum pertingebant; Dalmatica vero madicata erant, & talares, ſericea, albe, auro ornate, & plagiſtis, ſeu clavis ex purpura aſſutis diſtincta. In Dalmatia primum inventa, & illinc Romam tranſlate ſunt, unde & nomen acceperunt, ſicut ait Iſidorus lib. 19. Orig. cap. 22.

13. Saeculo VI. Clericorum habitus quantum ad formam à Laicorum veſte ſecerni cepit in Occidente, qui moſ ſaeculo VII. & VIII. roboratus eſt: ſecus accidit in Oriente.

Quantum ad Occidentem diverſitas in eo poſita erat, quod Clerici Romanam Togam, ſeu Veſtem oblongam & talarem omnibus Romani orbis incolis, exceptis militibus, à ſaeculis communem retinerent, Laici vero ſibi in Sagis ſeu veſtiti breviori, quem barbari boreales Occidentem vaſtantes geſtabant, ſibi complacere inciperent. Id quod ſaeculo VI. incepſiſſe, ſeptimo vero, & octavo roboratum fuiſſe ſuadet Patrum loquendi ratio, quæ uſu quaſi quotidiano illis ſaeculis veſtes Clericorum à Laicalibus diſtinguit, de qua diſtinctione prioribus ſaeculis alium ſilentium. Sic ſaeculo VI. Synodus Matificonenſis can. 1. Clericis ſa-go, aut veſtimentis, & calcamentis ſa-

cularibus interdicit. Et Liptinenſe ſec. VIII. cap. 3. præcipit: Ut Presbyteri vel Diaconi non Sagis Laicorum more, ſed Cafullis utantur ritu ſervorum Dei. Concinat Concilium Sueſſionenſe eodem ſaeculo, dum vetat, ne Laicorum habitum portent omnes Clerici. Sic ſaeculo eodem VI. Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 14. ſcribit: Meroveus tonſuratus eſt, mutataque veſte, qua Clericis uti moſ eſt, Presbyter ordinatur. Nec minus evidenter ſaeculi VI. fine, & VII. initio S. Gregorius M. veſte ipſa Clericos ſua à Laicis diſpexit: Paulum Clericum, qui deſpecto habitu ſuo ad laicum reverſus vitam ad Africam duxerat, prævidimus in poſtinitiam dari. Lib. 2. ep. 24. Et alibi: Dum ad Ecceſiaſticum habitum veniunt, non diſſimiliter, quam vixerant, vivunt. Lib. 7. ep. 11. Et Joannes Diaconus in hujus Sanctiſſimi Pontificis vita, Nullus, inquit, Pontifici famulantium à minimo uſque ad maximum, barbarum quilibet in ſermone, vel habitu præferbat; ſed togata; Quiritum more, ſeu trabecata latinitas ſuum latium in ipſo latiali Palatio ſingulariter obtinebat. Lib. 2. c. 15. Ex quo magifico teſtimonio evidenter apparet, quantum vel ipſi Romani in curtas barbarorum veſtes ſaeculo VII. deſlexerint, quodque ſaeculo ſequenti ipſi etiam Clerici eas affectaverint, ut patet ex prohibitionibus Concilii Liptinenſis, Matificonenſis, & Sueſſionenſis mox relatis.

Quantum ad Orientem eſto Synodus Trullana canone 27. ſanxerit, ut Clerici in urbe & rure veſte ſua utantur; hæc tamen veſtis Clericalis à laicali diverſitatem formam ipſam habitum non reſpiciebat, ſed modeltiam, cum hiſ ſaeculis barbari in Orientem non ita exundaveſſent.

14. Iſdem ſaeculis Epifcopi & Presbyteri, etiam extra ſacra, domi, in urbe, & ruri Alba ſuper veſte talari utebantur.

Id perſpicue colligi putat Thomaff. p. 1. lib. 2. c. 47. ex canone 28. Concilii To-

Toletani IV. A. 633. celebrati, qui ita ſonat: Epifcopus, Presbyter, aut Diaconus, ſi à gradu ſuo injuſte deſectus, in ſecunda Synodo innocens reperiatur, non poſſet eſſe, quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram Altario de manu Epifcopi, Orarium, annulum, & baculum: Si Presbyter, Orarium, & Albam: Si Subdiaconus patenam, & calicem: ſic & reliqui gradus ea in reparationem ſui recipiant, quæ, cum ordinarerentur, perciperunt. Cum enim tenore illius nec Presbytero, nec Epifcopo reſtituatur Alba cum redintegrantur, nec auferuntur deponuntur, ſequitur, quod communis & uſitata hæc eſſet eorum veſtis. Sed de hoc canone luculentius, quando agemus de veſtibus ſacris.

15. Talaris hæc Clericorum veſtis perfeſſerabat ſaeculo VIII. & IX. Presbyterique inſuper Alba & Stola ſuperinduti extra ſacra incedere debebant.

Quantum ad togam talarem Concilium Metenſe A. 888. celebratum cap. 6. fancit: Ut nemo Clericorum arma portet, vel indumenta laicalia induat, id eſt, Cottos (ſeu curtas veſtes) vel Mantellos ſine cappa non portet; & Laici cappas non portent. Eſto ergo honoratiores aliqui Laici tum adhuc talariter incederent, illorum tamen togæ à Clericorum Cappis, ſeu Cafullis diſtinguebantur. Conſidero autem licet ex canone 61. Concilii Aquigranenſis A. 817. habito, quo præcipitur, ut Monachi Cappas diſconſutas præter villoſas non habeant, etiam Clericorum Cappam ſeu Cafullam antea ex parte clauſam, conſutamque eſſe debuiſſe.

Quantum ad Albas & Stolas Concilium Moguntinum A. 813. can. 28. ait: Presbyteri ſue intermiſſione utantur Orarii propter diſſertiam Sacerdotii dignitatis. Et apud Regionem lib. 1. c. 62. & 66. Formula Viſitationum Epifcopatum inquiri ad Epifcopis Parochos præcipit: Si ſine Stola vel Orario in itinere

incedat, ſi abſque Alba, aut cum illa Alba, qua in ſuoi uſus quotidiana utitur, Miſſam cantare preſumat. Et canone, quem Gratianus 17. q. 4. c. 25. Concilio Triburienſi tribuit, fancitur: Ut Presbyteri non vadant niſi Stola, vel Orario induti, & ſi in itinere ſpoliantur, vel vulnerantur, aut occidantur non Stola veſtiti, ſimplici emendatione ſua ſolvantur; ſi autem cum Stola, triplici. Nomen Stole hiſ in locis accipi pro communi vellimento, quod ita proprium foret Sacerdoti, ut eum diſcerneret à ſeculari, autumat Cardinalis Bona lib. 1. c. 24. §. 7. & ejus Gloſſator eximius Robertus Sala: contrarium tenent Dominicus Georgius, & Joſephus Catalanus, quos laudatus Sala L. cit. ad longum reſellere conatur. Argumenta Catalani ſunt I. quod in Concilio Braecarenſi L. A. 563. c. 19. reprehendantur Diaconi, quod Oraria infra tunicam abſcondant: igitur Braecarenſe Concilium Stolam diſtinxit à veſte talari. Reſpondet Eminentiffimi Cardinalis Commentator & Vindex, ibi nomine tunice intelligi dalmaticam, & conſequenter canonem loqui de Diaconis in ſacro miniſterio occupatis, in quo Stola, ſeu Faſcia à tunica, ſeu Dalmatica diſtinguebatur. II. S. Maurum Abbatem recepto ſui ſaeculi more Diaconalem Stolam primo ordinationis ſua anno extra rem ſacram portari, teſte ipſius viſe Scriptore. Reſpondet Sala, hæc & ſimilia exempla ſingularia Sanctorum priſcum ritum induendi ſacra veſtimenta ad Miſſeram ſolemnia celebranda loco vere non poſſe; quin ex Thomaff. p. 1. lib. 2. c. 45. N. 16. errorum contrarium arguere, eo quod evincant, apud æteros conſuetum fuiſſe, ut in Sacrificio veſtes communes deponerent, & ſacras induerent. At urget Catalanus, hæc & ſimilia argumenta in ſua ſententia contrarium adducta, ſolum evincere Presbyterum, aut Diaconum hiſ ſaeculis extra ſacra non proceſſiſſe indutum omnibus veſti-



vestimentis suo ordini congruentibus; nequaquam vero quod usi non fuerint una stola in signum suae dignitatis. Respondet Sala, eandem rationem esse de uno sacro indumento, ac de omnibus. Ego, ut auferem inter olores agam, atque quid sentiam candidè aperiam, iudico eam Eminentiſſimo Cardinali Bona, eiusque Apologisa contra Catalanum in Concilio Braccarenſi I. & III. à Bona lib. cit. relatis, Stola nomine intelligi. Stola nostræ similem, eamque sacram, eo quod Braccarenſe expresse habeat: *Cum Sacerdos ad Missam Salernina accedit — non aliter accedat, quam Orario utroque humero circumſeptus*; Braccarenſe vero I. à Catalano supra in primo argumento relatum de Ecclesiis apertam mentionem faciat: *Placuit; inquit, ut quia in antiquitate huius Provinciae Ecclesiis Diaconi &c. adeoque bonam esse Sile responsionem ad hoc Catalani Argumentum; at rogo in favorem Catalani ex his Canonibus inferri posse, à Moguntino, & Triburiensi Conciliis supra hoc N. adductis, Stola, seu Orarii nomine sine intermissione gestandi intelligendum esse vestimentum commune, quod ita proprium Sacerdotis foret, ut eum discernere à secularibus. Ex dictis enim & adhuc dicendis constat I. Suras vestes à primis usque ad VIII. seculum à aliis quidem fuisse à civilibus Clericorum, non tamen dissimiles, saltem omnes. Unde Thomass. l. cit. c. 47. N. 4. ait: *Quibus ex testimoniis constat, Tunicam, Dalmaticam, Casullam communes illas quidem fuisse quondam Laicorum vestes, multoque magis Clericorum civili in usu, ac tandem (seculo VIII.) eo evasisse, ut propriae Clericorum essent, nec in civili tantum usu, sed & in sacro. Quid igitur prohibet sentire, Moguntinum, & Triburiense Concilia voluisse à Presbyteris indelinetur portari Stolas nostris similes, & quæ tum in Sacris adhibebantur, juxta Concilia Braccarenſia mox relata; cum**

etiam, juxta Foletanum Concilium N. 14. relatum, Planeta seu Casulla, teste Thomassino, fuerit vestis sacra, & tamam, eodem mox loquente, à Clericis non tantum in usu sacro, verum etiam in civili adhiberetur? Unde Regino h. N. citatus à Visitatore interrogari vult: *Si (Parochus) absque Alba, aut cum illa Alba, qua in suos usus quotidie utitur, Missam cantare presumat? Et Reiculphus in Capitulari canone 7. Hoc omnino prohibemus, inquit, ut nemo illa Alba utatur in sacris mysteriis, qua in quotidiano & exteriori usu induitur. Albis ergo utebantur Presbyteri in sacris mysteriis, Albis in communi usu; cur igitur Stolis sacerdotalibus eodem modo uti non poterant, cum eum usum Concilia Moguntinum & Triburiense satis expriment? eo vel maxime, quod Concilium Moguntinum, dum Presbyteros sine intermissione uti Orarii seu Stolis præcipit, propter differentiam Sacerdotii dignitatis, posterioribus ipsis verbis eos non tantum à secularibus, ut vult Sala, sed etiam ab inferioribus Clericis distinguere velle videatur: quod factum non fuisset per vestem, talarum, utpote qua Clerici omnes, ad differentiam Laicorum, his seculis utebantur: igitur per Stola nostræ similem; cujus usus his seculis Diaconis, excepto primo sui ordinationis anno, erat interdictus, ut statim videbimus. Hinc convalescit Argumentum Catalani tertio loco h. N. positum, quia quamvis admitti possit, Presbyteros his seculis in communem usum non adhibuisse omnes vestes suo ordini congruentes, nil tamen prohibet sentire unam vel alteram in tellectam sui characteris indelinetur fuisse gestatam: & infirmatur responsio Sala ad secundum ejusdem Catalani cuciculum; si enim Mauri exemplum non est singulare, sed juxta receptum morem sui seculi, ut testatur ipse Historiographus si Diaconi, recepto seculi VI. more, primo sui ordinationis anno Stola Diaconalem*

lem extra rem sacram deserebant; quid prohibet credere, Sacerdotes seculis insequentibus conformiter ad Moguntinum & Triburiense Concilia solatos, seu fasciatos, etiam extra sacra processisse? 16. A seculo X. usque ad XIII. inclusive Vestes talaræ & clausæ Clericis vindicantur sunt à Conciliis; at de colore nigro earundem nihil adhuc determinatum.

Quantum ad 1. p. in Concilio Monpessulano A. 1214. maxime urgetur, ut superior vestis & talaris sit, & undique clausa. Archidiaconi vero, inquit, Decani, Cantores — *superiorem vestem, sive lanæ, sive lineæ sit, clausam habeant, & talarum. Quod & observari volumus à Clericis curam habentibus animarum.* Non de tunica inferiori, sed de alba, vel alia lanæ veste superiori loquitur hoc Concilium. Concilium vero Londinense A. 1298. præcipit, ut Clerici universi vestes gerant, saltem ultra tibiarum medietatem pertingentes. Adducit præterea doctissimus Thomass. p. 1. lib. 2. c. 50. & 51. plura Concilia edicentia, ne Clerici sive interioribus, sive exterioribus vestimentis utantur, quæ fuisse, seu aperte sint, sive ab anteriori, aut posteriori parte. Item, ne cappis manicatis utantur, præsertim in dignitate coalitiuti, eo quod nisi uterentur in Laici, qui talariter tum adhuc incedebant. Ex quibus omnibus colligere licet, Ecclesie spiritum ab incunabulis ad usque seculum XIII. semper invariata eo tendisse, ut Clerum vestis modestia à variis secularium pompis fecerneret.

Secundum membrum ex ordinationibus Conciliorum horum seculorum eruitur, in quibus ne vestigium quidem apparet præcepti nigri coloris in vestimentis Cleri, quamvis ceteroquin ille color potissimum tum in usu esset. Et quidem Concilium Cojaccense A. 1050. unum id præcipit Clericis, ut vestimentum unius coloris, & competens habeant; ubi sub-

dit Thomass. hinc liquet nigri coloris nullam adhuc necessitatem, aut universalem consuetudinem viguisse, sed abunde fuisse, ut ne amarent Clerici splendidiore, vel plures simul unius vestis colores; ita enim potest vox illa *competens* interpretari. Hinc S. Bernardus sac. XII. de Consid. ad Eugenium Papam lib. 3. scribit: *Vide, si non æque, ut prius pellicula discolor sacrum Ordinem discolorat; si non, ut prius, scissura enormis pene inguina nudat; — nempe habitu mihi, quævis Clericos, actu neutrum exhibent.* Et Concilium Lateranense A. 1225. *Pannus ruber, aut viridibus non utantur Clerici (simplices nempe, exceptis Episcopis) quos tamen non exceperunt seculum VII. Concilia teste Thomass. l. cit. c. 45. N. 2. Concinit Concilium Coloniense A. 1280. Pannus, inquit, ruber, aut viridibus non utantur Clerici. C. 1. & 3.*

17. Hic seculi seculis vestem lineam seu Albam super cetera indumenta gestabant Clerici omnes, saltem majorum Ordinum quocumque in loco, & quidem ad terram pertingentem; postmodum eam in Ecclesiis solum retinere, extra Ecclesiam vero soli Canonici Regulares, & ea quidem, quæ eos uti videmus, brevitate.

Et quidem, quod primam partem attingit, canon 16. Concilii Lateranensis mandat, ut *Pontifices in publico, & in Ecclesiis superindamentis lineis omnes utantur; nisi Monachi fuerint, quos oportet deserre habitum Monachalem.* Et canone 3. Concilii Monpessulani A. 1214. dicitur: *Archidiaconi vero, Decani, Cantores, & alii, qui in Ecclesiis Cathedralibus, vel Conventualibus obtinent Personatus, superiorem vestem, sive lanæ, sive lineæ sit, clausam habeant, & talarum.* Quem canonem N. præced. jam attulimus; ad eumque advertit Thomass. lib. cit. can. 50. N. 3. Vestis hæc superior ante clausa, & vel lanæ, vel lineæ, il-



Iud nimirum indicat, cappas, de quibus tam frequens hic sermo est, eisdem fuisse formam, ac superpellicia, ad imos usque pedes defluxisse, & undique clausas fuisse. In Eudonis Parisiensis Episcopi Constitutionibus prohibetur universis Sacerdotibus sine amictu, scilicet Cappa, vel Pallio, vel Superpellicio, ut Comite Clerico, vel Loico intrare domos alienas.

Id, quod 2. p. asseritur, colligi potest ex Concilio Budenfi A. 1279. cui Legatus Pontificius praeerat, in quo post multa de Clericorum vestitu pertractata, postremo edicatur: ut Canonici Regulares ab aliis Clericis dignoscantur Superpellicis, quae nunquam non gestent, sive tunicis lineis, sive cappis clausis utantur. Verba canonis 62. sunt: *Canonici Regulares sine Superpellicio, vel Tunica lineis, seu Cappis clausis non incedant. Ubi perspicis, inquit Thomassinus, quid essent Cappa, clausa sive lineae Monachorum, sive lineae Clericorum, quae nimirum ita undique confusa erant, ut sunt etiam nunc Superpellicia. Quamquam & his longa dies labem attulerit etiam non mediocre, si fibula enim illis sua constaret, si nulla scissura illis illisset, ac damnum ingens tanta decurtatione illatum esset. Non ita praeter enim ex antiquo more terram verrebant.*

18. Iisdem tribus saeculis, si stola praeter vestem talarem, & Cappam lineam non erat communis velis Presbyterorum, Parochi saltem Alba & Stola in Conciliis comparere debebant. Qui mos duravit usque ad saeculum XVI.

Constitutiones Synodales Rothomagensis Dioceseos. Parochos omnes Synodo interesse iubent cum Stola. Constitutiones Synodales Odonis Episcopi Parisiensis, complurimque ejus Successorum, in Synodum admittunt Parochos cum Superpellicio & Stola. Concilium Badenense A. 1279. stolatos etiam in Synodum ducit. Synodus Rothomagensis A. 1581. cum Superpellicio & Stola jubet Paro-

chos interesse Synodis. Rhemensis A. 1582. idem sanxit. Agnenfis A. 1585. decretum Concilii Mediolanensis confirmavit. Et si Ratherii Veronensis Episcopi Synodica, Presbyteros semper stolatos incedere iubens his verbis, *Nullus sine Stola in itinere incedat*, conformiter ad explicationem canonum Concilii Moguntini & Triburiensis exponatur N. 25. h. 1. sequitur, his adhuc tribus saeculis Presbyteros Stolis communiter usos fuisse.

19. A saeculo XIV. usque ad praesentia tempora vestes talares Clericis fuisse vindicatas, color tamen niger non nisi post Tridentinum stabilis fuit.

Quod primum membrum attinet, Concilium Ravennate A. 1374. vestes talares ac clausas praescribit. Concilium Andegavense 1365. can. 13. item prohibet Clericis, ne vestes breves, aut botonatas in publico deferant. Concinit Concilium Eboracense c. 7. damnans, qui inseperbat, ab usum gestandi à Clericis breviores tunicas, seu Subtanas in urbe. Fissas retro & in lateribus vestes Clericorum proscripsit Martinus V. in Concilio Constantiensi A. 1418. At Salisburgense A. 1420. can. 6. propter majorem ambulandi commoditatem ad altitudinem unius palmae cum media vestes non prohibet aperiri Clericorum. Et saec. XVI. Concilium Lateranense sub Leone X. vetuit, ne Cardinales in familia sua haberent ullos Beneficiarios, vel majores Clericos, qui veste essent varii coloris, vel Presbyteros, quorum indumentum non ad hemum usque dimitteretur. Concilium item Moguntinum A. 1545. constituit, ne vestes varii coloris velut virgatas, aut simbrintas, aut discissas deferant Clerici, sed talaribus utantur.

Ex quibus canonibus secundum propositionis membrum adstruitur, utpote qui colores variegatos, aut superbos equidem prohibent, nigrum tamen non determinant. Igitur post Tridentinum Synodum, quae Sess. 14. c. 6. de Ref. Cler-

ricis

ricis non indixit nisi parcitatem & modestiam in veste, fugamque constantem Laicorum habitus & consuetudinis, S. Carolus Borromeus in suis Conciliis Clericis omnibus in Episcopali, vel Cardinali dignitate non constitutis, nigrum colorem praescripsit. In omni vestitu color tantum niger adhibeatur, nisi fortasse alium colorem exigat dignitatis gradus; verba sunt Concilii I. Mediolanensis A. 1565. can. 17. Eiusdem statuta alia Concilia amplexa sunt, inter quae Burdigalense A. 1583. omnes colores praeter nigrum prohibuit Clericis in dignitate non constitutis c. 21. Quem colorem generalis ipse usus adiuque nostra tempora confirmavit. Ecclesia tamen, quantum ad vestium formam, ac etiam superindumentorum colorem, itineris rationem habuit.

20. Circa capitis, colli, manuumque ornamenta varie variis saeculis circa Clericum fuisse consuetudines, varia dispositiones in Ecclesia.

Primis saeculis Episcopos tum in Oriente, tum in Occidente coronam, Tiaramve, aut Mitram, Cidarimve, quae pronisiva erant nomina, in capite gestasse, atque id ex illa forte aurea lamina profectum esse, quam Joannes, & Jacobus à Polycrate, Clemente Alexandrino, Eusebio, Epiphano, & Hieronymo dicuntur in fronte gestasse, probat & suspicatur Thomass. parte 1. lib. 7. cap. 45. Ceterum cum per V. saecula & ultra tum in Occidente, tum praecipue in Oriente Clerus veste communi à Laicis non differret, de capitis tegumentis eisdem, conformiter ad tegumenta Laicorum tam Occidentis, tum Orientis, discurrendum est. Videntur autem, sicut nunc, ita & olim Occidentales populi ab Orientalibus capitis tegumentis multum discrepasse. Qualia autem illa fuerint in Occidente, obscurissimum est. Pilatos Bireto quadrato saeculo X. Clericos Leodienses incessisse, refert Laurentius Laud-

mitter Canonibus Praemissis. de veteri Clerico & Monacho p. 1. c. 1. ex Chronico Leodiensi. Hoc autem Biretum, quod nunc quadratum, ab origine rotundum fuisse, & laneum ad iulias Gallici abique gyro alato, quod Galli vulgo Bonnetum appellant, testatur Sala in Appendice ad §. XX. c. 24. libri I. rerum Liturgicarum Cardinalis Bona ex figuris sepulchralibus mediæ aevi, addens; sed cum digitis assidue apprehenderetur, quemadmodum nocturnus pileolus apprehendi solet, sensim cornua quadam, seu angulis adeptum est; hinc successu temporis solida tela substituta illi quatuor angulis in modum crucis sublevati sunt. Hoc igitur tegumento capitis, non saeculo X. vel XI. certe saeculo XIV. usi sunt Clerici tum in, tum extra Ecclesiam, sicut & pileo, Caputio, Almutia, ut variis Concilio hujus, & sequentium saeculorum canonibus probat Thomassinus p. 1. lib. 2. c. 51. & 52. qui ibi candide fatetur, se Ecclesiastica capitis tegumenta in altiorum originem referre haud potuisse, quod nulla eorum originis antiquiora sint vestigia. Itaque Concilium Ravennate A. 1377. edixit, ut Clerici pileo, vel Bireto, vel Almutia oblonga ad aures uterentur. Nec abhorret à specie veri, inquit idem c. 52. N. 6. initio idem unumque fuisse Caputium & Armatum; ut Caputium diceretur ex eo, quod caput tegeret, Armatum autem, quod in armos etiam penderet; at discriminis postea aliquid inventum est, cum venerit Basiliense Concilium, saeculo XV. habitum, ne Clerici divinis officiis interessent cum Caputio, sed Almutia, vel Biretis potius uterentur. Non Caputia, sed Almutia, vel Bireta tenent in capite. Verba sunt Concilii Sess. 21. c. 3. Biretum autem & Almutiam saeculo XIV. unum idemque fuisse capitis tegumentum Clericis, Laicisque commune, itemque pileum & caputium, haecque posteriora tegumenta, prioribus caput immediate tegentibus,

B 2

fu-



superimponi solita fuisse, colligitur ex Chronico Flandriae cap. 105. ubi de Imperatore Carolo VI agens, quando Parisios venit, obviumque se ei dedit Carolus V. Francie Rex, narrat, Imperatorem nudasse caput, amovendo Almutiam & Caputium, Regem vero duntaxat amovisse pileum; continuator vero Nangii sic Imperatorem deposuisse Birretum suum & Caputium. Saeculo XVI. Birreta jam

leguntur quadrata, & sacris usibus magis deputata, de qua materia videatur Thomass. c. 51. jam citato; ubi etiam adfert canones, qui Almutia, alias à Clericis promiscue adhiberi solita, Canonici pro Ecclesia vendicant, atque Colaria, manicasque rugosas minaciter interdiciunt. Et haec de re vestimenta civili Clericorum utriusque Ecclesiae omnino obliterata dicta sufficiant.

## TITULUS II.

### De Cohabitatione Clericorum, & Mulierum.

**C**um teste Tridentino Sess. 25. c. 12. de Reform. nihil communem omnium Fidelium offensionem magis incurrat, nihil in dedecus Clericalis militiae vergat magis, quam Clericorum ipsorum incontinentia; huic autem excitanda atque fovenda, aut saltem opinionis de ea extraneis ingerenda nihil aptius existat mulierum contubernio atque familiaritate, cohabitationem eandem cum Clericis constanter aut interdixit, aut arctis limitibus circumscripsit Ecclesia.

Hanc in rem luculentissimos canones jam saeculo IV. editos proferre possumus; & quidem Concilium Nicaenum canone 3. interdidit per omnia non Episcopo, non Presbytero, non Diacono, vel alicui omnino, qui in Clero est, licere subintrudulam, hoc est extraneam, habere mulierem, nisi forte aut Matrem, aut Sororem, aut Amitam, vel eas tantum personas, quae omnem suspicionem fugiant. Nicaeno concinunt eodem saeculo Synodus Eliberitana, cujus canon 27. ita sonat: *Episcopus, vel quilibet Clericus alius aut sororem, aut filiam virginem alicui Deo tantum secum habeat: extraneam vero nequaquam secum habeat.* Carthagenensis I. can. 3. Nullus igitur, nullaque Sanctimonia & Virginitati deserens, propter blasphemiam

*Ecclesiae, si vobis placet, in una domo cum extraneis penitus commorari debeat. Accuratus & disertus expressit Concilium Carth. III. quae essent feminae, in quas non caderet suspicio, & quae proinde à Clericorum domo non arcerentur, dum canone 17. ait: *Ut cum omnibus omnino Clericis extraneae feminae non habitent, sed solum Matres, Aviae, Matertera, Amittae, Sorores, & Filiae fratrum aut sororum, & quaecumque ex familia, domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant: vel si filii eorum, jam ordinatis parentibus, uxores acceperint, aut servis non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.**

2. Sanctio Nicaenae occasionem praebuerunt illi Clerici, qui Agapetas apud se retinebant.

Erant Agapetae feminae extraneae, seu subintrudulae, quas Clerici quasi spirituali tantum caritate dilectas apud se patiebantur habitare. Quam perniciossimam consuetudinem suo exemplo in Clero Antiocheno confirmaverat ante Nicaenam Synodum Paulus Samosatensis, à Concilio Antiocheno propterea reprehensus, & damnatus. Ex quo patet, ab ipsis Ecclesiae incunabulis contubernium familiarum cum Clericis semper fuisse invitum,

sum, ita ut sub larva pietatis extraneae fuerint introducendae, nec tamen admittae.

3. In haec Agapetas eodem saeculo IV. vehementissime investiti sunt Patres tum Graeci, tum Latini.

S. Basilii, Canonis Nicaeni autoritate usus, non permisit Presbytero Paregario, supradictogenario licet, secum habitantem habere Agapeten. *Ejice illum ex aedibus tuis, verba sunt illius ep. 17. & trade in Monasterium, sit illa cum Virginibus, tu inter Viros ministra, lege canonem à SS. Patribus nostris in Nicaena Synodo constitutum, qui manifeste interdixit, ne quis mulierem subintrudulam habeat.* Adversus Agapetas Conciones multas habuit Chryostomus, & tandem à Clericorum domibus omnes exturbavit. Omnium autem acerbissime, ac vehementissime de prava illa consuetudine dixit Hieronymus: *Unde in Ecclesiis Agapetarum pestis introiit? unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? imo unde novum concubinarum genus? plus referam, unde meretrices univiro & eadem domo, uno cubiculo, saepe uno tenentur lectulo, & suspiciosos nos vocant, si aliquid existimemus. Frater sororem Virginem deserit, soror calibem spernit Germanum, fratrem querit extraneum, & cum in eodem proposito esse se simulent, querunt alienorum spirituales consortium, ut domi habeant carnale commercium.* Ep. 22. ad Eustochium. Ex quibus patet, saeculi IV. fine, & V. initio Clericos complures sanctissimis Conciliorum canonibus fitum sub larva pietatis facere voluisse. Quibus saeculo quinto cautior fuit Magnus Augustinus, atque ipsi etiam canonum decretis austerior; dum ne ingredi quidem unquam possent, nedum inhabitare mulierculas Episcoporum domum suam, ne sororem quidem, etsi Deo sacratam, non cognatas, non nepes; solitus dicere, etsi propinque mulieres suspectae non essent, tamen quae ad eas ventitarent,

posse suspensionem efficere; ut habet Breviarium in ejus vita ad 28. Augusti ex Possidio.

4. Disciplina circa cohabitationem Clericorum & mulierum per Nicaenam, atque primorum V. saeculorum Synodos sancita & firmata, usque ad Caroli M. tempora in utraque Ecclesia per varias Conciliorum, Pontificumque Sanctiones restaurata, & facta testata conservata est.

Saeculo namque sexto Canon Nicaenus renovatus est à Concilio Agathensi, Clericisque interdictus accessus in domos extranearum mulierum. Simulque sancitum, ut mulieres necessario ministerio confanguinearum Clericis cohabitantium mancipatae à Cellario, vel à secreto ministerio, & ab eadem mansione, in qua Clericus manet, removeantur. Eadem fere sancitum Synodus Epaoensis eodem saeculo celebrata, addens canone 20. *Episcopo, Presbytero, Diacono, vel ceteris Clericis, horis praeteritis, id est, meridianis, vel vespertinis ad feminas prohibemus accessum. Quae tamen, si causa fuerit, cum Presbyterorum aut Clericorum testimonio videantur.* Concilium Aurelianense III. A. 538. poenas decernit in Episcopos, qui hiarum, de cohabitatione Clericorum atque mulierum, sanctissimarum Legum violatores inultos esse permiserint. Turonense II. A. 567. ancillas, quas Clerici sub pallio necessarii servitii, ac ordinandae domus subintrudebant, item Agapetas, aut quasi Sanctimoniales; Vidualesque, praeter matrem, aut sororem, filiamque è domo Clericali ejicit. Adde Concilia Arvernense c. 13. 16. Tarraconense can. 11. Gerundense A. 517. can. 6. 7. Sed imprimis Gregorius M. qui obiit saeculi VII. initio, eandem disciplinam viribus omnibus manutenuit, atque ad saeculum VII. illibatam transfixit; nam lib. 3. Ep. 26. Presbyteros Corficæ Insulae prohibet commorari cum aliis in eadem domo feminis: *Excepta duntaxat matre,*



forore, vel uxore, que casto regenda est. Et sibi Calaritano Metropolite, qui Archidiacono suo frustra prohibuerat contubernium cum mulieribus extraneis, rescribit: Cum mulieribus habitare prohibuisti &c. nisi iustioni tue paruerit, eum Sacro Ordine volumus esse priuatum. Et lib. 7. ep. 39. mandat octo suis Nunciis, quos Ecclesie Romane regendo Patrimonio praeferat, ut Episcoporum vitam morefice explorarent, neve lierent in eorum adibus mulieres diuersari, exceptis illis, quas Synodus Nicena speciat, imo & ab his exemplo Augustini cavere sibi optat Clericos sacros omnes, ut dum à licitis abluunt, ab illicitis tanto validius maniantur. Gregorij exemplum Saeculo VII. secutum est Concilium Tolotum IV. aliaque bene multa Nicenum Canonem de fornicis, que possunt easdem cum Clericis incolere ades, innovantia. Quibus omnibus saeculo VIII. novum robur addidit Zacharias Papa in Concilio Romano A. 743. celebrato, cuius canonem I. sancitur, ut Episcopi cum mulieribus omnino non habitent, ne antiqui hostis fraude decipiantur: ut, iuxta Apostolicam vocem, non vituperetur ministerium nostrum. Et Canone 2. Ut Presbyteri vel Diaconi subintroductas mulieres nullo modo secum gaudeant habere, nisi forsitan Matrem suam, aut proximitatem generationis sibi habentes, que suspiciones effugiant, sicut in Synodo Nicena continetur. Sartas ergo reclusasque usque ad saeculi VIII. suprema vigilantia Romanorum Pontificum, Conciliorumque servatus est Canon Nicenus saluberrimus, cuius observantia incontinentia pericula à Clero hinc saeculis adeo efficaciter removebantur, ut non nisi rara notabilium lapsuum in Episcopis, Presbyteris &c. (si Galliam, eique adjacentem Germaniam pro saeculo VIII. usque ad S. Bonifacii tempora, excipias) numerentur his saeculis exempla. At postquam Pastores Ecclesie subsequenter

saeculis in vindicanda isthac disciplina fuerunt remissiores (id quod incute saeculo VIII. in Gallia, & adiacente Germania jam contigit) Clericisq; liberis mulierum extranearum sub variis coloribus uterentur coartubernio, tum enim vero innovuit veritas paramix, quod mulieres apostatate faciant sapientes, ut infra testibus oculis videbimus. Nanc, quantum ad Ecclesiam Græcam, Iustinianus Imperator saeculo VI. novo vigore munit canonem Nicenum, priscaque Imperatorum leges de vetita extranearum mulierum in adibus Clericorum commoratione, edixitque, ut Episcopus Sede deiceretur sua, si quam in Episcopali domo pateretur. Episcopo nullam mulierem secum habere permittitur, sed si habere probetur, ab Episcopatu deiciatur, quo se fecit iniquum. L. 1. Cod. de Episc. aud. Qua lege ipsa quoque confanguine ab Episcopali domo excluduntur, nec non uxores ante episcopalem ordinationem ductas, & hinc idem Imperator ad Episcopales Cathedras eligi, evellique inhibuit eos, quibus incolomes superessent uxores. Hæc tamen posterior lex non diu viguit; siquidem Synodus Trullana A. 681. celebrata, supponit uxoratos Presbyteros annuente conjugè ordinari posse in Episcopos; hac tamen lege, ut talis uxor à domo Episcopali arceatur, et in Monasterio includatur, vel Diaconissa, si merita ei suffragantur, ordinetur. Can. 48. Quæ disciplina his saeculis necdum viguit in Occidente, nam ex Concilio Arvern. c. 13. & 16. Si uxoratus fiat Presbyter, vel Diaconus, ex conjugè sit ejus frater. Et à Concilio Aurelianen. can. 17. Uxor precedens Presbyteri, aut Diaconi à lecto tantum & conclavi, non vero à domo excluditur. Idem sancitur in Concilio Turonensi, ubi & Episcopis præcipitur, ut conjugem præcedentem tantquam fororem habeant, sejunctam tamen à lectulo & cubiculo. Et Synodus Altiifiodorensis. Non licet Presbyteri post

accept-

acceptam benedictionem in uno lecto cum Presbyteria sua dormire. Adde locum ex Gregor. M. paulo ante commemoratum. Quæ tamen disciplina posterioribus saeculis mutata, & Græcæ dispositioni circa Episcopos conformata est: Alexander enim III. saeculo XII. ordinavit, ne uxoratus in Episcopum ordinetur, nisi uxor, prius professâ continentiam, sacrum velamen sibi imponat, & Religiosam vestem assumat, c. 6. de Convers. Conjugat. idemque fancivit, nullum conjugatorum ad sacros Ordines esse promovendum, nisi ab uxore continentiam proficiente fuerit absolutus. Experientia fortasse docuit, naturam minus abhorreere à commercio uxoris factæ per fictionem juris fororis, quam fororis, quam sanguinis communitas talem formaverat; ut proinde hæc semper in domo fratris fuerit tolerata, prior ab eadem subinde relegata.

5. Sub Caroli Magni tempora crebrius vetari debuit commemoratio feminarum in Clericorum adibus, ultra limites Niceno Canonem præscriptos.

Ex Regum Francorum saeculi VII. tum inertia, tum intellexis bellis ingentem quoque disciplina Ecclesiastica tum in Gallia, tum in adiacente Germania passa est ruinam, Simonia, concubinato, aliisque vitiiis strum Clericalem deturpantibus, sensim invalescentibus; & quidem lib. 1. tit. 6. N. 77. jam insinuavimus, quemadmodum ipse Gregorius M. qui saeculi hujus initio obiit, opem Theodorici, & Brunehildis Regum Francorum contra pestem simoniacam imploraverit. At circa hujus saeculi finem sublati Vicariis Apostolicis, neglectisque Synodis per 50. aut 80. usque annos, ut lib. eodem tit. 8. N. 17. ex S. Bonifacio advertimus, colapsa penitus est Ecclesie his in Regionibus disciplina. Verba Epistolæ à Germaniæ Apostolo circa A. 741. ad Zachariam Papam scriptæ: ex Colet. Concilior. Collectione tom. 8. col. 228. hæc transcribimus. Franci, inquit ille, ut Seniores

dicunt, plus quam per tempus 80. annorum Synodum non fecerunt, nec Archiepiscopus habuerunt, nec Ecclesie Canonica jura alicubi fundabant, vel renovabant. Modo autem maxima ex parte per Civitates Episcopales Sedes traditæ sunt Laicis cupidis ad possidendum, vel adulteratis Clericis, scortatoribus, & publicanis seculariter ad perfuendum. Et infra: Invenimus quidam, inter eos, Episcopi, qui licet dicant se fornicarios, vel adulteros non esse, sunt tamen ebriosi & injuriosi, vel venatores, & qui pugnant in exercitu armati, & effundunt propria manu sanguinem hominum, sive Paganorum, sive Christianorum. His malis efficaciter obviare voleus Carolomagnus Dux & Princeps Francorum, Concilium in Germania (Ratisbonæ, an Augustæ Vindelicorum, incertum) congregari iussit A. 742. 11. Kal. Maji, in quo à S. Bonifacio aliaque Germaniæ Episcopis consilium petiit, quemodo lex Dei, & Ecclesiastica Religio recuperetur, que in diebus præteritorum Principum dissipata corruit; verba sunt Carolomagni in præfatione ad hoc Concilium. Hoc itaque Concilium, quantum ad præses intentum, postquam canone primo fornicatores Clericos de pecuniis Ecclesiarum abstulisset, & degradasset, atque can. 6. gravissimis penis castigasset; ut occasione lapsus nihil præperet, canone 7. fancivit, ut nullus Clericorum in sua domo mulieres habitare permittat. Hujus reformatorii Concilii saluberrimam sanctionem sub Carolo M. sen Saeculo IX. renovavit varia Concilia, & quidem Theodulphus Aurelianensis Episcopus ne quidem cognatas feminas in domo Clericali passus est, exemplo & ratione S. Augustini supra allata permotus. Capitulare vero Episcoporum de A. 802. generatim sanxit sequentia: Nec in sua domo, in qua habitat Sacerdos, ullam mulierem inquam habitare permittat. Can. 15. Quin & familiaritatem interdixit omnium extraneorum

rum



rum feminarum. Consentit Synodus Nannetensis can. 3. hac usa Oeconomia, ut si Presbyteri cognata vel affinis omnino eius ope indigeret, *habeat in villa, aut in Vico domum, longe à Presbyteri cohabitacione.* Concilium equidem Rhemensis A. 813. can. 2. indulsit id, quod indulserrat Nicænum, et Aquileiense A. 837. can. 11. hanc indulgentiam revocavit, & Trossogense severe inquiri jubet in frequentationes famosas & cohabitaciones Presbyterorum cum mulieribus. Concordant plura alia hujus sæculi Concilia, Episcoporumque decreta, quibus Clericorum continentia, priori sæculo his in regionibus tantopere collapsa, pro virili restituta fuit. Quæ tantum ad Ecclesiam Græcam, in illa sancta Nicæni Concilii canone 3. disciplina ad sæculi VIII. finem laxata merito videri potest; siquidem canon 17. Concilii VII. Generalis A. 787. celebrati, feminas exulare non jubet, nisi ab Episcopalis domibus, & à Monasteriis. *Faminas commorari in Episcopis, vel etiam Monasteriis, omnis est offensionis materia.* Verba sunt canonis, qui suis violatoribus poenam abdicacionis indicat.

6. Disciplina Nicæni Canonis (qua veluti repagulo ac freno, humana prouita in carnis oblectamenta coercetur) Sæculo VIII. & IX. à zelosissimis Episcopis, Regibus, Imperatoribusque in Occidente curis maximis, ac vigilantia indefessa renovata, & in praxim missa, Sæculo X. & XI. pene obsolevit, Clerusque Occidentalis per ejus neglectum pene totus in barathrum incontinentiæ dejectus est. Neglectus literarum tam sacrarum, quam profanarum, qui hominum sæculi X. mentibus, ceu quidam torpor obrepserat, easque crassa ignorantia, ceu ipsa nube obvolvère cepit, repagulum prædictum frenumque à Clero una sentim removit; inde enim factum est, ut homines lectiois, studii que pertesi, otio tandem secularibusque negotiis se im-

pendereat, genioque liberius indulgerent; cumque Catholica Ecclesia miseris illis temporibus Petri Sædem non uno malo Pontifice, qui se, non ea, que sunt Jesu-Christi, quæreret, lugeret deturpata, factionibusque maximis malevolorum opera ac studio ceberrieme expugnatam, quorum proinde cura sollicitudine ad observacionem Canonum inculcandam, ad subordinatos Pastores non protendebatur, quia bene multi ex his illorum pravis exemplis animati pari incuria præfatos canones apud inferiorem Clerum non tantum non urgerent, sed paribus insuper exemplis faciem corruptelæ pessimæ potius præferrent, præsertim ii, qui hisce sæculis beneficio investiturarum Episcopatus, aliæque beneficia, à malis factionibusque Principibus, pecunia, assentione, Curialibus officiis, aliisque viis illicitis emendicaverunt, emerunt, vel extorserunt, de quibus egimus lib. 1. tit. 6. in dissertatione de investituris; inde subsecutum est, ut sensim sine fæta velut torrens sese impulcicia in Occidentalem Clerum diffunderet, & non tantum quoad licentiosam cohabitacionem cum extraneis mulieribus, verum etiam quoad ipsam concubinatum, ac connubia sacrilega. Id, quod unanimi conspiracione tentantur corvi & suppres historici omnes, & nos supra præfato titulo delineavimus, ac infra ulterius demonstrabimus. Hic obiter advertendum, graviter culpandos esse illos Protestantes, qui odio Vatiniano in Ecclesiam Romanam animati, ex perveris subinde Romanorum, aliorumque Præsulum, ac ipsius Clerici Catholici moribus, fidei, doctrinæque morum corruptelam in Ecclesiam Christi irrepsisse iniquissime, ac petulantè garriunt; sicut & illos Catholicos, qui panico pravi hujus judicii timore percussi expedire judicant, ut hujusmodi hominum vitia vel penitus occultentur, vel fuce illinantur. Quemadmodum enim primi vel nativa conscientia

intus

intus convicti fateri debent, se non tantum in ipsa rectæ ratiocinationis principia, verum in ipsam quoque rationem peccare, dum recitacionem regularum ex factis eas profitentium metiuntur, ipsamque legem veterem sub Christi in terris conversatione, quin ipsum Collegium doctrinamque Christi condemnare; ita secundi in leges historiarum, atque in officia viri cordati graviter delinquant, & Matri suæ, sponte Christi inexpugnabili sunt injurii, falsitate, vel simulatione, ceu scitis papyraceis ei suppetias ferre volentes, que fidei candore, doctrinæ, morumque sanctitate terribilis ex se ipsa est, ut Castrorum Acies ordinata.

7. Clericorum incontinentiæ Nicæni Canonis instauracione eliminandæ subsecutibus sæculis non minus incubuere, ac prioribus illis zelosissimi quique, de consueque in domo Dei conservandi studiosissimi Romani Pontifices, Concilia, Præsules.

Tempus me deficeret, si omnes hanc in rem sanctiones in medium adferre vellem; paucas solum hic delibabo, quod de continentia Clericorum sermo sit infra rediturus. Itaque Gregorius VII. ad sæculi ipsius XI. finem in maherum cum Clericis commercium eo, quo nullas suorum Prædecessorum, zelo, atque contentione eliminare studuit, ejus œconomiam ejus Apologisa corvus, autoritate Nicæni Canonis sape laudati iustificat, apud Coletum tom. 12. Concilior. col. 559. de quo infra. Gregorii velligia sæculis sequentibus varia preserunt Concilia, & quidem Concilium Moguntinum relatum hoc titulo cap. 1. ait, ut vult Nota margibi, Nannetense, ne quidem illas mulieres, quas Canones concedunt, in unam cum Clericis domo patitur. Innocentius

III. vero relatus eodem titulo cap. 2. hanc disciplinam ad Nicæni Canonis amulsum revocat, Concilium Parisiense A. 1212. can. 4. Focarias è domibus Clericorum pelli, nec in alienis foveri sub poena suspensionis ab officio & beneficio præcipit. Concinit Concilium Salisburgense Anno 1220. celebratum, Clericisque, feminarum famulatu carere nequentibus, eas solum admittit, *que propter atatem, & morumque gravitatem, aut, si fieri potest, consanguinitatem, omnem merito suspicionem excludant.* Denique Concilium Tridentinum Sess. 25. de Ref. cap. 14. volens decori Clericalis militiæ efficaciter consulere, Fideliumque offensionem removere, Canonem Nicænum, qui uno alteroque abhinc sæculo non parum denno labefactus fuerat, omnesque ejus confirmaciones renovans, *prohibet -- quibuscumque Clerici, ne -- mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo vel extra detinere, aut cum iis ullam consuetudinem habere audent.* Quam saluberrimam constitutionem non semel renovavit ardentissimus Concilii Tridentini executor S. Carolus Borromeus, consanguinearum etiam contubernium, ad bene multorum Prædecessorum suorum exemplum, Clericis interdicens, ut testantur acta Eccl. Mediol. pag. 19. 449. 450. 793. Item Concilium Turonense A. 1583. Bituricense 1584. quibus vetantur aedes Clericorum mulieribus locari. Turonense quidem c. 14. Bituricense vero Tit. de Canon. c. 8. Eamque executioni mandare solertissime solent in hanc usque diem, quotquot in Ecclesia Romano-Catholica, qua spiritualia spiritualibus comparat, officii sui tremendæque rationis coram districto iudice reddendæ memores vivunt Episcopi.



## TITULUS III.

## De Clericis conjugatis.

1. Clericos tam Ecclesia Græca, quam Latina habet tam in maioribus, quam in minoribus Ordinibus constitutos; circa horum conjugia vel celibatum à suis incunabulis utraque varia, eaque diversa utraque ordinavit, quæ historice jam sunt exponenda.

2. Christus Fundator suæ Ecclesiæ castitatem perfectam, hoc est, abstinentiam totalem ab omni delectatione venerea, docuit esse possibilem, eamque suis sequacibus consuluat.

Postquam enim matrimonium toti generi humano, tamquam officium propagationis ejusdem secundum se necessarium, & divinæ intentioni conforme Matth. 19. v. 4. 5. & 6. commendasset, illudque monogamum debere esse declarasset; discipulis v. 10. dicentibus: *Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere;* v. 11. & 12. dixit: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi, qui de matris utero ita nati sunt; & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus; & sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum celorum.* Hoc est, perpetuam castitatem servare resolverunt, id enim aperte indicat vox *castraverunt*, quæ perpetuam inhabilitatem ad Matrimonium exprimit. Possibile ergo esse perpetuam continentiam Christus hoc loco docuit. Sed & eam consuluat, dum subdit: *Qui potest capere, capiat.* Quasi diceret: quamvis Matrimonium propagando generi humano in genere necessarium sit medium, & carnis post Adæ lapsum concupiscentiæ ac rebellionis obviandi remedium peropportunum; nihilominus illud singulis Ecclesiæ mex membris non præcipio, quin consulo, ut is, qui durum continentis verbum, opitu-

lante mea gratia, capere potest, capiat.

3. Castitas à Christo possibilis demonstrata, atque consulti, à Paulo insuper est commendata, ipsique Matrimonio prealata.

Nimis insignia sunt loca Doctoris Gentium, quam ut à Dominis Protestantibus viam arctam, quæ ducit ad vitam, pro possibili declinantibus, ulla tergiversatione elidi possint. Postquam enim in 1. sua ad Corinth. ep. cap. 7. quorundam Corinthiorum sententiam, Apostolorum mox relate similem, nimirum, *quod bonum sit homini mulierem non tangere, retulisset, at propter fornicationem* (quæ Corinthi vigeat, ubi cultui & Religioni impudicitia habebatur, meretricisque adhibebantur ad publicas preces canendas, Venerique dicantur à quibusdam recens prostitute, quarum copia ea erat, ut proverbio nomen effecerit, teste Calmeto, pluresque Christiani fœdissimis, non modo non coercitis, verum etiam cultu probatis impudicitis assueti, prava consuetudine difficile se nimium abdicarent; ita ut eorum unus Noverex, Patris sui Uxor, incestu polui asus sit) propter hanc, inquam, quasi inuicem in fornicationes propensionem insidm suscipere, ut unusquisque uxorem suam habeat: Spiritu Christi repletus subiungit: *Hoc quidem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium; volo enim omnes vos esse sicut meipsum;* hoc est, inaptam & castum. Deinde motuum voti sui afferens, quod ex idea Christianæ professionis desumpsit, quæ brevitate temporis nostræ peregrinationis jugiter ob oculos ponendam præcipit, atque animo à transitoris & fluxis rebus alienato ea cogitare, quæ Domini sunt, ejusque beneplacitum concernunt, candide quidem insinuat se de Virginitate præceptum Domini non habere: consilium tamen dat, & quidem tamquam misericordiam à Domino consecutus, ut sit fidelis, quatenus qui excitatos se divina gratia senserint, Virginitati operam navare studeant, tamquam virtuti præ matrimonio multo commendabiliori, atque ad finem à Christiana Religione inventam multo conducibiliiori; sic enim post prædictas carnis tribulationes in matrimonio perferendas, atque insinuatam indulgentiam v. 32. pergit: *Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ mundi, quomodo placeat uxori, & divisius est. Et mulier innupta & Virgo cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Et post pauca interjecta, quibus hanc suam sententiam inter cancellos consilii concludit, Colophonem v. 38. subnectit: Igitur & qui Matrimonio jungit Virginitatem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit.* Quibus propositionem allatam demonstrat.

4. Castitatem, quam Christus Dominus membris Ecclesiæ suæ indiscriminatum consuluat, & Paulus commendavit, primus ejusdem Clerus, seu Apostoli ad amissum servarunt.

Apostolos ante vocationem suam, si Petrum excipias, Virgines fuisse, probabilis defendunt nostri ex S. Hieronymo lib. 1. adversus Jovinianum testante: *Quamquam, excepto Apostolo Petro, non sit manifestum relatum de aliis Apostolis, quod uxores habuerint, & cum de uno scriptum sit, de cæteris tacitum; intelligere debemus sine uxoribus eos fuisse, de quibus nihil tale Scriptura significat.* Eos vero post sui à Christo vocationem, atque in mundum universum missionem uxorum nuntium misisse, idem S. Pater

## Lib. III. Titulus III. De Clericis conjugatis.

ex illis Petri ad Christum verbis exprimit: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; & ex his Christi verbis ad Apostolos: Nemo est, qui dimiserit domum, aut fratres, uxorem &c. ex quibus ita argumentatur: Assumpti in Apostolorum relinquunt officium conjugale.* Paulum vero quoque castitem fuisse prodant verba superius ex 1. ad Corinth. 7. v. 7. relata: *Volo enim omnes vos esse, sicut me ipsum.* Nec obest assertioni locus S. Pauli 1. ad Corinth. v. 9. scribentis: *Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* nominatè enim mulieres nequamquam erant Apostolorum uxores, sed sororis loco ab ipsis habebantur, quæ ipsis necessaria ad victum subministrarent, ac pararent; præcipue vero, ut faciliorem prædicationem efficerent in locis, quorum aditus fœditatibus liber erat: Quomodo hunc locum exponit Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromatum, S. Isidorus Pelusiota lib. 3. ep. 179. S. Hieronymus supra citatus; atque ex ipso textu Apostoli, votoque mox relato colligitur.

5. Apostolorum exemplum in servando celibatu communiter servabant, sequentibusque viri Apostolici, seu Apostolorum discipuli, horumque Successores, sacris Ministeris addicti; ita ut ab Apostolorum tempore per priora Ecclesiæ sæcula, saltem consuetudine, continentia sacris Ordinibus conjungeretur, & quidem in utraque Ecclesia.

Propositionem hanc limito, I. per tò communiter; quia fatetur Hieronymus, concessam ab Apostolo Paulo esse, ut ad Episcopatum accesserant, qui uno, non amplius, illigati fuerint concubio. At necessaria tum indulgentia id factum fuisse contestatur, quod inter ipsa Ecclesiæ canabula non essent ad manum nisi rudes, & carnalibus implicati vinculis; *Quia rudis ex gentibus constitue-*



batur Ecclesia, leviura nuper creditibus dat præcepta, ne territi ferre non possent. Verba sunt ipsius contra Vigilantium. Quod si qui postea in deligendis Episcopis conjugatos Virginibus & continentibus prætulere, respondet S. Pater, hunc forsitan errorem fuisse eligentis populi, qui sibi supplicatur in eligendis sui ipsius similibus: vel Episcopi moderantis electionem, qui terrenis pius æquo rationibus affectibusque indulerit. Et vera occurrunt primis illis 4. sæculis, quibus sacri Ministri continentiam in utraque Ecclesia adhuc communi servabant, exempla non tantum Diaconorum, & Presbyterorum, sed etiam Episcoporum, conjugio post sui Ordinationem utentium: verum sicut hirundines in itinere veris. Videatur N. 44. & 45. h. c. Propositionem limbo II. per particulam saltem. Quia esto certum sit ex probis mox adferendis, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos perpetuam continentiam ex Ecclesie disciplina, diuturno usu, & ab Apostolicis temporibus derivato firmata, servasse, controvertitur nihilominus inter Catholicos ipsos, an hæc disciplina Apostolice aliquo positivo præcepto sit sancta? de quo infra. Nunc, quantum ad ipsam propositionem, illa adstruit primo ea congruentia, quod naturale quodammodo sit, ut mingeri, atque de suis Magistris ingentem ideam habentes discipuli, vota ac exempla eorumdem pro possibili amplecti soleant; quemadmodum constat exemplo Reclabitarum, quorum emulationem præcepti exemplique Patris sui Jonadab plane oblitiscunt, amara parænesi Judæi Apostatis objecit Deus Jeremias 35. Cum igitur Paulus loco supra relato & exemplo, & verbo se in secunda continentia discipulis proposuerit, non mirum, sed naturale quodammodo fuit, discipulos plerisque, præsertim eos, qui illidem, quibus ille occupatus fuerat, ministeriis spiritualibus mancipabantur, ex motivis famosi capitis 7.

epistole ejus prima ad Corinthios per-motos, ut cum minoribus impedimentis spiritualia seminarent, carnalibus messibus vel nunquam usos fuisse, vel nuntium remisisse. Quorum exempla, non tantum à Dominis Protestantibus, sed ab hominibus solo rationis lumine utentibus suscipienda, secuti successores, & horum nati, & qui spiritualiter nascebantur ab illis, dum caritas Christi adhuc ferveret, & sacros Ecclesie Ministros urgere, id effecere, ut, si non lege Apostolica, saltem usu disciplinaque Ecclesiastica ab Apostolis derivata, sacri Altaris Ministri calibatam in communi, seu in globo servarent. Quam congruentiam, & inde natam hanc disciplinam, luculentissima SS. Patrum priorum IV. sæculorum comprobant testimonia; atque ut ordine procedamus, Origenes, qui sæculi III. initio floruit, homilia 23. in lib. Numerorum hæc habet de Sacerdotibus: *Certum est, quia impeditur Sacrificium indefinens his, qui conjugalibus necessitatibus serviunt. Unde videtur mihi, quod illius solus est offerre Sacrificium indefinens, qui indefinenti & perpetuo se de-voerit castitati.* Quo loco & consuetudinem suo sæculo in Sacerdotio Christi dominantem ratione roborat, & Missæ Sacrificium indefinens, votaque castitatis emitti solita adstruit ad invidiam nimium Protestantium, hæc omnia longis sæculorum intervallis à Romanis Pontificibus inventa declamantium. Originem excipit Eusebius, qui sæculi IV. vere historiam Ecclesiasticam scripsit: hic lib. 1. demonstrationis Evangelicæ cap. 9. de Episcopis & Presbyteris sic loquitur: *His autem ipsis, ut melioribus studiis vacent liberis, sejunctus à re uxoria viduus adamatur, veluti his, qui divina & incorporea sobole propaganda occupati tenentur.* Maximi nimirum rem momenti in fluxa hac mortalitate amore Christi flocci habentes, quam olim Philosophi amore vacuum speculationum ultra præverunt!

verunt! Eodem sæculo Cyrillus Hierosol. Catech. 12. *Docebat purissimum puritatis Doctorem ex puris prodire thalamis. Si enim qui apud Jesum bene fungitur Sacerdotio, abstinere à muliere, quomodo ipse Jesus ex muliere (hoc est, ex non Virgine) prodisset? Tempore ergo Cyrilli Sacerdotes communiter vivebant calibes. Luculentius S. Epiphanius Cyrillo coævus hæresi 59. que est Catharorum, seu Novatianorum, ubi cum Bigamos à Sacerdotio Ecclesiam jure meritoque arceere præmississet, hæc de sacrorum hominum continentia subiungit: *Quin eum insuper, qui adhuc in Matrimonio degit, ac liberis dat operam, tametsi unius uxoris sit vir, nequaquam tamen ad Diaconi, Presbyteri, Episcopi, aut Hypodiaconi Ordinem admittit: sed eum duntaxat, qui ab unius uxoris consuetudine sese continerit, aut ea sit orbat: quod in illis locis præcipue fit, ubi Ecclesiastici Canones accurate servantur.* De consuetudine prædominante suo sæculo, & quidem in Ecclesia Græca, loquitur Epiphanius, constringente quidem & ipsos Subdiaconos; ac contrarium autem alibi fieri solitum ibidem respondet: *Non illud ac canone feri, sed propter hominum ignaviam, qua certis temporibus (E. G. tempore reformationis à Luthero prætenfæ) negligentem agere, ac connerere solet, ob nimiam multitudinem, eum scilicet, qui ad eas se functiones applicant, non facile reperiuntur.* Quæ tamen ratio tempore exultimate reformationis, nec modo apud Dominos Protestantium videtur urgere. Legatur idem S. Pater in Expositione fidei Cath. c. 21. Gregorius Nyssenus ibidem Græcus Pater eodem sæculo adulto lib. de Virginitate cap. ult. hæc scribit: *Quomodo hæc ipsa Deo offerri, qui legi non obtinuerat prohibenti, ne facta impurus faciat? ac si Deum tibi apparere expetis, quid causa est, cur Mosen non audias, qui populo edicit, ut à nuptiis purus**

fit, quo Dei aspectum comprehendat. Iterum de Sacrificio multat Augur iste Nyssenus, quin & Iudicem illam Sacerdotum unctioem apud Papistas, cæcis nescio quibus sæculis invecram, divinam, dum paulo ante ait: *Quomodo Sacerdotio Dei fungeris, qui ad hoc ipsum, ut munus offerres, unctus es? &c.* Sed audiat Hieronymus Latinus, qui Dormitantium Calibatus Sacerdotum hoc sæculo primum hostem vellicans, ut Vigilantium re efficiat, hæc in libro adversus eundem Hæresarcham scribit: *Probenas! Episcopos sui sceleris dicitur habere conjores: si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant Diaconos, nisi prius uxores duxerint: nulli Calibæ credentes pudicitiam, imo offendentes, quam sancte vivant, qui male de omnibus suspicantur, & nisi prægnantes uxores viderint Clericorum, infantes de ulnis Matrum vagantes, Christi Sacramenta non tribuunt. Quid facient Orientis Ecclesie? quid Egypti, & Sedis Apostolica, que aut Virgines Clericos accipiunt, aut continentes, aut, si Uxores habent, mariti esse desunt? Hoc docuit Dormitans (ille scilicet per antiphrasim Vigilantium) libidini frana permittere. Lente! moderate S. Pater! ne cunas, ut ajunt Germani, apud bene multos præsertim Patres spirituales Germanos evertas. Ergone pro illis solis fiat Vigilantium hæreticus, pro Romana Ecclesie disciplina in Europa, Asia, Africa illo tuo immitti & inhumano sæculo? Legatur idem S. Pater in Apologia ad Pam-nachium. Item lib. 1. adversus Jovinianum cap. 19. Item in Comment. in Ep. ad Titum, quibus locis Ecclesie consuetudinem de calibatu ad sacros Ordines, Sacerdotium, seu Episcopatum, Presbyteratum, & Diaconatum extensam fuisse apertissime prodit. Romanorum Pontificum, Conciliorumque circa calibatam Sacrorum Ministrorum testimonia sequentibus numeris, ubi de calibatus præcepto tracta-*



tractabitur, referemus. Sufficit enim nobis hoc numero cordatos eos Viros, qui Sanctos retulisse, qui de utriusque Ecclesie disciplina & consuetudine usque ad seculum IV. inclusive circa presentem materiam in favorem nostrum testati sunt. De quorum (utpote Gregorii VII. artificis necdum scilicet infansinarum) candore, sicut cordati adversarii dubitare nequeunt, ita magnum prejudicium eos pati respectivo ad nos est necesse, utpote qui (quidquid adhuc sit circa intolerabile, ut vocant, præceptum celibatus, de quo mox) cum Ecclesia primitiva spiritus habente eligimus id, quod optavit Paulus; illi vero sequuntur id, quod obtendit hierarchia Vigilantius.

6. An celibatus Episcopatu, Presbyterio, & Diaconatu (qui soli prioribus Ecclesie sæculis Sacri habebantur Ordines) insuper fuerit annexus præcepto Apostolico? controversum est inter Doctores Orthodoxos.

Consulto præcendimus à Subdiaconatu, circa quem Ordinem, an ab initio Ecclesie insuper fuerit sacer, ipsum Lectorem præterea remittimus ad lib. 1. tit. 11. N. 13. quod enim Subdiaconi ex Ecclesie disciplina & usu vitam celibatam et tempore profiterentur, præter S. Epiphanium ex Patribus N. præcedenti relatis recenset nullus, omnibus de tribus in propositione enumeratis Ordinibus id solum asserunt. Et ex numero citato libri 1. constat, Subdiaconatu vorum castitatis annecti cepisse sæculo V. in Ecclesia Latina. Hoc ergo præbato Thomassinus de vet. & nova discipl. de beneficiis Eccl. p. 1. Lib. 2. cap. 60. N. 3. nixus autoritate Epiphanii N. præcedenti allata, tenet, Christum ipsum primum esse disciplinam hujus Authorem, institutoremque, de eaque Apostolos, aut certe Apostolicos Viros, seu eorum discipulos leges condidisse, & canones, nixus præsertim hujus S. Patris verbis, quæ consignavit hæresi 48. Num. 7. inquires: Id,

quod Apostoli deinde honeste, & religiose decreverunt per Ecclesiasticam Sacerdotii regulam: nimirum non tantum de Episcopatu, Presbyteratu, & Diaconatu, verum etiam de Subdiaconatu; dumque sibi objicit Epiphanium ibi fateri, Ecclesiam esse, in quibus à celibatus lege resiliissent Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri; respondet, eundem Patrem statim vociferari, hanc esse corruptelam, quæ contra sacros Canones, & Ecclesiasticas Leges inceperit: Respondet (inquit ab eo inductus Heretimasix) non illud ex canonis auctoritate fieri, sed propter hominum ignaviam, &c. ut N. præcedenti. Atque addit: His ita præstruissis, etsi fateremur, nec Canonem 26. (apud me lib. 1. tit. 3. N. 25.) Apostolorum, nec Ancyranum 10. nec Neo-Cæsareensem 1. nec 4. Gangrensem, nec Chalcedonensem 14. nec 3. Nicænum expresse quidquam statuisse de perpetua & inviolabili Clericorum majorum continentia: imò & affectatione silentii indulgisse quodammodo, aut certe non damnasse consuetudinem cum conjugate ante Ordinationem ducta, & abscissa omni spe decedenda deinceps ejuscumque: etsi hæc, inquam, omnia dæremus, maneret tamen illud ex Epiphanii testimonio certissimum, eos, quibus impartiretur Ecclesia Sacerdotium (hoc est, Episcopatum, Presbyteratum, Diaconatum, & Subdiaconatum, si author egregius ad mentem Epiphanii, cuius sola autoritate nititur, loqui vult) inviolabilis continentia legibus obligatus fuisse, & ipse exemplo Christi, & canonibus illi, quos Apostoli, Apostolicæque Viri in eorum locum successi constituisserunt. Citatorum enim canonum silentium, aut incertæ ex iis, quæ eliciuntur, conjecturæ, quid habent, quod in comparationem venire possit cum expressissimo Epiphanii testimonio? An diserte pronuntiant ii canones, post ordinationem sus esse priori copulari conjugii? prohibent ad nuptias usque post ordinationem convolare; ni-

hil præterea addunt. Si conjectæ tacite permitti prioris conjugii consuetudinem, id sane tua conjectura est, non canonis sententia. Et, ut conjecturæ assentire tua, non posses et tu assentiri Epiphанию, hanc fuisse indulgentiam, quæ id ferret, quod corrigi jam non posses, ne medicamine ipso morbus incresceret. Hæc Thomassinus graviter & fundate. E contra Natalis Alexander historiz Eccl. Sæc. IV. dissert. 19. propositionem suam tertiam hæc enuntiat: Perpetua lex continentie nec à Christo, nec ab Apostolis sacris Ministris imposta fuit; eamque, omniis aliis canonibus à Thomassino relatis, atque insufficientibus judicatis, qui sententia sue præjudicent, eo quod de capite rei fileant, secundaque tantum nuptias Sacris Ministris post sui ordinationem imhibeant, & consequenter incertæ solum ex iis ducentur conjecturæ, probat ex Canone 9. Concilii Ancyranæ Sæculo IV. habiti, qui non tantum usum conjugii ordinatis ante susceptionem sacrorum Ordinum iuti, verum etiam facultatem conjugii post Ordinationem sub certis conditionibus præiudici aperte videtur concedere; non extendendo tamen hanc ordinationem ad Presbyteros & Episcopos, uti ex ejus tenore constat, ita sonante: Diaconi quicumque ordinantur, si in ipsa Ordinatione protestati sunt, & dixerunt velle conjugio copulari, quia sic manere non possunt, si si postmodum uxores duxerint, in Ministerio maneat, propterea quod eis Episcopus licentiam dederit. Quicumque sane tacuerint, & susceperint manus impositionem, professi continentiam, & postea nuptiis obligati sunt, à Ministerio cessare debbunt. Roborat hoc suum argumentum I. ex S. Basilio Ep. 2. ad Amphilochem can. 9. ubi ait: se non nosse professiones (castitatis) Virorum, nisi Monachorum, qui tacite celibatum videntur admittere, quos postmodum expresse profiteri jubet constitutum. II. Ex S. Epiph. hæresi 55. seu ex

ipso loco à Thomassino adducto, dicens, Epiphanium evidentem ibi significare hanc celibatus disciplinam Sæculo IV. ubique non viguisse. III. Ex Socrate lib. 5. hist. Eccl. c. 21. in quo testatur Presbyteros, imò & Episcopos in Oriente nulla lege (verba sunt Socratis) coactos fuisse perpetuam ad continentiam servandam, sed non paucos etiam in Episcopatu liberos ex uxore legitima procreasse. IV. Ex Ecclesie Græcæ disciplina sancta in Trullano Concilio, A. C. 692. celebrato, quod matrimonium quidem Clericis majoribus, imò & Subdiaconis prohibuit, sed iisdem, solis exceptis Episcopis, usum iuti matrimonii permisit canone 3. ejusdem discipline approbat Innocentius III. in cap. cum dilectus h. t. atque omnium Ecclesie Græcæ cum Latina reconciliationum à Photiano schismate (quod Sæculo IX. contingit) historia. Quæ omnia contingere sane non potuissent, si celibatus præceptum lege aliqua à Christo, vel Apostolis impostum fuisset. At quam hæc Natalis Alexandri argumenta non sunt insolubilia, satis ostendit responsio Thomassini preoccupata. Ad Canonem enim Ancyranum à Natali adductum dici potest, hanc fuisse ejus indulgentiam, quæ id ferret, quod corrigi jam non posses, uti innuere videtur illa verba: propterea quod Episcopus eis licentiam dederit. Quæ responsio pariter elidit roborationem secundam & quartam. Testimonio autem S. Basilii roboratione tertia adducto opponi potest testimonium clarissimum S. Epiphanii dicentis L. cit. Apostolos continentiam Cleri præfati decrevissent per Ecclesiasticam Sacerdotii regulam. Ecclesiam vero indulgentiam in præceptis Apostolicis, julis ex causis, & temporum circumstantiis id exigentibus, admittere posse, & de facto admisisse, consilium, præter alia exempla, ex abrogatione præcepti de abstinentia à sanguine & sissocæis. Nec Thomassinus sustinet celibatum sacrorum Ministrorum ab ipso



Christo fuisse preceptum, sed tantum exemplo prae monstratum. E contra, ad Epiphaniū auctoritatem, cui soli inuitur Thomasiū, suaeque sententiae Patroni, respondet Natal. Alex. disert. cit. in solutione objectionis primae contra primam propositionem, ex ejus testimonio colligi non posse sacerdotum Ministrorum continentiam aliquo fuisse ejus aetate canone preceptam in Ecclesia universa, sed sanctissimum Patrem solum referre id, quod ut plurimum, non ex lege, sed ex pietate observabatur. Nec obstat quod S. Epiphanius ait, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos ab uxoris consuetudine contineri, ubi Ecclesiastici Canones accurate servantur. Non enim significat his verbis, continentiam ab uxoribus suo tempore ab Ecclesia sacris Ministris aliquo Canone Concilii oecumenici preceptam: & si id significaret, contra historice leges peccaret, quod ipsi non infrequens est. Quam responsionem est directe adhibeat Nat. Alex. ad justificandam historiam famosam Paphnutii (de qua mox), tamen huc applicari potest. Nam S. Epiphanius Canonem Apostolicum, vel Apostolicorum Virorum pro observantia & usui ab Apostolorum temporibus per Apostolicos Viros, eorumque successores ad sua tempora derivato accepisse, plausible est dicere vel ex hoc ipso, quod illo Saeculo Apostolorum temporibus nec proximo, nec nimis remoto similes observantiae dicereant Apostolicae vel Ecclesiasticae leges, aut regule, ut aliquot exemplis ostendimus lib. 1. tit. 2. cap. 1. Et si Epiphanius exliminavit, similem Canonem ab Apostolis revera editum fuisse, eadem opponi potest testimonium S. Basilii ipso doctioris, in traditione Ecclesiastica peritoris, & accuratioris, qui se ignorare profiteretur alios, preterquam Monachos, castitatem tacite profiteri, ut preterea auctoritatem Socratis, talem legem non exitate testantis, eo quod, tamquam Novatianus, suspicione laboret,

in celsibus legibus recensendis laud fierem: Historicum sese exhibuisse. Accedit, quod ex mente Epiphaniū etiam Subdiaconi celsibus lege fuissent adstricti, id quod apertis verbis L. c. edicit, cui tamen opponitur omnium aliorum Patrum silentium, qui dum hanc provinciam pertractant, solum Episcopatum, Presbyteratum, & Diaconatum enumerant; Ecclesiarumque usus contrarius, utpote in quibus aliquot post Saeculis Subdiaconatus inter majores Ordines non numerabatur, eique castitas non nisi saeculo V. in Ecclesia Latina annexebatur. Quidquid autem sit circa hanc Catholicorum Controversiam, id ex utriusque partis momentis contra Dominos Protestantibus in plenam meridiem deducitur, Sacros Ministros ab Apostolorum temporibus continentiam, ex communi usu observantiaque laudabilissima, usque ad finem Saeculi IV. observasse.

7. An Synodus Niceana famoso Canone III. supra tit. 2. N. 1. ad longum recensito, celibatum majoribus Ordinibus, hoc est, Episcopatu, Presbyteratu, & Diaconatu initiatis preceperit, paripariter controversum est inter Catholicos.

Affirmativam tenent nonnulli, quos suppresso nomine refert Natalis Alexander dissertatione citata; negativam, quae mihi probabilior quoque videtur, ipse cum aliis amplectitur, eamque sequentibus momentis falcit. I. Quod Concilium Nicenum relato Canone *subintroductas*, sive extraneas duntaxat mulieres à limitibus Clericorum areat, hoc est, eas, quae suspicionem malam adversus ipsorum sanctitatem parere possunt; in quorum numero cum non continetur Mater, Soror, Amita, &c. quibuscum Clericos cohabitare permittit, nec Uxor ante Ordinationem ducta comprehendit debet, utpote cujus contubernium etiam conjugale eo Saeculo necdum scandalum populo creabat, uti ex dictis h. t. in aperto est.

est. Quod autem Concilium Nicenum nomine subintroductarum mulierum non intellexerit Uxores Clericorum, sed extraneas, probat auctoritatibus sequentium Conciliorum, quae, Canonem Nicenum renovando, extranearum duntaxat mulierum cum Clericis contubernium prohibere. Uti constat ex omnibus canonibus titulo precedenti hanc in rem à nobis allatis. Quorum ponderi jungit auctoritates Patrum Concilio Niceno supparum, & totam retro antiquitatem, quae nominè subintroductarum mulierum nusquam uxores, aut consanguineas intellexit, sed eas, quae nullo sanguinis, aut Matrimonii federe Clericis conjunctae, in ipsorum ministerio, & obsequio essent, ex quibus complur fragmenta titulo precedenti pariter retulimus. Eandem hanc suam sententiam falcit secundo ex eo, quod dictus Canon omnibus Clericis *promissus* prohibeat subintroductas habere mulieres his verbis: *Nec alicui omnino, qui in Clero est; certum autem est inferioris Ordinis Clericis utquam sive ab Ecclesia Graeca, sive à Latina perpetua legem continentiae impositam fuisse. III. Cum canone 6. sive 5. Apostolorum, qui circa saeculum IV. proculi fuit, (lib. 1. tit. 2. N. 59.) Canone 3. Concilii Arelatenis 2. Can. 13. Concilii Turonenis 2. & à Gregorio M. lib. 1. ep. 50. legibusque secularibus Imperatorum expresse sancitum fuerit, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi que curam gererent Uxorum, quas ante Ordinationem duxerant, ipsique caste in una domo coniventer; Nicenus vero Canon prohibeat Clericis non solum ne subintroductis mulieribus ad voluptatem utantur, sed ne eas in domo sua retineant; sponte sua sequi videtur, eundem, nomine subintroductarum mulierum, non intelligere uxores ante Ordinationem ductas, nec Clericis legem imposuisse, quae ab ipsarum usu abstinere perpetuo tenerentur, verum hac de re omnino praef-*

Tom. II.

cidisse. Videatur hanc in rem L. Eum qui Cod. Theod. & Justin. de Episcopis & Clericis. Item Nov. Justiniani de Sanctissimis Episcopis. IV. Ex historia Paphnutii, qui Nicenus Patres à lege perpetuae continentiae ab Uxoribus ante Ordinationem ductis sacris Ministris imponenda, intercessionem sua deterruit, cum eam in legem ferendam maxime propenderent. Quam historiam, cujus nunc genuinum retulimus summarium, refert Socrates Saeculi V. Author lib. 1. cap. 8. Quaeque si ab Adversariis pro genuina admitteretur, rem praesentem omnino conficeret. At falsam, & adulterinam proclamant eruditissimi Baronius, & Bellarminus, Socratem hac in re mendacii arguentes, ut qui in castris Novatianorum militans, nullum discrimen inter Clericos Laicosque, quantum ad usum Matrimonii, admittentiam, fabulam hanc data opera sinxerit, aut historiam in recensendis legibus celibatus Clericorum sincerum se non praebuerit. Idque ex eo adstruere conatur, quod putidis passim mendacii ejus historia fateatur: quorum specimen exhibet lib. 5. cap. 21. in quo contra totius antiquitatis fidem scribit locuisse suo etiam tempore, Pascha secundum libitum Fidelium celebrare, &c. Et hinc quoque explodunt auctoritates Sozomeni, Cassiodori, Nicephori, eandem Paphnutii historiam referentium, utpote qui Socrate posteriores, eandem ex ejus libris deslorarunt. Sed Vici doctissimus occurrit egregius criticus Natalis Alexander, reponendo: consequens non esse, Socratem in Paphnutii historia mentiri, quia in aliis nonnullis contra historice leges peccavit; alioqui nihil certi in historia habebimus, quia nullus pene historicus est, cui error aliquis exprobri non possit. Suspicionem autem erroris, vel fictionis ab eo ut avertat in praesenti puncto, ait: quod Socratem spectat, licet ille Novatianus fuerit, sive fuerit Novatianus, non tamen in eo versatur

D

erro-



errore, quem ipsi S. Epiphanius affingit, ut Laicos & Clericos in ita, que matrimonium spectant, pares faciat: si quidem Laicos nondum Matrimonii vinculis adstrictos uxorem posse ducere non negat: Majores autem Clericos, qui uxorem ante sacram Ordinationem non duxerunt, negat Matrimonium jure inire posse. Nec calibatam Socrates evertit sacrorum Ministrorum, istam Paphnutii historiam referendo, cum perpetue continentie lege teneri eos asserat, qui calibes, aut vidui ad sacros Ordines promoti sunt. Ceteras eorum objectiones tum ex auctoritate, tum ex ratione de promptas, facile ac solide solvit, & ad istam quidem, quam desumunt ex auctoritate S. Epiphanius N. precedenti relata, ex ipso jam responsum est ibi, S. Epiphanium vel hallucinari, vel loqui de consuetudine & usu. Quo posteriori sensu etiam intelligendi sunt Hieronymus, & alii Scriptores Sæculi IV. de calibatu Clericorum verba facientes. Reliquæ vero eorum congruentiæ mihi æquidem videntur multo inferiores, quam ut arguerentur ab Alexandro ex simpliciore critice forte hausta infirmitate. Manente interim in suo vigore ea sententia, quæ Apostolos hujus præcepti Auctores adfruit (N. 6. h. t.)

8. Disciplina illa de Clericorum calibatu ab Apostolis derivata, legeque ab illis, vel ab eorum Successoribus fortassis sancita, atque à majori & saniore parte Ecclesie usque ad Nicæni Concilii tempora in utraque Ecclesia sancte observata, esto præsertim in Orientis, quantum ad continentiam ab uxoribus ante Ordinationem ductis, plene obtinere, vimque legis universalis accipere non poterit, atque à SS. Patribus, Conciliisque ob præcavenda majora mala patienter fuerit tolerata, nihilominus eandem obtinuit (si plane ab Apostolis, vel eorum Successoribus non fuit præcepta) quantum ad perpetuam continentiam eo-

rum, qui Virgines, vel Vidui ad sacros Ordines pervenerunt.

Prima pars ex hæcenus dictis in aptico est.

Secunda patet primo, quod nulla exempla inter Catholicos illorum sæculorum occurrant, que nos instruant, calibes post sui ad sacros Ordines assumptionem facultatem habuisse uxores ducendi (Vidui enim sive ante ordinationem, sive post illam, ad secunda vota, ob impedimentum bigamie, aliunde convolare non poterant). Secundo, quod indulgentia Patrum & Conciliorum sese tantum ad usum prioris conjugii, non vero ad nuptias post ordinationem incedas extendat, ut patet ex canone 9. Concilii Ancyran. N. 6. h. t. adnumerato, & testatur ipse Socrates hac, in parte adversarius, adeoque optimus testis, apud Natalem Alexandrum, ut N. precedenti diximus, praxisque utriusque Ecclesie ad usque nostra tempora confirmat.

9. Sircicus Pontifex Romanus, qui Sæculum IV. sua morte conclusit, ille est, de quo certo constat, Episcopis, Presbyteris, & Diaconis perpetuam continentiam, diuturno usu, & ab Apostolicis temporibus derivato firmatam, Decreto suo firmasse; quem secuti sunt alii deinde Pontifices, & Concilia

Sircium consulto non vocavi Sanctionis hujusmodi Auctorem, ob contrarias hæc de re sententias inter ipsos Orthodoxos (N. 6. & 7. h. t.). Propositio igitur sic limitata & certa probatur ex eisdem Pontificis epi ad Himerium Tarracensem cap. 7. ubi ait: Plurimos Sacerdotes Christi atque Levitas, post longa consecrationis sue tempora, tam de conjugibus suis propriis, quam etiam de turpi cultu sobolem discimus procreasse, & crimen suam hac prescriptione defendere, quia in veteri Testamenta Sacerdotibus ac Ministris generandi facultas legitur attributa. Dicit mihi nunc, quisquis ille sectator est libidinum, præcep-

torque vitiorum, si æstimat, quod in lege Moysi passim sacris Ordinibus à Domino laxata sunt hæc luxuria, cur eos, quibus committebantur Sancta Sanctorum, præmonere dicens: Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester? Cur etiam procul à suis domibus anno vicis fug habitare jussi sunt Sacerdotes? hæc videlicet ratione, ne vel cum uxoribus possent carnale exercere commercium, ut, conscientia integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus etiam expleto deservitionis sue tempore uxorius usus solius successione causa fuerat relaxatus, quia non ex alia, nisi ex tribu Levi, quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti. Unde & Dominus Jesus, cum nos suo illustrasset adventu, in Evangelio protestatur, quia legem veni implere, non solvere: ideo Ecclesiam, cujus Sponsus est, spociosus forma, castitatis voluit splendore radiari, ut in die Judicii sine macula & ruga eam possit reperire. Quarum sanctionum Sacerdotes omnes, atque Levitæ insolubili lege adstrigimur; ut à die Ordinationis nostre sobrietati & pudicitie & corda nostra mancipemus, & corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his, que quotidie offerimus, sacrificiis placemus. (En! iterum Papitam Missitam!) -- Et quia aliquanti, de quibus loquimur, ut Tua Sanctitas retulit, ignorantia lapsos se esse desunt: his hæc conditione misericordiam non ducimus esse negandam, ut sine ullo honoris augmento in hoc, quo delecti sunt, quamdiu vixerint, officio perseverent; si tamen post hæc continentem se studuerint exhibere. Hi vero, qui illi privilegiis excusatione nituntur, ut sibi asserant veteri hoc Legi concessum, voverint se ab omni Ecclesiastico honore, quod indignè usi sunt, Apostolica Scdis auctoritate dejectos, nec unquam posse veneranda attendere mysteria, quibus se ipsi, dum obsecris cupiditatibus inbiant, privaverunt. Et quia exempla præsentia

cavere nos præmonent in futurum: si quilibet Episcopus, Presbyter, atque Diaconus deinceps talis fuerit inventus, jam sibi omnem indulgentiam per nos aditum intelligat obferatam: quia ferro necesse est excindantur vulnera, que fomentum non senserint medicinam. Sircianam Constitutionem ad longum adduximus, quia plura gravissimi momenti contineat ad iustificandam infra speciali dissertatione contra DD. Protestantas de Clericorum calibatu disciplinam. Vide etiam ejus ep. 4. cap. 9.

Quantum ad 2. p. Concilium Illiberitanum non tantum secutum est, sed integro fere sæculo præcessit Constitutionem Sircianam, utpote celebratum in Hispania A. 305. sic enim habet Can. 33. Placuit in totum prohiberi Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, & Subdiaconibus positus in Ministerio, abstinere se à conjugibus suis, & non generare filios: quicumque vero fecerit, ab honore Clericatus exterminetur. Qui Canon ita non est exponendus, quasi Illiberitani Patres re uxoria sacris Ministris interdixerint eo solum tempore, quo Ministerium suum obibat; imprudenter enim penam depositionis eo casu transgressoribus imposuissent, quam executioni, ob impossibilem deprehensionem transgressorum, nunquam dare poterant. Hoc tamen Concilium cum Provinciale tantum fuerit, ab eo Epoca continentie pro sacris Ministris ab Ecclesia sancite metiri non debet. Sircii vero decretum iidem fere verbis repetit & confirmat Sæculo V. Innocentius L. tum ex 2. ad Victricium Rothomagensis Episcopum cap. 9. tum ep. 3. ad Exuperian Episc. Tolosanum cap. 1. Item Leo M. ep. 84. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem cap. 4. item 92. ad Rusticum Narbonensem Episcopum cap. 3. Harum Pontificum Constitutionibus conformia decrevit in Africa Sæculo IV. Concilium Carthagenense 2. canone 2. decernens: Episcopos, Presbyteros, & Diaconos,



nos, ita placuit, ut concederetur --- continentes esse in omnibus, etiam ab uxori- bus. Concordat Carth. V. eodem Saeculo canonis 3. dicens: Placuit, Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos, secundum priora statuta, etiam ab uxori- bus continere. Quod nisi fecerint, ab Ecclesiastica remouantur Officio. In Ec- clesia Hispanica per Concilium Toletanum initio saeculi V. decretum est: Ut Diaconi, si vel integri, vel casti sint, & continentis vita, etiam si uxores habeant, in Ministerio constituantur: ita tamen, ut si qui etiam ante interdictum, quod per Episcopos Lusitanos constitutum est, incontinentes cum uxori- bus vixerint, Presbyterii honore non eumulentur. Si quis vero ex Presbyteris ante interdictum filios susceperit, de Presbyterio ad Episcopatum non admittatur. Concordat in Ecclesia Gallicana Concilium Arausicanum I. A. 441. celebratum, can. 22. in- quiens: Deinceps non ordinentur Diaconi conjugati, nisi qui prius conversionis proposito profusi fuerint castitatem. Penas vero in transgressores decernit can. 23. & 24. hujus Concilii. In eadem Ec- clesia vestigia prioris Concilii legunt Concilium Arelatense A. 452. can. 7. & 3. Turonens. I. A. 461. Veneticum A. 461. Can. 11. Universa itaque Ecclesia Latina per Italiam, Thessalonicam, Africam, Hispaniam, Galliam, & ei adjacentem Germaniam, his saeculis jam conuersam, sanctissimam castitatis disciplinam, usum- que ab Apostolorum temporibus deriva- tum sancte custodivit in tribus deriva- tatis majoribus Ordinibus, et eumque saluberrimis Constitutionibus, ea de re fre- quenter latis, factum tectum tenuit, firmavit, ac stabilivit.

10. Prioribus his V. Saeculis castitas non erat annexa maioribus quatuor Ordini- bus, imo nec Diaconatu universali- ter.

Prima pars ex haecenus dictis abun- dantissime patet; cum enim juxta juris

axioma exceptio firmet regulam in op- positum, omnesque Patres, Concilia, Pontifices hucusque relati ab uxori- bus amplexibus exceperint unanimiter Episcopos tantum, Presbyteros, Diaconos- que; & aliqui solum, quos mox referemus, ipsos Subdiaconos; clarum est, conjugium inferioribus Clericis his saeculis ab utraque Ecclesia concessum fuisse: fateor tamen in quibusdam Provin- ciis Lectoribus & Psalmistis hoc saeculo interdictum fuisse uxores ducere, id, quod ex canonis 19. Concilii Chalcedonensis aperte colligitur; sed mos iste non obest nolite propositioni, tum quia hoc inter- dictum non fuit universale, tum quia videtur fuisse recentioris tum disciplinae, tum quia non de cohabitatione priorum uxorum, sed de contractione nuptiarum post Ordinationem loquitur.

Secundam partem, quantum ad id, quod his saeculis in particulis Eccle- siis Subdiaconi ad calibatam seruandum, saltem ex consuetudine, vel legibus earundem Ecclesiarum adstricti fuerint, adhaerent testimonia tum Epiphani N. 5. tum decretum Concilii Illiberitani N. 9. h. t. allata. Quod autem ea disciplina non esset communis universali Ecclesiae, inde eruitur, quod Patres, Concilia, Pontifices N. praecedenti, dum in numero continentiam profiteri obligatorum Clericorum Subdiaconos non recensent, eodem pariter ab eo onere, quod Caritas Christi sacratoribus Ministris imposuit, Ecclesiaeque Spiritu eius animata sanxit, absterunt. Hinc Concilium Carth. V. propo- sitionem nostram canonis 2. N. praeced. relato edicens, postquam tribus majori- bus Ordinibus perpetuam continentiam indixisset, de Subdiaconatu, ac reliquis Minoribus subdit: *Ceteros autem Clericos ad hoc non cogi; sed secundum unius- cuiusque Ecclesiae consuetudinem observari debere.* Et quamvis S. Leo Pontifex Ma- ximus Ep. 84. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem data, scribat: *Ad exhiben-*

ben-

endam perfectam continentiae puritatem, nec Subdiaconibus quidem connubium car- nale conceditur; eo tamen statuto sin- gularem Ecclesiae Romanae, & quarun- dam aliarum disciplinam spectat, non canone, sed consuetudine sola sancitam, & ex pietate observatam, nulla decreta poena adversus eos, qui ad Subdiacona- tum promoti matrimonii legitimi iuribus uterentur, ut mox constabit. In Gallis Saeculo V. hoc erat singulare circa Sub- diaconos, quod esto uxori- bus ante Or- dinationem dactis maritaliter posthaec convivere possent, ex Concilio Arausica- no, Turonensi &c. nullas tamen post Ordinationem ducere possent ex Conci- lio Venetico A. 461. canonis 11. praeci- piente: *Presbyteri, Diaconi, atque Sub- diaconi, quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evi- tent convivia, &c.*

11. Gregorius M. Saeculo VI. Subdia- conibus exemplo Leonis M. continentiam equidem imposuit; at disciplinam hanc neque ipse, neque eius Successores, ne- que alia Concilia usque ad saeculum XI. in Ecclesia, et in universalem legem evaderet, perfecte figere poterant.

Id praestitit S. Pontifex lib. 1. ep. 42. ad Petrum Subdiaconum Siciliae. In qua, postquam sibi relatum narrasset, quod ante trientium Subdiaconi omnium Ec- clesiarum Siciliae prohibiti fuerant, ut more Romanae Ecclesiae nullatenus suis uxori- bus miscerentur; quod sibi durum & incompetens visum testatur, ut qui usum ejusdem continentiae non invenit, neque castitatem ante promissit, compellatur a sua uxore separari, atque per hoc, quod abstinet, deterius cadat: haec sibi videri scribit: *Ut a praesenti die Episcopis omnibus dicatur, ut nullum Subdia- conum facere praesumant, nisi qui se vi- daturum caste promiserit.* Qui vero post eandem prohibitionem, qua ante trien- tium facta est, continenter cum suis uxori- bus vixerunt, laudandos, atque, ut in

bono se permanent, exhortandos esse, ait: *Eos autem, qui post prohibitionem factam, se a suis uxori- bus continere no- luerint, ad sacrum Ordinem promoveri non vult.* Sacra prohibitionem igitur Si- culorum Episcoporum oeconomia utitur Gregorius, dum legem continentiae Sub- diaconis Siciliae impostum imponit, quos in sacro Ordine constitutos non ag- noscit. Sed dubitat Thomassinus, an quod de continentia Subdiaconorum statuit Greg. M. turbatis paulo post in Gallia & Germania rebus tum civilibus, tum Ecclesiasticis, id diligentissime fuerit di- quod observatum? nam licet Aethiolo- rense Concilium & Subdiaconis Saeculo VI. calibatam praecipit, Lugdunense tamen III. A. 583. eos hac lege non con- stringit. In Hispanis nova hoc saeculo in- valuit disciplina, qua continentiam anno 18. spondebant minores Clerici parea- tum voluntate ab infantia Clero dicitur, ut promoveri possent ad Subdiaconatum; qua sponsione facta, tum duobus adhuc annis probabantur, & tum cum annum age- rent 20. in Subdiaconos promovebantur, si in proposito castitatis vellent persistere; sin vero, tum mittebantur ducere cum spe, ut perfecti subinde conjugii, si ad castitatem maturiori aetate redire vellent, fore, ut ad sacros Ordines admittantur, ut in terminis sancit Concil. Tolet. 2. A. 531. can. 1. & 4. E contra, Concilium Toletanum A. 597. can. 1. Subdiaconos inter calibes non coarctat. Quin Saeculo VIII. statutum illud de Subdiaconorum calibatu, quantumvis in eo stabilendo laborasset Gregorius M. adhuc vacillasse conicit Thomassinus, ex eo, quod eum Concilium Romanum A. 721. anathema tribus canonibus interque in conjuges Presbyterorum, Diaconorum, atque in Moniales, nullis vero in uxores Subdia- conorum, eas viris suis non tantum ut sorores, sed etiam ut uxores convivisse, & post mortem mariti ad alias nuptias convolare potuisse apparet. Suffragatur

401-



conjectura Thomasi Concilium Romanum sub Zacharia Papa A. 747. ubi multa quidem præcipiuntur, tum de Episcopis, tum de Presbyteris, tum de Diaconis circa castam cohabitationem cum mulieribus, etiam fœdere conjugali nexis; de Subdiaconis tamen omnino filatur. E contra, Sæculo X. Concilium Augustinum A. 952. canone 17. non tantum Subdiaconos, sed etiam ceteros Clericos maturiorem ætatem attingentes lege calibatus innectit, continentia fortassis Clericorum, quæ à Sæculo VII. in Gallia & Germania præsertim labefacta fuerat, atque per S. Bonifacium, Romanos Pontifices, Episcopos, Concilia eo, sequenti sæculo totis viribus restituta (hoc lib. tit. 2. N. 4.), ultimum repugulum obrustrum. E. vero cum Sæculo X. & XI. impudicitia torrens se demno in Clerum Occidentalem infudit (ibi N. 6.), Benedictus VIII. & cum eo Ticiense Concilium A. 1020. remedium generale occurrenti malo allaturum, Clericos omnes omnino, ne minoribus quidem exceptis, intra septa continentia coarctavit. Bituricense Concilium A. 1031. & Subdiaconis præcipit, ut uxores seu concubinas abiciant, addens: *Similiter nulli de Clero permittimus deinceps uxorem, neque concubinam habere*, Can. 5. Quæ tamen vehementer austeritas diuturna non fuit. Concilium enim Romanum A. 1063. can. 3. ne Subdiaconos quidem coerent lege calibatus. Qui temperamento, vel potius Juris remissioni concessit Synodus Coyacensis can. idem 3. A. 1050. & cum Sacerdotium proprie non sit, nisi Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, Conciliumque Romanum A. 1074. suo decreto, prout illud refert Lambertus in historia sua, Presbyteris tantum calibatam injungat; facile adducimur, ut credamus, illud ad Subdiaconos progressum non fuisse. Cui concinit Concilium Vintoniense A. 1076.

12. Varia hæc & mutans disciplina circa calibatam Subdiaconorum, atque inferioris Cleri, cum parum felices exitus haberent Concilia relata, ob miseram illorum temporum conditionem, diversa Sæculo X. & XI. hæc in re sæpiuscule decernentia, ad amissam antiquissimæ & temperatissimæ consuetudinis, imperanda nempe solis Subdiaconis, & superioribus Clericis continentia, non inferioribus, sub finem Sæculi XI. & deinceps revocata est.

Hanc æconomiam ad Sæculi XI. finem inivit Urbanus II. Qui in Concilio Claromontano A. 1095. soli Subdiaconatum, & superioribus Ordinibus calibatam innectit, & quidem sub pœna exclusionis ab omni eorum graduum dignitate. Uti habetur cap. 9. de atar. & qual. & Ord. Præs. Cujus Constitutio innovata est in Concilio Rhemenfi A. 1148. adiuncta pœna privationis Officii, atque Beneficii Ecclesiastici, in calibato possessi. In quo Concilio famosissimo, cui Eugenius Papa III. præerat, Canone septimo insuper constitutum est, ut Ordo Presbyteratus, Episcopatus, Diaconatus, & Subdiaconatus vin haberet impedimenti dicentis matrimonium, id quod confirmavit Concilium Lateranense III. sub Alexandro III. A. 1176. iniquis: *Nec hujusmodi conjunctio Matrimonium, sed contubernium est potius nuncupandum*, Conc. Apend. lat. tit. de Cler. Matr. c. 6. Quibus Sanctionibus firmiter deinceps stabilitus est calibatus majorum Ordinum usque ad Subdiaconatum inclusive, matrimoniumque inferiorum Clericorum permissum usque ad præsentem diem in Ecclesia Latina. Quamvis autem dicti inferiores Clerici à temporibus Urbani II. usque ad tempora Alexandri III. seu per integrum fere Sæculum & uxori- bus, & beneficiis Ecclesiasticis frui possent, saltem per convenientiam, quemadmodum ipse Alexander III. ad præcavenda majora mala in Clericis minoribus Eccl-

Ecclesie Anglicanæ similem convenientiam suadet Episcopo Herefordiensi in ep. ad Londinensem Archiepiscopum data c. 3. & 5. nihilominus idem sagacissimus Pontifex & in dicta ep. suadet: *Ne deinceps Clericis conjugatis Ecclesiastica beneficia conferantur*; & ipse deinceps præfatos Minoritas conjugatos non quidem à minoribus Ordinibus, sed à Beneficiis Ecclesiasticis arcere cepit, ut constat ex ejus decretis hoc titulo (qui de his Clericis tantum inscriptus est) relatis, quæ Sæculi XIII. initio ab Innocentio III. confirmata, jus commune Ecclesiasticum nunc constituunt. Quin eodem Sæculo XIII. Honorius III. immunitate etiam Ecclesiastica res & bona eorum non gaudere declaravit cap. 9. h. t. Temere tamen non conjicitur, hos Clericos ab Honorii temporibus usque ad Concilium Viennense, seu ad XIV. Sæculi initium Clericalibus privilegiis nihilominus gavisos fuisse, adeoque decretum Honorii executioni saltem omnimode non fuisse mandatum; dictum enim Concilium postquam decreto suo relato Clement. 1. de vita & honestate Clericorum, iisdem officia fordida Carnificum, seu Macelliariorum, aut Tabernaciorum interdixisset, non nisi monitos in rebus & in personis privilegium Clericale eos amittere decernit. Quin paulo ante hoc Concilium Bonifacius VIII. ad Sæculi XIII. finem Constitutionem Honorianam, immunitatem Clericis uxoratis etiam torum recipientibus, vel non deponentibus austerentem, mitigavit cap. 1. de Clericis conjugatis in 6. ejus sequens est Summarium: *Si Clericus conjugatus ferat habitum & tonsuram, clericali privilegio (nimium fori & canonis) gaudet, alius non. Bonifacii vestigia terens Concilium Trid. Sess. 23. c. 6. & 17. ejusdem Constitutionem de Clericis conjugatis renovavit; nihilominus ad ejus effectum consequendum in idem, præter deportationem habitus & tonsuræ, etiam additionem*

alicui Ecclesie, cui deserviant, requirit. Tres igitur vicissitudines notabiles in Ecclesia Latina subierunt Clerici conjugati. Namque usque ad Sæculum XI. omnium Cleri Privilegiorum consortium adepti sunt. Post hæc, usque ad Bonifacii tempora, dum Ecclesia ob Clericorum incontinentiam Beneficia Ecclesiastica in maximam animarum perniciem videret fieri hereditaria, omnibus Beneficiis, privilegiique privati sunt. Tandem, cum reintegrato Clericali calibatus vigore, cessaret illa necessitas, mitius cum illis, restitutis sub certis conditionibus Clericalibus privilegiis, agi cepit.

13. Infallibilis & fluctans disciplina circa calibatam Subdiaconorum, & inferiorum Clericorum in Ecclesia Latina, post Sæculum V. Romanorum Pontificum, Episcoporum, & Conciliorum vigilantia & auctoritate infraactè manutentata, restaurata, & vindicata est, quantum ad tres majores Ordines, usque ad Sæculum XI. inclusive, quantum vero ad ipsos & ad Subdiaconatum ipsum, ab eodem Sæculo usque ad moderna tempora.

De Subdiaconatu res jam est in apicum posita N. præcedenti. Circa continentiam Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, tria post Sæculum V. distinguenda sunt tempora: nimirum, à Siricio Papa, qui Sæculi IV. sine incontinentiam sacrorum Ministrorum compescuit, atque calibatam illorum lege sancivit (N. 9. h. t.), usque ad Sæculi VI. medium. Secundum à Sæculo VIII. medio usque ad Caroli M. tempora, seu ad Sæculi IX. finem circiter. Tertium à Sæculo X. inchoative, usque ad Sæculum XI. clericali privilegio. Quantum ad primam periodum, Sanctiones varias Pontificum & Conciliorum Sanctionem Siricianam de calibatu sacrorum Ministrorum renovantem, & corroborantes usque ad Sæculum V. dicto N. 9. h. t. jam retulimus. Quorum vestigia premens Concilium Agathense in Gallia initio Sæculi VI. seu A. 566.



can. 9. Presbyteris & Diaconibus usum uxorum ante Ordinationem ductarum, conformiter ad auctoritatem Innocentii I. & Siricii, interdixit. Eodem Saeculo similia in Gallis decreverunt Concilium Arverense A. 535. can. 13. Aurelianense tertium A. 538. can. 2. item quartum A. 541. can. 17. similiter quintum A. 549. can. 4. Turonense denique A. 597. can. 12. Matisconense A. 591. can. 11. & Lugdunense tertium A. 583. can. 1. Sacris Ministris non tantum facultate ducendi uxores post sui Ordinationem, sed etiam ante ductis cohabitandi in lecto, quin etiam in eadem domo, interdicentia. In Hispanis vero Concilium Toletanum III. sub Rearedo A. 589. celebratum canone 5. inquit: *Comperitum est à S. Concilio, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos venientes ex heresi (Ariani) carnali adhuc desiderio uxoribus copulari. Ne ergo de cetero fiat, hoc precipitur, quod et prioribus canonibus terminatur: ut non liceat eis vivere libidinoso societate.* Toletano Concilio Saeculo VII. in istem Hispanis concinit Concilium Toletanum VIII. A. 653. can. 5. 6. & 7. item IX. A. 655. can. 10. Ubi gravissima poenae decernuntur in sacros Ministros, usque ad ipsos Subdiaconos inclusive; qui in sacris Ordinibus vel uxores ducere, vel antea ductis cohabitare praesumpserint. Patebit autem legenti relatos canones, sicut & Gallicanos, incontinentiam sacerdotum Ministrorum circa haec tempora non tantum in Gallis, sed etiam in Hispanis irrepere, & progressum facere coepisse. Sic enim habet can. 10. Concilii Toletani IX. *Cum multa super incontinentiam Ordinis Clericorum usque haecenus emanaverint sententiae Patrum, & nullatenus ipsorum formari quiverit correctio morum, &c.* At, postquam Saeculo VIII. malum istud, in Gallis praesertim & adiacente Germania, culmen fere attigisset, novis remediis eidem obvium est. Et quidem Zacharias Pontifex Ep. r.

ad S. Bonifacium A. 743. ita scribit: *Quales se esse Sacerdotes existiment, aut quid inde sentiant, dicente Deo, Sacerdotes mei semel nubant? Et Apostolus: Uxor uxoris virum, &c.* Hoc ante susceptum sacerdotium uti licitum est. Nam à die suscepti Sacerdotii etiam ab ipso proprio conjugio prohibendi sunt. Et can. 3. Synodi Romanae ad Gallos Episcopos misse, qui canones exstant Tomo I. Conciliorum Gallie, haec habet: *Primo loco statutum est de Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus, — quos non solum nos, sed & Scriptura Divina compellit esse castissimos. Et Patres quoque jussurint continentiam eos corporalem debere servare.* Similia scribit Nicolaus I. circa Saeculi IX. medium in ep. ad Adonem Viennensem Archiepiscopum. Ex quibus omnibus constat, Pontifices & Concilia à Siricio legem calibatus, seu perpetuae continentiae majoribus Clericis imposuisse, atque ejus executioni constanter incubuisse; verum ejus perfectam observantiam vix, ac ne vix quidem obtinere potuisse, Clericorum incontinentia adversus Canones toties repetitos ac renovatos prevalente. Id quod sequenti saeculo X. praesertim contigit ex rationibus supra tit. 2. N. 6. adductis, quo Clerici, Matrimonii spe dejecti, concubinas & ancillas uxorum loco sibi copularunt, subindeque ad sacrilegas nuptias turmatim convolarunt. Unde severioribus remediis adversus impotentem ipsorum libidinem opus fuit. Et quidem Saeculo X. Concilium Troslejanum can. 9. vetera Ecclesiae, imo & Imperatorum decreta de sacerdotum Ministrorum celibatu recensuit, & executioni mandari praecipit. Saeculi vero XI. medio Leo IX. per omnes Ecclesias praecipit à Parochiis auferri feminas Presbyteris prostitutas. Cujus Constitutioni insistent Nicolaus II. in Conc. à se A. 1059. celebrato, can. III. decernit: *Ut nullus Missam audiat Presbyteri, quem concubinam scit indubitanter habere,*

bere, aut similem palam duxisse, & non reliquisse. Sed neminem later, quanto zelo Gregorius VII. ad ejusdem saeculi finem hanc incontinentiae pestem à Christi Sacerdotio eliminare studuerit; unum ejus testimonium ex ep. 62. c. 2. ad S. Chardum Aquilejensem Episcopum placet adducere, in qua ait: *Decrevimus, quod si quis eorum Ordinum, qui sacris Altaribus administrant, Presbyter scilicet, Diaconus, & Subdiaconus uxorem, aut concubinam habet, nisi illis omnino dimissis dignam poenitentiam agant, sacris Altaribus administrare penitus desistant: nec aliquo Ecclesiae beneficio ulterius possint, vel potius fruantur.* Cujus tamen zelus pietatisque vix ullum fructum retulere, imo tumultuum horrendorum innocens exiititerit occasio, Clericis incontinentibus calumniam fræna adversus Pontificem laxantibus. Quae de re Lambertus Schaffnaburgensis Monachus in Annalibus. Quae omnia ipsum compulerunt, ut apologiam pro suis decretis scribi careret, quae legem calibatus Ecclesiastici ab 11. capite ad 21. tuetur. Exstat illa post ejusdem epistolam Tomo X. Conciliorum editionis P. Labbei. Sed haec incontinentiam Clericorum pervicacia constantiam infractam Sanctissimorum Pontificum Romanorum, Gregorii VII. Successorum, aliorumque Praesulum labefactare non potuit in mantinenda ac restituenda disciplina ab Apostolorum temporibus derivata, legibusque primorum saeculorum sancita. Hinc Patrum suorum de calibatu constitutiones Urbanus ad exitum saeculi XI. in Concilio Melitano can. 2. & 12. renovando, eas ad ipsum quoque Subdiaconatus Ordinem perpetuo valitura Sanctio extendit, ut supra N. 12. vidimus. Et Saeculo XII. S. Anselmus in Concilio Londinensi eandem Sacrorum Ministrorum continentiam canone 4. 5. & 6. stabilivit. Quod idem in Gallis A. 1119. Goisfredus Archiepiscopus Rothomagensis in Concilio in sua Me-

tropoli habito praestitit, quamvis infelici eventu, ut narrat Ordericus Vitalis lib. 12. hist. Eccl. Et in Concilio Oecumenico Lateranensi I. sub Callisto II. can. 3. pro universa Ecclesia decretum est, ne Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi concubinarum & uxorum contubernia habeant. Quod saluberrimum decretum innovans Concilium Lateranense II. sub Innocentio II. A. 1139. celebratum, canone 6. poenam privationis officii & beneficii transgressoribus infligit. In quo Concilio canone 7. tale matrimonium in super cenetur nullum. Quos canones renovavit Eugenius III. in Concilio Rhemenensi A. 1148. celebrato, & Concilium Lateranense III. sub Alexandro IV. canone 11. Quibus Sanctionibus identidem repetitis, id tandem effecerunt vigilantissimi Ecclesiae Praesules, ut ad hujus saeculi finem, & sequentibus usque ad praesentem Lutheri reformationem, quae pubescente saeculo XVI. exordium habuit, carnalique ac avaritiae stimulis potissimum propagata fuit, Clerus sacer è profunda, in qua jacebat, carnis abyssio pulchro quidem evigilaverit, deinde in primo herimoniae perfectae, statumque suo tam propriae, virtute, quam Christus suavit, Apostolus commendavit, Discipuli Christi eorumque successores servarunt, Ecclesiae Latinae praecipit, sibi complacere coepit, ac tandem suavi Ecclesiae jugo (id quod norunt in Domino delectari affuerit) collum ex aere submiserit. Restitit equidem ausibus salacis Lutheri (quo titulo dignissimum fateri debent suum Praeceptorem omnes cordati Lutherani vel ex propriis, quae ad perpetuam nominis sui maculam posteritati transmisit, scriptis, castarum aurium quam maxime offensivis) Concilium Tridentinum Sess. 24. can. 9. anathema vibrans in eos, qui dicunt, Clericos majores posse matrimonium contrahere, aut ab his contractum validum esse. At, jugo Romanae Ecclesiae à Protestantibus excusso, flocci ab eo-



rum Ministris habetur Concilii Sanctio; nec mirum, cum contra præceptum ipsum Apostoli secundas & tertias in Ministerio suo constituit contrahere præsumant.

14. Ecclesia Græca, quod ab Apostolis, eorumve Successoribus accepit ex libitu pro Sacris Altaris Ministris sive mandatum, sive exemplum, per priora V. Sæculi ad emulationem Ecclesie Latine religiose observatum, posterioribus Sæculis negligentius curavit, imo obsolescere penitus permisit.

Declarationem propositionis, quantum ad membra incidentalia, dat N. 5. h. t. quod vero principale attinet, illud ex mox dicendis in apicem deducetur. Itaque.

15. Ecclesia Græca celibatum Episcoporum lege, vel usu ab Apostolicis temporibus introductum posterioribus Sæculis canonicis suis, quemadmodum Latina, equidem firmavit, & ad hæc usque tempora stabilivit.

Leges similes ante se in Ecclesia Græca existisse manifeste supponit Justinianus Imperator, Sæculo VI. clavani Imperii regens, dum Nov. 6. Nov. 123. c. 1. 14. 19. eas legibus civilibus roborans, nulli permittit uxorem habere Ordinationem Episcopalem imponi, omnesque simpliciter uxores ab eorum contubernio excludit; quam conformiter ad legem Synodus Quindecima A. 692. in Trullo seu Imperatorio Palatio celebrata can. 48. sancivit: *Uxor ejus, qui ad Episcopalem dignitatem promovetur, communis sui viri consensu separata, postquam in Episcopum ordinatus est ac consecratus, Monasterium ingreditur, procul ab Episcopi habitatione extructum, & Episcopi providentia fruatur; sin autem digna visa fuerit, etiam ad Diaconatus dignitatem provehetur.* Episcopo igitur Græco non licebat post sui Ordinationem matrimonio prius inito uti, multo minus novum contrahere ex Ecclesie illius disciplina

in hæc usque diem sancte observata non tantum à Græcis Catholicis & schismaticis, sed etiam à cæteris Christianis nominis, iisque diversissimis per Orientem sparsis Sæcis, illis etiam, quæ ante Justinianum tempora secessionem fecere; quæ omnes in eo consentiunt, quod Episcopos non habeant nisi calibres: unde & eos non nisi ex Monachis plerumque eligant, teste Thomassino de Beneficiis p. 1. Lib. 2. c. 53. N. 12.

16. Eadem Ecclesia Græca ceteros Ecclesie Ministros usque ad Subdiaconos inclusive, si calibres ad hos Ordines perveniant, perpetua lege continentem posterioribus Sæculis quoque adstrinxit.

Id, prioribus usibus vel legibus insilens Justinianus, novellis suis pariter firmavit, dum ait: *Non valente eo, qui ordinat, in tempore Ordinationis permittere Diaconum, aut Subdiaconum post Ordinationem uxorem accipere. Cujus velligis insilens Synodus Trullana citata canone 6. ait: Quoniam in Apostolicis canonibus dictum est, eorum, qui non ducta uxore in Clerum promoventur, solo Lectores & Cantores uxorem posse ducere; & nos hoc observantes, decernimus, ut deinceps nulli penitus Hypodiacono, vel Diacono, vel Presbytero post sui Ordinationem contrahere liceat. Si autem fuerit hoc ausus facere, deponatur. Alludit Concilium ad Canonem Apostolorum 25, qui sic sonat: *Ex his, qui calibres in Clerum pervenerunt, jubemus ut Lectores tantum, & Cantores, si velint, nuptias contrahant. Quos Canones circa Sæculi V. medium ex primitivorum Patrum Conciliorumque statutis consilatos, atque compilatos fuisse asserimus Lib. 1. tit. 2. N. 59. Et certe præter canon delumpsum videtur ex canone 10. Concilii Ancyranæ Sæculi IV. initio celebrati, quem N. 6. h. t. retulimus; itemque ex canone 7. Neocæsariensis Synodi ante Nicænam habitæ, quo decernitur: *Si Presbyter uxorem accepit, ab Ordine deponatur.***

17. Eadem Ecclesia Græca usum, aut potius abusum Sacrorum Ministrorum cohabitandi uxoribus ante Ordinationem ductis, Sæculo IV. à Concilio Nicæno, Ancyrano, Neocæsariensi, &c. dissimulatum (N. 7. h. t.), posterioribus Sæculis retinuit, ac approbavit.

Id factum est in famoso canone 13. præcitati Concilii Trullani, cujus sequens tenor est: *Quoniam Romane Ecclesie pro canone traditum esse cognovimus, ut promovendi ad Diaconatum, vel Presbyteratum profiteantur se non amplius sui uxoribus conjugendos; nos antiquum canonem Apostolicæ perfectionis Ordinisque servantes, hominum, qui sunt in sacris, legitima conjugia deinceps quoque firma, & stabilia esse volumus, nequaquam eorum cum uxoribus conjunctionem dissolventes, vel eos mutua tempore conveniente consuetudine privantes. Quomodo, si quis dignus inventus fuerit, qui Hypodiaconus, vel Diaconus, vel Presbyter ordinatur, is ad talem gradum nequaquam assumi prohibeatur, si cum legitima uxore cohabitet. Quem canonem nunquam approbavit, sed solum toleravit, & in præsentem diem disciplinam ab eo sancitam tolerat Romana Ecclesia. Et merito: hallucinantur enim Patres Trullani in eo, quod existunt, canonem illum, ad quem alludunt, esse ab Apostolis editum, cum canones illi Apostolis sint suppositi (lib. 1. tit. 2. cap. 2. quæst. 1.). Secundo, quod existunt canonem illum dimissionem uxoris à Presbytero, Diacono, &c. factam simpliciter inhibere; cum tamen id solum vetet fieri prætextu Religionis. Sic enim sonat: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus uxorem suam prætextu Religionis non abjicito. Si abjicit, segregator à communione, si perseverat, deponitur. Quem sensum dedit et Author ad mentem plurimum canonum Gangrensiem, ex quibus eum conflavit, qui anathemate feriunt eos, qui nuptias ut rem execrandam**

damaunt. Tertio, quod eundem Canonem solis Presbyteris, & Diaconibus applicent, cum Episcopos quoque comprehendat, & consequenter eorum disciplinam can. 48. à nobis N. 15. h. t. relato sancitam, atque rationes in præfati canonis contra Latinam Ecclesiam esse Evangelio & Paulo allatas, feriat.

18. Quin Sæculo IX. ulterius progressi Græci, sacris Ministris biennium post sui Ordinationem in concedebant, quo de Matrimonio ineundo adhuc deliberare possent; quæ tamen consuetudo, ceu corruptela ablata est.

Hujus consuetudinis meminit Leo Sapiens constit. 3. Juris Orient. tom. 1. pag. 481. & 493. ubi eam referens ait: *Consuetudo, quæ in præfati obtinet, iis, quibus matrimonio conjungi in animo est, concedit, ut antequam uxores duxerint, sacerdotes fieri possint, & deinde biennium ad perficiendam voluntatem jungi matrimonio volenti præstituit. Postea vero licentiosam hanc novitatem profcribens, sanctionis sue rationem dat sequentem: *Neque enim dignum est, ut qui spirituali assensu supra corporis abjectionem & sordes evecti sunt, hi rursus ad carnis sordes delabantur. Sed è diverso: hallucinantur enim Patres Trullani in eo, quod existunt, canonem illum, ad quem alludunt, esse ab Apostolis editum, cum canones illi Apostolis sint suppositi (lib. 1. tit. 2. cap. 2. quæst. 1.). Secundo, quod existunt canonem illum dimissionem uxoris à Presbytero, Diacono, &c. factam simpliciter inhibere; cum tamen id solum vetet fieri prætextu Religionis. Sic enim sonat: *Sacri Ministri Ecclesie Græcæ Sacrorum tempore ab uxoribus continere debent.***

Id in sæpe laudato Concilio Trullano relato can. 13. præcipitur his verbis: *Sciendum autem, sicut & qui Carthagine convenerunt, & vite Ministrorum honestatis curam gerentes dixerunt, ut Subdiaconi, qui sacra Mysteria contrectant, &*



Diaconi & Presbyteri secundum proprios terminos à Consortibus abstineant: ut & quod per Apostolos traditum est, & ab ipsa usque antiquitate servatum, nos quoque similiter servemus, tempus in omni re scientes, & maxime in sejanio & oratione. Oportet enim eos, qui divino Altari assident, in sanctorum tractandorum tempore esse omnino continentes, & post se id, quod à Deo simpliciter petunt, obtinere. Quo loquendi modo alludunt Patres Trullani ad canonem 2. Concilii Carth. II. A. 390. celebrati, Quam tamen male ad justificationem suæ disciplinae trahunt, cum ille tribus enumeratis gradibus continentiam non ad tempus, dum Sacris operandum instat, sed in perpetuum præcipiat, uti advertunt eruditi, atque ex eius tenore manifeste constat, qui sequens est: Epigonius Episcopus Bullensium dixit: Cum in præterito Concilio de continentia & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres, qui restrictione quadam castitati per consecrationes annexi sunt, Episcopus, inquam, Presbyter & Diaconus, ut pudicitiam custodiant, doceantur. Genethlius Episcopus dixit: Ut superius dictum est, decet sacrosanctos Episcopos, & Dei Sacerdotes, nec non & Levitas, vel qui Sacramenti Divini inserviunt, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter, quod à Deo postulant, impetrare: ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab universis Episcopis dictum est: Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi, vel qui Sacramenta contendant, pudicitiam custodes, etiam ab uxoribus se abstineant, ut NB. in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui Altari deserviunt.



QUÆSTIO DOGMATICA.

An Ecclesia Latina, Clericis in majoribus Ordinibus constitutis, usum Matrimonii iuste interdixerit?

20. Melchior Goldastus, ille Gregorii Papæ VII. quasi professione calumniator, inter Apologias S. R. I. Principum pro Henrico IV. contra eundem Summum Pontificem à se collectas, quarto loco offert duas epistolas Alboini Presbyteri, de conjugio Sacerdotum per Hildebrandum (id est Gregorium VII.) damnato; & decimo quinto DD. NN. Imp. Ferdinandi & Maximiliani II. Augg. Sacris rescriptis confirmatam sententiam de Clerogamia per Hildebrandum Papam damnata, ex libro, cui titulus: Via Regia, quem ait Imperatorum iussu conscriptum à Georgio Wicelio S. Theologie Doctore Catholico, & Cæsareæ Majestatis Consiliario. In quo Author scribit: Liber (nimirum ille, cui titulus: Forma Ecclesie prioris, ut notat Goldastus ibi in margine) recte asserit, cum sit, constitutionem istam humanam (de celibatu Clericorum à Gregorio VII. latam), qua prohibetur conjugium Presbyteris, ac distrabitur contractum, pugnanæ cum jure naturali, cum jure Divino, cum Evangelio, cum veterum Synagorum Constitutionibus, cum exemplis veteris Ecclesie, imo cum exemplis etiam Ecclesie Romanae, qualis erit circa 500. annor. Item in abusibus iussu Maximiliani II. Cæsaris ad Regiam Viam additis ab eodem Wicelio: Verum ejusdem est impietatis Concubinatus Sacerdotum, & Lupanar publicum, nec utrobique dissimilis Religio, nisi quod hæc appareat venerabilior, altera sordidior. Hunc statum reperit calibatus, illum discessum invenit otium, ex neutrum thorus immaculatus; -- ponat Augusta Majestas super cor suum, ut utramque impunitatem,

hoc

hoc est, ut quod malum est, de populo Christiano auferat. Illam ergo assertionem Wicelii, hoc consilium ab ipso Maximiliano Augusto datum, præjudiciis excecatus Goldastus, vocat sententiam Sacris Rescriptis duorum Imperatorum confirmatam, qui Sæculo XVI. post Carolum V. Ecclesie Catholice dogmata pro aris & focis defenderunt, vel ex hoc solo, quod continentia adversarius Wicelii Viam Regiam eorum iussu (si hoc ultro concedamus) conscripserit. Judicent de hoc cordati Domini Protestantes. Nos interea, quemadmodum lib. 2. tit. VI. tractatum Waltrani à calumniatore isto (1.) relatum, atque de investituris inscriptum refutavimus, ita in præsentem Scripturitiones Alboini, Wicelii, & aliorum Protestantium universim solide, servata erga omnes debita humanitate, resellimus.

21. Ut autem statum Quæstionis limpide exponamus, ex notis historicis in præsentem titulum datis ut certum supponendum est, nunquam aliquo canone positivo sive in Ecclesia Græca, sive in Latina tribus majoribus Ordinibus, hoc est Episcopatu, Presbyteratu, & Diaconatu initiatis permillum esse, ut post susceptum unum ex his Ordinibus uxores ducere potuissent; quin ex constantium priorum Sæculorum observantia, ab Apostolis vel usu, vel præcepto derivata, adhuc ante Concilium Nicænum

id à Concilio Ancyrano A. 314. celebrato canone 9. positive prohibitum fuit, ut vidimus N. 6. h. t. vi. cuius soli Diaconi, si in ipsa Ordinatione protestati sunt, & dixerunt velle se conjugio copulari, post ordinationem de licentia Episcopi ducere permittuntur. Quod autem ex licentia Episcopi conceditur, id secundum se prohibitum esse est necesse. Quem canonem sublata illa licentia, solis Diaconis per illum tantum concessa, renovavit non semel, atque in præsentem usque diem in praxim redegit utraque Ecclesia.

22. Secundo, quamvis Ecclesia coniventibus oculis prioribus Sæculis toleraverit quorundam infirmitatem, qui post Ordinationem uxoribus prius ductis maritaliter cohabitarent, ino Ecclesia Græca in Concilio Trullano can. 13. eandem approbaverit (N. 17. h. t.); nihilominus id semper cavi, ut in Sacerdotium non promovetur Bigamus, sed unius uxoris, & quidem virginis ductæ, vir. Id quod Græci usque hodie profitentur esse de præcepto divino, promulgat ab Apostolo 1. ad Timothi. 3. v. 2. ex quo patet, quam incuria sit Ecclesia Protestantium Sanctionum perpetuarum, praxeosque totius retro Ecclesie, imo præcepti ipsius Apostoli, (2.) dum molliibus suis ministris non tantum dat facultatem uxoribus ante deputationem ad Ecclesiasticum ministerium ductis fruendi, verum etiam

(1.) Absque calumnia enim hoc nomen meretur homo impudens, qui Sanctissimum Pontificem Gregorium VII. quem universa Catholica Ecclesia suspicit & veneratur, in sua præfatione ad hanc collectionem adeo iniquis abjectisque teommatibus profcindit, ut timeam eorum relatione aures vel ipsorum honestorum Protestantium offendere.

(2.) Saltem quod ille dedit, non Dominus, uti recte explicat Latina Ecclesia, quodque intelligendum est ad utriusque Ecclesie sensum, non ad illum, quem crasthoris naris eidem assignant nostri quidam adversarii; quasi Episcopi alique Ministri, Pauli successores, ex eius mandato necessario uxoris amplexibus se irretire deberent, qui omnes voluit esse sicut seipsum 1. ad Corinth. 7. v. 7. & bestioem ait viduam futuram, si post mortem Martii continens perseveraverit secundum suum consilium. Quod ex Spiritu Dei se dare dicit.



etiam cum non virgine ducta ad illud perveniendi; (quod in Latina Ecclesia, non nisi ex gravi causa dispensando, fit) atque ea desuncta ad secunda, & tertia vota liberrime convolvandi. Jam ad rem.

## PROPOSITIO.

*Ecclesia Latina Clericis in majoribus Ordinibus constitutis usum Matrimonii jure interdixit.*

23. **H**æc conclusio probari potest I. ex eo, quod probabilius hoc præceptum ab ipsis Apostolis Ecclesie Ministris impostum fuerit, uti videri potest toto N. 6. h. t. ergo illud Ecclesia Latina jure renovavit. Sed prædicendo à controversia inter ipsos Catholicos agitata, & supponendo ex testimoniis Epiphani, Hieronymi, aliorumque Patrum N. 6. h. t. relatorum, usum Matrimonii in sacris Ministris ab Apostolorum temporibus communito viguisse, eumque subinde à Gangrensi Concilio, per generale Concilium Chalcedonense confirmato, aliisque subsequens per omnia Ecclesie sæcula respectivo confirmatum fuisse, quod oculis subijciunt Nota à N. 8. usque ad finem datæ, propositio ratione ostensiva evincitur.

24. Non est injustum, id, quod Christus sequacibus suis indiscriminatim consulit, quodque Apostoli servarunt ac commendarunt, atque longe sæculorum usum ab eorum successoribus Ecclesie Ministris in praxim missum est, lege perpetua firmari ab ea potestate, quæ competentem habet Jurisdictionem, atque sufficientiam, ut hoc faciat, motiva. Jam vero Christus sequacibus suis continentiam seu castitatem indiscriminatim consulit (N. 2. h. t.), Apostolus Paulus eam commendavit (N. 3. h. t.), Ecclesie Ministris ab Apostolorum tempore longo sæculorum usum eam in praxim miserunt (N. 5. & seqq. h. t.), Ecclesia vero à

## De Clericis conjugatis.

Christo accepit competentem Jurisdictionem ordinandi ad ratiificationem, non ad destructionem ea, quæ spectant ad disciplinam, habuitque sufficientia motiva exlibitum majoribus Clericis præcipiendi, usumque Matrimonii ipsis interdiciendi: ergo jure id fecit Priora minoris principalis membra numeris citatis demonstrata sunt. Quod autem Ecclesia potestatem à Christo accepit ea ordinandi, quæ ad disciplinam spectant, ad ratiificationem nimirum, non destructionem, nec ipsi Domini Protestantes abnuunt. Probandum itaque superest, an etiam ea, quæ Christus & Apostoli in consilio plano reliquerunt, Ecclesia intra præcepti cancellos possit arctare, anque in casu sufficientia motiva habeat.

25. Id quod probatur primo argumento ad hominem contra adversarios: Illi enim non negabunt Ecclesiam certis personis Matrimonium præcipere posse, si ab his matrimonii salus temporalis Reipublice Christiane dependeat, esto Christus Matrimonium statum æque ac exlibitum libero Christianorum arbitrio reliquerit: igitur à fortiori exlibitum sacris Ministris, ad hunc statum libere convolvantibus, præcipere potuit, cum inde salus spiritualis Reipublice Christiane vel maxime dependeat, ut infra videbimus. Secundo. Certum est Ecclesiam Protestantium ex gravibus motivis præcipere suis Cælibus certas dies jejuniorum, precum, & festorum; atque Christus jejunia, preces, solemnia præcipere quoad has dies reliquit in consilio, liberoque arbitrio hominum: igitur DD. Protestantes factis suis justificant allatum in favorem praxis nostræ Ecclesie principium. Tertio. Ipsi Domini Protestantes certe injustitiam non condemnabant cum Imperatore Augusto omnes Reges & Principes Christiani Orbis, dum ob bonum temporale Rerumpublicarum Christianarum in controverso puncto adducto faciunt id, quod propter bonum spirituale

## Lib. III. Titulus III. De Clericis conjugatis.

tuale circa statum Ecclesiasticum facit Ecclesia; id vero eos facere ostenditur: certum est enim hos Principes nec sequestrare parti suorum exercituum facultatem præbere ducendi, nec dimittere eos, qui prætextu illo (difficile possum continere, spiritualibus Protestantium Patribus vel ab ipsa beneficii obtenti die sacro) castra vellet deserere, esto in supplica insuper apponerent Christi de hac re consilium, non mandatum: cur igitur effeminati isti suggillant Ecclesiam, dum Ministros suos spiritualia ex officio seminarios, & libere id officii eligentes, à messe quorumcumque carnalium profus vult esse alienos? Plus dico: nunquid fortassis turbæ innumera mulierum, quas natura, fortunæque avaritia solito deformiores, pauperioresque reliquit, non poterunt ex adversariorum delicato principio contra Deum jure tantillo multitare, cur fragilem eorum sexum immiti quodammodo fato ab eo in perpetuum coerceat, quod suo consilio in hominum arbitrio reliquit, ac viris in Ecclesia Protestantium & quidem spiritualibus concessit? Quod incidens addidi, non quod robar aliquid in eo ad confirmandas allatas rationes ponam, sed ut Dominis Protestantibus ostendam, castitatem rem quidem esse naturæ dissilem, nihilominus tamen per gratiam Christi sexui fragili, & quidem sæpe invito, possibilem; illis vero, qui Christi caritate succenti eidem filios spirituales per verbi dispensationem generare solent, quales sunt sacri Ecclesie Ministri, etiam suavem. Nunc ad motiva procedamus, quæ Ecclesiam Latinam impulerunt, ut castimoniz Ministrorum suorum ab Apostolorum temporibus, usum saltem ac disciplina inducæ, ac conservatæ, legibus etiam positivis subinde provideret. Illa autem desumuntur ex ipso officio sacerdotum Ministrorum; atque à sanctis Patribus referuntur.

26. Itaque sacerdotum Ministrorum offi-

cium est pro populo orare, sacrificare, verbumque divinum, ac sacramenta eidem ministrare. Officium, in quo nihil negotii mundani, vel carnalis relictum, quin officium, cui hæc negotia non minimum negotium facessunt; ita ut irrefragabiliter ille Minister ad hæc munia obeunda sit habilior, qui magis ab his impedimentis est alienus. Id quod ex Apostolo, quantum ad præsentem materiam, evidentissime demonstrat: sic autem habet 1. ad Corinthios 7. v. 32. *Volo vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est. Cum itaque facer Minister vi officii sui quam maxime debeat cogitare, quæ Domini sunt, & indivisus esse, hoc est, cor habere à rebus mundanis, præsertim uxoris, perfecte abstractum; evidens est, juxta S. Pauli doctrinam, illum Ministrum ad hæc munia obeunda esse habiliorum, qui ab impedimentis mundi, & carnis magis alienus est. Si ergo Prærex ille injuste non agit, qui conditiones eas Ministris Provincie sibi creditæ lege lata præscribit, quas esto Rex non mandaverit, sibi tamen placere significat, imo aperte sentit, eas isdem ad rite obeundas sibi demandatas provincias esse accommodatissimas; quin hæc sua æconomia, esto dictis Ministris difficilis, Regi placet: ita & Ecclesia Christi Regi Regum Christo se displicuisse, aut injuste egisse non sanxit, dum ex isdem motivis rem ab Apostolorum temporibus usum & disciplina (ut hoc demus) ab omnibus Pastorem animarum vere amantibus, ac arctam ejus viam emulantibus, sacris ministris ex dicto sine sancte observatam, lege demum lata firmavit. Vel si illa hoc in passu injuste egit, iniquitatis condemnandi veniunt indiscriminatim omnes Christiani orbis Principes, qui ob finem temporalem suis in exercitiis tot*



tractabitur, referemus. Sufficit enim nobis hoc numero cordatos eos Viros, quin Sanctos retulisse, qui de utriusque Ecclesie disciplina & consuetudine usque ad seculum IV. inclusive circa presentem materiam in favorem nostrum testati sunt. De quorum (utpote Gregorii VII. artificis necdum scilicet infansinarum) candore, sicut cordati adversarii dubitare nequeunt, ita magnum prejudicium eos pati respectivo ad nos est necesse, utpote qui (quidquid adhuc sit circa intolerabile, ut vocant, præceptum celibatus, de quo mox) cum Ecclesia primitiva spiritus habente eligimus id, quod optavit Paulus; illi vero sequuntur id, quod obtendit hierarchia Vigilantius.

6. An celibatus Episcopatu, Presbyterio, & Diaconatu (qui soli prioribus Ecclesie sæculis Sacri habebantur Ordines) insuper fuerit annexus præcepto Apostolico? controversum est inter Doctores Orthodoxos.

Consulto præcendimus à Subdiaconatu, circa quem Ordinem, an ab initio Ecclesie insuper fuerit sacer, ipsum Lectorem præterea remittimus ad lib. 1. tit. 11. N. 13. quod enim Subdiaconi ex Ecclesie disciplina & usu vitam celibatam et tempore profiterentur, præter S. Epiphanium ex Patribus N. præcedenti relatis recenset nullus, omnibus de tribus in propositione enumeratis Ordinibus id solum asserunt. Et ex numero citato libri 1. constat, Subdiaconatu vorum castitatis annecti cepisse sæculo V. in Ecclesia Latina. Hoc ergo præbato Thomassinus de vet. & nova discipl. de beneficiis Eccl. p. 1. Lib. 2. cap. 60. N. 3. nixus autoritate Epiphanii N. præcedenti allata, tenet, Christum ipsum primum esse disciplinæ hujus Authorem, Institutoremque, de eaque Apostolos, aut certe Apostolicos Viros, seu eorum discipulos leges condidisse, & canones, nixus præsertim hujus S. Patris verbis, quæ consignavit hæresi 48. Num. 7. inquires: Id,

quod Apostoli deinde honeste, & religiose decreverunt per Ecclesiasticam Sacerdotii regulam: nimirum non tantum de Episcopatu, Presbyteratu, & Diaconatu, verum etiam de Subdiaconatu; dumque sibi objicit Epiphanium ibi fateri, Ecclesiam esse, in quibus à celibatus lege resiliissent Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri; respondet, eundem Patrem statim vociferari, hanc esse corruptelam, quæ contra sacros Canones, & Ecclesiasticas Leges inceperunt: Respondet (inquit ab eo inductus Heretimasix) non illud ex canonis auctoritate fieri, sed propter hominum ignaviam, &c. ut N. præcedenti. Atque addit: His ita præstruissis, etsi fateremur, nec Canonem 26. (apud me lib. 1. tit. 3. N. 25.) Apostolorum, nec Ancyranum 10. nec Neo-Cæsareensem 1. nec 4. Gangrensem, nec Chalcedonensem 14. nec 3. Nicænum expresse quidquam statuisse de perpetua & inviolabili Clericorum majorum continentia: imò & affectatione silentii indulgisse quodammodo, aut certe non damnasse consuetudinem cum conjugate ante Ordinationem ducta, & abscissa omni spe decedenda deinceps ejuscumque: etsi hæc, inquam, omnia dæremus, maneret tamen illud ex Epiphanii testimonio certissimum, eos, quibus impartiretur Ecclesia Sacerdotium (hoc est, Episcopatum, Presbyteratum, Diaconatum, & Subdiaconatum, si author egregius ad mentem Epiphanii, cuius sola autoritate nititur, loqui vult) inviolabilis continentia legibus obligatus fuisse, & ipse exemplo Christi, & canonibus illi, quos Apostoli, Apostolicæque Viri in eorum locum successi constituisserunt. Citatorum enim canonum silentium, aut incertæ ex iis, quæ eliciuntur, conjecturæ, quid habent, quod in comparationem venire possit cum expressissimo Epiphanii testimonio? An diserte pronuntiant ii canones, post ordinationem sus esse priori copulari conjugii? prohibent ad nuptias usque post ordinationem convolare; ni-

hil præterea addunt. Si conjectæ tacite permitti prioris conjugii consuetudinem, id sane tua conjectura est, non canonis sententia. Et, ut conjecturæ assentire tua, non posses et tu assentiri Epiphanio, hanc fuisse indulgentiam, quæ id ferret, quod corrigi jam non posses, ne medicamine ipso morbus incresceret. Hæc Thomassinus graviter & fundate. E contra Natalis Alexander historiz Eccl. Sæc. IV. dissert. 19. propositionem suam tertiam hæc enuntiat: Perpetua lex continentie nec à Christo, nec ab Apostolis sacris Ministris imposta fuit; eamque, omniis aliis canonibus à Thomassino relatis, atque insufficientibus judicatis, qui sententia sue præjudicent, eo quod de capite rei fileant, secundaque tantum nuptias Sacris Ministris post sui ordinationem imhibeant, & consequenter incertæ solum ex iis ducentur conjecturæ, probat ex Canone 9. Concilii Ancyranæ Sæculo IV. habiti, qui non tantum usum conjugii ordinatis ante susceptionem sacrorum Ordinum iuti, verum etiam facultatem conjugii post Ordinationem sub certis conditionibus præiudici aperte videtur concedere; non extendendo tamen hanc ordinationem ad Presbyteros & Episcopos, uti ex ejus tenore constat, ita sonante: Diaconi quicumque ordinantur, si in ipsa Ordinatione protestati sunt, & dixerunt velle conjugio copulari, quia sic manere non possunt, si si postmodum uxores duxerint, in Ministerio maneat, propterea quod eis Episcopus licentiam dederit. Quicumque sane tacuerint, & susceperint manus impositionem, professi continentiam, & postea nuptiis obligati sunt, à Ministerio cessare debbunt. Roborat hoc suum argumentum I. ex S. Basilio Ep. 2. ad Amphilochem can. 9. ubi ait: se non nosse professiones (castitatis) Virorum, nisi Monachorum, qui tacite celibatum videntur admittere, quos postmodum expresse profiteri jubet constitutum. II. Ex S. Epiph. hæresi 55. seu ex

ipso loco à Thomassino adducto, dicens, Epiphanium evidentem ibi significare hanc celibatus disciplinam Sæculo IV. ubique non viguisse. III. Ex Socrate lib. 5. hist. Eccl. c. 21. in quo testatur Presbyteros, imò & Episcopos in Oriente nulla lege (verba sunt Socratis) coactos fuisse perpetuam ad continentiam servandam, sed non paucos etiam in Episcopatu liberos ex uxore legitima procreasse. IV. Ex Ecclesie Græcæ disciplina sancta in Trullano Concilio, A. C. 692. celebrato, quod matrimonium quidem Clericis majoribus, imò & Subdiaconis prohibuit, sed iisdem, solis exceptis Episcopis, usum iuti matrimonii permisit canone 3. ejus disciplinam approbat Innocentius III. in cap. cum dilectus h. t. atque omnium Ecclesie Græcæ cum Latina reconciliationum à Photiano schismate (quod Sæculo IX. contingit) historia. Quæ omnia contingere sane non potuissent, si celibatus præceptum lege aliqua à Christo, vel Apostolis impostum fuisset. At quam hæc Natalis Alexandri argumenta non sunt insolubilia, satis ostendit responsio Thomassini preoccupata. Ad Canonem enim Ancyranum à Natali adductum dici potest, hanc fuisse ejus indulgentiam, quæ id ferret, quod corrigi jam non posses, uti innuere videtur illa verba: propterea quod Episcopus eis licentiam dederit. Quæ responsio pariter elidit roborationem secundam & quartam. Testimonio autem S. Basilii roboratione tertia adducto opponi potest testimonium clarissimum S. Epiphanii dicentis L. cit. Apostolos continentiam Cleri præfati decrevissent per Ecclesiasticam Sacerdotii regulam. Ecclesiam vero indulgentiam in præceptis Apostolicis, julis ex causis, & temporum circumstantiis id exigentibus, admittere posse, & de facto admisisse, consilium, præter alia exempla, ex abrogatione præcepti de abstinentia à sanguine & sissocæis. Nec Thomassinus sustinet celibatum sacrorum Ministrorum ab ipso



batur Ecclesia, leviura nuper creditibus dat præcepta, ne territi ferre non possent. Verba sunt ipsius contra Vigilantium. Quod si qui postea in delingendis Episcopis conjugatos Virginibus & continentibus prætulere, respondet S. Pater, hunc forsitan errorem fuisse eligentis populi, qui sibi supplicatur in eligendis sui ipsius similibus: vel Episcopi moderantis electionem, qui terrenis pius æquo rationibus affectibusque indulerit. Et vera occurrunt primis illis 4. sæculis, quibus sacri Ministri continentiam in utraque Ecclesia adhuc communi servabant, exempla non tantum Diaconorum, & Presbyterorum, sed etiam Episcoporum, conjugio post sui Ordinationem utentium: verum sicut hirundines in itinere veris. Videatur N. 44. & 45. h. c. Propositionem limbo II. per particulam saltem. Quia esto certum sit ex probis mox adferendis, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos perpetuam continentiam ex Ecclesie disciplina, diuturno usu, & ab Apostolicis temporibus derivato firmata, servasse, controvertitur nihilominus inter Catholicos ipsos, an hæc disciplina Apostolice aliquo positivo præcepto sit sancta? de quo infra. Nunc, quantum ad ipsam propositionem, illa adstruit primo ea congruentia, quod naturale quodammodo sit, ut mingeri, atque de suis Magistris ingentem ideam habentes discipuli, vota ac exempla eorumdem pro possibili amplecti soleant; quemadmodum constat exemplo Reclabitarum, quorum emulationem præcepti exemplique Patris sui Jonadab plane oblitiscunt, amara parænesi Judæi Apostatis objecit Deus Jeremias 35. Cum igitur Paulus loco supra relato & exemplo, & verbo se in sectanda continentia discipulis proposuerit, non mirum, sed naturale quodammodo fuit, discipulos plerisque, præsertim eos, qui illidem, quibus ille occupatus fuerat, ministeriis spiritualibus mancipabantur, ex motibus famosi capitis 7.

epistole ejus prima ad Corinthios per-motos, ut cum minoribus impedimentis spiritualia seminarent, carnalibus melli-bus vel nunquam usos fuisse, vel nuntium remisisse. Quorum exempla, non tantum à Dominis Protestantibus, sed ab hominibus solo rationis lumine uten-tibus suscipienda, secuti successores, & horum nati, & qui spiritualiter nasce-bantur ab illis, dum caritas Christi ad-huc ferveret, & sacros Ecclesie Mini-stros urgere, id effecerit, ut, si non lege Apostolica, saltem usu disciplinaque Ecclesiastica ab Apostolis derivata, sacri Altaris Ministri calibatam in communi, seu in globo servarent. Quam congruen-tiam, & inde natam hanc disciplinam, luculentissima SS. Patrum priorum IV. sæ-culorum comprobant testimonia; atque ut ordine procedamus, Origenes, qui sæ-culi III. initio floruit, homilia 23. in lib. Numerorum hæc habet de Sacerdotibus: *Certum est, quia impeditur Sacrificium indefinens his, qui conjugalibus necessitatibus serviunt. Unde videtur mihi, quod illius solus est offerre Sacrificium indefinens, qui indefinenti & perpetuo se de-voerit castitati.* Quo loco & consuetu-dinem suo sæculo in Sacerdotio Christi dominantem ratione roborat, & Missæ Sacrificium indefinens, votaque castitatis emitti solita adstruit ad invidiam nimirum Protestantium, hæc omnia longis sæculorum intervallis à Romanis Pontificibus inventa declamantium. Originem excipit Eusebius, qui sæculi IV. vere hifloriam Ecclesiasticam scripsit: hic lib. 1. demonstrationis Evangelicæ cap. 9. de Episcopis & Presbyteris sic loquitur: *His autem ipsis, ut melioribus studiis vacent liberius, sejunctus à re uxoria viduus adamatur, veluti iis, qui divina & incorporea sobole propaganda occupati tenentur.* Maximi nimirum rem momenti in fluxa hac mortalitate amore Christi flocci habentes, quam olim Philosophi amore vacuum speculationum ultra præ-  
verunt! Eodem sæculo Cyrillus Hierosol. Catech. 12. *Docebat purissimum puritatis Doctorem ex puris prodire thalamis. Si enim qui apud Jesum bene fungitur Sacerdotio, abstinere à muliere, quomodo ipse Jesus ex muliere (hoc est, ex non Virgine) prodisset? Tempore ergo Cyrilli Sacerdotes communiter vivebant calibes. Luculentius S. Epiphanius Cyrillo coævus hæresi 59. que est Catharorum, seu Novatianorum, ubi cum Bigamos à Sacerdotio Ecclesiam jure meritoque arce-re præmississet, hæc de sacrorum hominum continentia subiungit: *Quin eum insuper, qui adhuc in Matrimonio degit, ac liberis dat operam, tametsi unius uxoris sit vir, nequaquam tamen ad Diaconi, Presbyteri, Episcopi, aut Hypodiaconi Ordinem admittit: sed eum duntaxat, qui ab unius uxoris consuetudine sese continerit, aut ea sit orbatu: quod in illis locis præcipue fit, ubi Ecclesiastici Canones accurate servantur.* De consuetudine prædominante suo sæculo, & quidem in Ecclesia Græca, loquitur Epiphanius, constringente quidem & ipsos Subdiaconos; ad contrarium autem alieubi fieri solitum ibidem respondet: *Non illud ex canone feri, sed propter hominum ignaviam, qua certis temporibus (E. G. tempore reformationis à Luthero prætenfæ) negligentem agere, ac connerere solet, ob nimiam multitudinem, eum scilicet, qui ad eas se functiones applicent, non facile reperiuntur.* Quæ tamen ratio tempore exultimate reformationis, nec modo apud Dominos Protestantium videtur urgere. Legatur idem S. Pater in Expositione fidei Cath. c. 21. Gregorius Nyssenus ibidem Græcus Pater eodem sæculo adulto lib. de Virginitate cap. ult. hæc scribit: *Quomodo hæc ipsa Deo offerri, qui legi non obtinere prohibent, ne facta impurus faciat? ac si Deum tibi apparere expetis, quid causa est, cur Mosen non audias, qui populo edicit, ut à nuptiis purus**

fit, quo Dei aspectum comprehendat. Iterum de Sacrificio nullat Augur iste Nyssenus, quin & Iudicem illam Sacerdotum unctioem apud Papistas, cæcis nescio quibus sæculis invecram, divinam, dum paulo ante ait: *Quomodo Sacerdotio Dei fungeris, qui ad hoc ipsum, ut munus offerres, unctus es? &c.* Sed audiat Hieronymus Latinus, qui Dor-mitantium Calibatus Sacerdotum hoc sæculo primum hostem vellicans, ut Vigilantium re efficiat, hæc in libro adversus eundem Hæresiarum scribit: *Probr nescis! Episcopos sui sceleris dicitur habere conjores: si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant Diaconos, nisi prius uxores duxerint: nulli Calibæ credentes pudicitiam, imo offendentes, quam sancte vivant, qui male de omnibus suspicantur, & nisi prægnantes uxores viderint Clericorum, infantes de ulnis Matrum vagantes, Christi Sacramenta non tribuunt. Quid facient Orientis Ecclesie? quid Egypti, & Sedis Apostolica, que aut Virgines Clericos accipiunt, aut continentes, aut, si Uxores habent, mariti esse desunt? Hoc docuit Dormitantes (ille scilicet per antiphrasim Vigilantium) libidini frana permit-tens. Lente! moderate S. Pater! ne cunas, ut ajunt Germani, apud bene multos præsertim Patres spirituales Germanos evertas. Ergone pro illis solis fiat Vigilantium hæreticus, pro Romana Ecclesie disciplina in Europa, Asia, Africa illo tuo immitti & inhumano sæculo? Legatur idem S. Pater in Apologia ad Pam-nachium. Item lib. 1. adversus Jovinianum cap. 19. Item in Comment. in Ep. ad Titum, quibus locis Ecclesie consuetudinem de calibatu ad sacros Ordines, Sacerdotium, seu Episcopatum, Presbyteratum, & Diaconatum extensam fuisse apertissime prodit. Romanorum Pontificum, Conciliorumque circa calibatam Sacrorum Ministrorum testimonia sequentibus numeris, ubi de calibatus præcepto tra-*

tra-



Christo fuisse preceptum, sed tantum exemplo prae monstratum. E contra, ad Epiphaniū auctoritatem, cui soli inuitur Thomasiū, suaeque sententiae Patroni, respondet Natal. Alex. disert. cit. in solutione objectionis primae contra primam propositionem, ex ejus testimonio colligi non posse sacerdotum Ministrorum continentiam aliquo fuisse ejus aetate canone preceptam in Ecclesia universa, sed sanctissimum Patrem solum referre id, quod ut plurimum, non ex lege, sed ex pietate observabatur. Nec obstat quod S. Epiphanius ait, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos ab uxoris consuetudine contineri, ubi Ecclesiastici Canones accurate servantur. Non enim significat his verbis, continentiam ab uxoribus suo tempore ab Ecclesia sacris Ministris aliquo Canone Concilii oecumenici preceptam: & si id significaret, contra historice leges peccaret, quod ipsi non infrequens est. Quam responsionem est directe adhibeat Nat. Alex. ad justificandam historiam famosam Paphnutii (de qua mox), tamen huc applicari potest. Nam S. Epiphanius Canonem Apostolicum, vel Apostolicorum Virorum pro observantia & usui ab Apostolorum temporibus per Apostolicos Viros, eorumque successores ad sua tempora derivato accepisse, plausible est dicere vel ex hoc ipso, quod illo Saeculo Apostolorum temporibus nec proximo, nec nimis remoto similes observantiae dicereant Apostolicae vel Ecclesiasticae leges, aut regule, ut aliquot exemplis ostendimus lib. 1. tit. 2. cap. 1. Et si Epiphanius exliminavit, similem Canonem ab Apostolis revera editum fuisse, eandem opponi potest testimonium S. Basilii ipso doctioris, in traditione Ecclesiastica peritoris, & accuratioris, qui se ignorare profiteretur alios, preterquam Monachos, castitatem tacite proficere, ut preterea auctoritatem Socratis, talem legem non exitate testantis, eo quod, tamquam Novatianus, suspicione laboret,

in celsibus legibus recensendis laud fierentur: Historicum sese exhibuisse. Accedit, quod ex mente Epiphaniū etiam Subdiaconi celsibus lege fuissent adstricti, id quod apertis verbis L. c. edicit, cui tamen opponitur omnium aliorum Patrum silentium, qui dum hanc provinciam pertractant, solum Episcopatum, Presbyteratum, & Diaconatum enumerant; Ecclesiarumque usus contrarius, utpote in quibus aliquot post Saeculis Subdiaconatus inter majores Ordines non numerabatur, eique castitas non nisi saeculo V. in Ecclesia Latina annexebatur. Quidquid autem sit circa hanc Catholicorum Controversiam, id ex utriusque partis momentis contra Dominos Protestantibus in plenam meridiem deducitur, Sacros Ministros ab Apostolorum temporibus continentiam, ex communi usu observantiaque laudabilissima, usque ad finem Saeculi IV. observasse.

7. An Synodus Niceana famoso Canone III. supra tit. 2. N. 1. ad longum recensito, celibatum majoribus Ordinibus, hoc est, Episcopatu, Presbyteratu, & Diaconatu initiatis preceperit, paripariter controversum est inter Catholicos.

Affirmativam tenent nonnulli, quos suppresso nomine refert Natalis Alexander dissertatione citata; negativam, quae mihi probabilior quoque videtur, ipse cum aliis amplectitur, eamque sequentibus momentis falcit. I. Quod Concilium Nicenum relato Canone *subintroductas*, sive extraneas duntaxat mulieres à limitibus Clericorum areat, hoc est, eas, quae suspicionem malam adversus ipsorum sanctitatem parere possunt; in quorum numero cum non contineatur Mater, Soror, Amita, &c. quibuscum Clericos cohabitare permittit, nec Uxor ante Ordinationem ducta comprehendit debet, utpote cujus contubernium etiam conjugale eo Saeculo necdum scandalum populo creabat, uti ex dictis h. t. in aperto est.

est. Quod autem Concilium Nicenum nomine subintroductarum mulierum non intellexerit Uxores Clericorum, sed extraneas, probat auctoritatibus sequentium Conciliorum, quae, Canonem Nicenum renovando, extranearum duntaxat mulierum cum Clericis contubernium prohibere. Uti constat ex omnibus canonibus titulo precedenti hanc in rem à nobis allatis. Quorum ponderi jungit auctoritates Patrum Concilio Niceno supparum, & totam retro antiquitatem, quae nominie subintroductarum mulierum nusquam uxores, aut consanguineas intellexit, sed eas, quae nullo sanguinis, aut Matrimonii fodere Clericis conjunctae, in ipsorum ministerio, & obsequio essent, ex quibus complur fragmenta titulo precedenti pariter retulimus. Eandem hanc suam sententiam falcit secundo ex eo, quod dictus Canon omnibus Clericis *promissus* prohibeat subintroductas habere mulieres his verbis: *Nec alicui omnino, qui in Clero est; certum autem est inferioris Ordinis Clericis utquam sive ab Ecclesia Graeca, sive à Latina perpetua legem continentiae impositam fuisse. III. Cum canone 6. sive 5. Apostolorum, qui circa saeculum IV. proculi fuit, (lib. 1. tit. 2. N. 59.) Canone 3. Concilii Arelatenis 2. Can. 13. Concilii Turonenis 2. & à Gregorio M. lib. 1. ep. 50. legibusque saecularibus Imperatorum expresse sancitum fuerit, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi que curam gererent Uxorum, quas ante Ordinationem duxerant, ipsique caste in una domo coniventer; Nicenus vero Canon prohibeat Clericis non solum ne subintroductis mulieribus ad voluptatem utantur, sed ne eas in domo sua retineant; sponte sua sequi videtur, eundem, nomine subintroductarum mulierum, non intelligere uxores ante Ordinationem ductas, nec Clericis legem imposuisse, quae ab ipsarum usu abstinere perpetuo tenerentur, verum hac de re omnino praef-*

cidisse. Videatur hanc in rem L. Eum qui Cod. Theod. & Justin. de Episcopis & Clericis. Item Nov. Justiniani de Sanctissimis Episcopis. IV. Ex historia Paphnutii, qui Nicenos Patres à lege perpetuae continentiae ab Uxoribus ante Ordinationem ductis sacris Ministris imponenda, intercessionem sua deterruit, cum eam in legem ferendam maxime propenderent. Quam historiam, cujus nunc genuinum retulimus summarium, refert Socrates Saeculi V. Author lib. 1. cap. 8. Quaeque si ab Adversariis pro genuina admitteretur, rem praesentem omnino conficeret. At falsam, & adulterinam proclamant eruditissimi Baronius, & Bellarminus, Socratem hac in re mendacii arguentes, ut qui in castris Novatianorum militans, nullum discrimen inter Clericos Laicosque, quantum ad usum Matrimonii, admittentiam, fabulam hanc data opera sinxerit, aut historiam in recensendis legibus celibatus Clericorum sincerum se non praebuerit. Idque ex eo adstruere conatur, quod putidis passim mendacii ejus historia fateatur: quorum specimen exhibet lib. 5. cap. 21. in quo contra totius antiquitatis fidem scribit locuisse suo etiam tempore, Pascha secundum libitum Fidelium celebrare, &c. Et hinc quoque explodunt auctoritates Sozomeni, Cassiodori, Nicephori, eandem Paphnutii historiam referentium, utpote qui Socrate posteriores, eandem ex ejus libris deslorarunt. Sed Vici doctissimus occurrit egregius criticus Natalis Alexander, reponendo: consequens non esse, Socratem in Paphnutii historia mentiri, quia in aliis nonnullis contra historice leges peccavit; alioqui nihil certi in historia habebimus, quia nullus pene historicus est, cui error aliquis exprobri non possit. Suspicionem autem erroris, vel fictionis ab eo ut avertat in praesenti puncto, ait: quod Socratem spectat, licet ille Novatianus fuerit, sive fuerit Novatianus, non tamen in eo versatur



errore, quem ipsi S. Epiphanius affingit, ut Laicos & Clericos in iis, quae matrimonium spectant, pares faciat: siquidem Laicos nondum Matrimonii vinculis adstrictos uxorem posse ducere non negat: Majores autem Clericos, qui uxorem ante sacram Ordinationem non duxerunt, negat Matrimonium iure inire posse. Nec calibatam Socrates evertit sacrorum Ministrorum, istam Paphnutii historiam referendo, cum perpetuae continentiae lege teneri eos asserat, qui calibes, aut vidui ad sacros Ordines promoti sunt. Ceteras eorum objectiones tum ex auctoritate, tum ex ratione de promptas, facile ac solide solvit, & ad istam quidem, quam desumunt ex auctoritate S. Epiphanius N. precedenti relata, ex ipso iam responsum est ibi, S. Epiphanium vel hallucinari, vel loqui de consuetudine & usu. Quo posteriori sensu etiam intelligendi sunt Hieronymus, & alii Scriptores Saeculi IV. de calibatu Clericorum verba facientes. Reliquae vero eorum congruantiae mihi equidem videntur multo inferiores, quam ut arguerentur ab Alexandro ex simpliciore criticae fonte hausta infirmiter. Manente interim in suo vigore ea sententia, quae Apostolos hujus precepti Auctores adfruit (N. 6. h. t.)

8. Disciplina illa de Clericorum calibatu ab Apostolis derivata, legeque ab illis, vel ab eorum Successoribus fortassis sancita, atque à majori & saniore parte Ecclesiae usque ad Niceni Concilii tempora in utraque Ecclesia sancte observata, esto praeteritum in Orientis, quantum ad continentiam ab uxoribus ante Ordinationem ductis, plene obtineri, vimque legis universalis accipere non poterit, atque à SS. Patribus, Conciliisque ob praevenda majora mala patienter fuerit tolerata, nihilominus eandem obtinuit (si plane ab Apostolis, vel eorum Successoribus non fuit praecipua) quantum ad perpetuam continentiam eo-

rum, qui Virgines, vel Vidui ad sacros Ordines pervenerunt.

Prima pars ex haecenus dictis in aptico est.

Secunda patet primo, quod nulla exempla inter Catholicos illorum saeculorum occurrant, quae nos instruant, calibes post sui ad sacros Ordines assumptionem facultatem habuisse uxores ducendi (Vidui enim sive ante ordinationem, sive post illam, ad secunda vota, ob impedimentum bigamiae, aliunde convolare non poterant). Secundo, quod indulgentia Patrum & Conciliorum sese tantum ad usum prioris conjugii, non vero ad nuptias post ordinationem inviduas extendat, ut patet ex canone 9. Concilii Ancyran. N. 6. h. t. adnumerato, & testatur ipse Socrates hac, in parte adversarius, adeoque optimus testis, apud Natalem Alexandrum, ut N. precedenti diximus, praxisque utriusque Ecclesiae ad usque nostra tempora confirmat.

9. Sircicus Pontifex Romanus, qui Saeculum IV. sua morte conclusit, ille est, de quo certo constat, Episcopis, Presbyteris, & Diaconis perpetuam continentiam, diuturno usu, & ab Apostolicis temporibus derivato firmatam, Decreto suo firmasse; quem secuti sunt alii deinde Pontifices, & Concilia

Sircium consulto non vocavi Sanctionis hujusmodi Auctorem, ob contrarias hac de re sententias inter ipsos Orthodoxos (N. 6. & 7. h. t.). Propositio igitur sic limitata & certa probatur ex eisdem Pontificis epi ad Himerium Tarracensem cap. 7. ubi ait: Plurimos Sacerdotes Christi atque Levitas, post longa consecrationis suae tempora, tam de conjugibus suis propriis, quam etiam de turpi cultu sobolem discimus procreasse, & crimen suum hac praescriptione defendere, quia in veteri Testamenta Sacerdotibus ac Ministris generandi facultas legitur attributa. Dicit mihi nunc, quisquis ille sectator est libidinum, praecipuo-

tor-

torque vitiorum, si astat, quod in lege Moysi passim sacris Ordinibus à Domino laxata sunt haec luxuria, cur eos, quibus committebantur Sancta Sanctorum, praeponere dicens: Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester? Cur etiam procul à suis domibus anno vicis suae habitare iussi sunt Sacerdotes? hac videlicet ratione, ne vel cum uxoribus possent carnale exercere commercium, ut, conscientiae integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus etiam expleto deservitionis suae tempore uxorius usus solius successione causa fuerat relaxatus, quia non ex alia, nisi ex tribu Levi, quisquam ad Dei ministerium fuerat praecipuus admitti. Unde & Dominus Jesus, cum nos suo illustrasset adventu, in Evangelio protestatur, quia legem veni implere, non solvere: ideo Ecclesiam, cujus Sponsus est, spociosus forma, castitatis voluit splendore radiari, ut in die Judicii sine macula & ruga eam possit reperire. Quorum sanctionum Sacerdotes omnes, atque Levitae insolubili lege adstrigimur; ut à die Ordinationis nostrae sobrietati & pudicitiae & corda nostra mancipemus, & corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his, quae quotidie offerimus, sacrificiis placeamus. (En! iterum Papitam Missitam!) -- Et quia aliquanti, de quibus loquimur, ut Tua Sanctitas retulit, ignorantia lapsos se esse desunt: his hac conditione misericordiam non ducimus esse negandam, ut sine ullo honoris augmento in hoc, quo delecti sunt, quamdiu vixerint, officio perseverent: si tamen post haec continentiae se studenter exhibere. Hi vero, qui illi privilegiis excusatione nituntur, ut sibi asserant veteri hoc Legi concessum, voverint se ab omni Ecclesiastico honore, quod indignae usi sunt, Apostolicae Sedis auctoritate dejectos, nec unquam posse veneranda attirebare mysteria, quibus se ipsi, dum obsecris cupiditatibus inbiant, privaverunt. Et quia exempla praesentia

cavere nos praemonent in futurum: si quilibet Episcopus, Presbyter, atque Diaconus deinceps talis fuerit inventus, jam sibi omnem indulgentiae per nos aditum intelligat obstratum: quia ferro necesse est excindantur vulnera, quae fomentum non senserint medicinam. Sircianam Constitutionem ad longum adduximus, quia plura gravissimi momenti contineat ad iustificandam infra speciali dissertatione contra DD. Protestantas de Clericorum calibatu disciplinam. Vide etiam ejus ep. 4. cap. 9.

Quantum ad 2. p. Concilium Illiberitanum non tantum secutum est, sed integro fere saeculo praecessit Constitutionem Sircianam, utpote celebratum in Hispania A. 305. sic enim habet Can. 33. Placuit in totum prohiberi Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, & Subdiaconibus positus in Ministerio, abstinere se à conjugibus suis, & non generare filios: quicumque vero fecerit, ab honore Clericatus exterminetur. Qui Canon ita non est exponendus, quasi Illiberitani Patres re uxoriae sacris Ministris interdixerint eo solum tempore, quo Ministerium suum obibat; imprudenter enim poenam depositionis eo casu transgressoribus imposuissent, quam executioni, ob impossibilem deprehensionem transgressorum, nunquam dare poterant. Hoc tamen Concilium cum Provinciale tantum fuerit, ab eo Epoca continentiae pro sacris Ministris ab Ecclesia sancitae metiri non debet. Sircii vero decretum iidem fere verbis repetit & confirmat Saeculo V. Innocentius L. tum ex 2. ad Victricium Rothomagensis Episcopum cap. 9. tum ep. 3. ad Exuperian Episc. Tolosanum cap. 1. Item Leo M. ep. 84. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem cap. 4. item 92. ad Rusticum Narbonensem Episcopum cap. 3. Harum Pontificum Constitutionibus conformia decrevit in Africa Saeculo IV. Concilium Carthagenense 2. canonem 2. decernens: Episcopos, Presbyteros, & Diaconos,

D 2



nos, ita placuit, ut concederetur --- continentes esse in omnibus, etiam ab uxoribus. Concordat Carth. V. eodem Saeculo canonis 3. dicens: Placuit, Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos, secundum priora statuta, etiam ab uxoribus continere. Quod nisi fecerint, ab Ecclesiastica remouentur Officio. In Ecclesia Hispanica per Concilium Toletanum initio saeculi V. decretum est: Ut Diaconi, si vel integri, vel casti sint, & continentis vita, etiam si uxores habeant, in Ministerio constituantur: ita tamen, ut si qui etiam ante interdictum, quod per Episcopos Lusitanos constitutum est, incontinentes cum uxoribus vixerint, Presbyterii honore non eumulentur. Si quis vero ex Presbyteris ante interdictum filios susceperit, de Presbyterio ad Episcopatum non admittatur. Concordat in Ecclesia Gallicana Concilium Arausicum I. A. 441. celebratum, can. 22. iniquis: Deinceps non ordinentur Diaconi conjugati, nisi qui prius conversionis proposito profusi fuerint castitatem. Penas vero in transgressores decernit can. 23. & 24. hujus Concilii. In eadem Ecclesia vestigia prioris Concilii legunt Concilium Arelatense A. 452. can. 7. & 3. Turonens. I. A. 461. Veneticum A. 461. Can. 11. Universi itaque Ecclesia Latina per Italiam, Thessalonicam, Africam, Hispaniam, Galliam, & ei adjacentem Germaniam, his saeculis jam conuersam, sanctissimam castitatis disciplinam, usumque ab Apostolorum temporibus derivatum sancte custodivit in tribus enumeratis majoribus Ordinibus, & eumque saluberrimis Constitutionibus, ea de re frequenter latis, factum tectum tenuit, firmavit, ac stabilivit.

10. Prioribus his V. Saeculis castitas non erat annexa minoribus quatuor Ordinibus, imo nec Diaconatu universali.

Prima pars ex haecenus dictis abundantissime patet; cum enim juxta juris

axioma exceptio firmet regulam in oppositum, omnesque Patres, Concilia, Pontifices hucusque relati ab uxoriis amplexibus exceperint unanimiter Episcopos tantum, Presbyteros, Diaconosque; & aliqui solum, quos mox referemus, ipsos Subdiaconos; clarum est, conjugium inferioribus Clericis his saeculis ab utraque Ecclesia concessum fuisse: fateor tamen in quibusdam Provinciis Lectoribus & Psalmistis hoc saeculo interdictum fuisse uxores ducere, id, quod ex canonis 19. Concilii Chalcedonensis aperte colligitur; sed mos iste non obest nolite propositioni, tum quia hoc interdictum non fuit universale, tum quia videtur fuisse recentioris tum disciplinae, tum quia non de cohabitatione priorum uxorum, sed de contractione nuptiarum post Ordinationem loquitur.

Secundam partem, quantum ad id, quod his saeculis in particulis Ecclesiis Subdiaconi ad calibatam servandum, saltem ex consuetudine, vel legibus earundem Ecclesiarum adstricti fuerint, adhaerent testimonium tum Epiphani N. 5. tum decretum Concilii Illiberitani N. 9. h. t. allata. Quod autem ea disciplina non esset communis universali Ecclesiae, inde eruitur, quod Patres, Concilia, Pontifices N. praecedenti, dum in numero continentiam profiteri obligatorum Clericorum Subdiaconos non recensent, eodem pariter ab eo onere, quod Caritas Christi sacratoribus Ministris imposuit, Ecclesiaeque Spiritu eius animata sanxit, absterunt. Hinc Concilium Carth. V. propositionem nostram canonis 2. N. praeced. relato edicens, postquam tribus majoribus Ordinibus perpetuam continentiam indixisset, de Subdiaconatu, ac reliquis Minoribus subdit: *Ceteros autem Clericos ad hoc non cogi; sed secundum uniuscujusque Ecclesiae consuetudinem observari debere.* Et quamvis S. Leo Pontifex Maximus Ep. 84. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem data, scribat: *Ad exhiben-*

ben-

bendam perfectae continentiae puritatem, nec Subdiaconibus quidem connubium carnale conceditur; eo tamen statuto singularem Ecclesiae Romanae, & quarundam aliarum disciplinam spectat, non canone, sed consuetudine sola sancitam, & ex pietate observatam, nulla decreta poena adversus eos, qui ad Subdiaconatum promoti matrimonii legitimi iuribus uterentur, ut mox constabit. In Gallis Saeculo V. hoc erat singulare circa Subdiaconos, quod esto uxoribus ante Ordinationem dactis maritaliter posthaec convivere possent, ex Concilio Arausicano, Turonensi &c. nullas tamen post Ordinationem ducere possent ex Concilio Venetico A. 465. canonis 11. praecipiente: *Presbyteri, Diaconi, atque Subdiaconi, quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, &c.*

11. Gregorius M. Saeculo VI. Subdiaconibus exemplo Leonis M. continentiam equidem imposuit; at disciplinam hanc neque ipse, neque eius Successores, neque alia Concilia usque ad saeculum XI. in Ecclesia, & ut in universalem legem evaderet, perfecte figere poterant.

Id praestitit S. Pontifex lib. 1. ep. 42. ad Petrum Subdiaconum Siciliae. In qua, postquam sibi relatum narrasset, quod ante trientium Subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliae prohibiti fuerant, ut more Romanae Ecclesiae nullatenus suis uxoribus miscerentur; quod sibi durum & incompetens visum testatur, ut qui usum ejusdem continentiae non invenit, neque castitatem ante promisit, compellatur a sua uxore separari, atque per hoc, quod abest, deterius cadat: haec sibi videri scribit: *Ut a praesenti die Episcopis omnibus dicatur, ut nullum Subdiaconum facere praesumant, nisi qui se viturum caste promiserit. Qui vero post eandem prohibitionem, qua ante trientium facta est, continenter cum suis uxoribus vixerint, laudandos, atque, ut in*

bono se permanent, exhortandos esse, ait: *Eos autem, qui post prohibitionem factam, se a suis uxoribus continere noluerint, ad sacrum Ordinem promoveri non vult.* Circa prohibitionem igitur Siculorum Episcoporum oeconomia utitur Gregorius, dum legem continentiae Subdiaconis Siciliae impostum imponit, quos in sacro Ordine constitutos non agnoscit. Sed dubitat Thomassinus, an quod de continentia Subdiaconorum statuit Greg. M. turbatis paulo post in Gallia & Germania rebus tum civilibus, tum Ecclesiasticis, id diligentissime fuerit diuque observatum? nam licet Aethiolorum Concilium & Subdiaconis Saeculo VI. calibatam praecipit, Lugdunense tamen III. A. 583. eos hac lege non stringit. In Hispanis nova hoc saeculo invaluit disciplina, qua continentiam aevulo 18. spondebant minores Clerici parentum voluntate ab infantia Clero dacti, ut promoveri possent ad Subdiaconatum; qua sponsione facta, tum duobus adhuc annis probabantur, & tum cum annum agebant 20. in Subdiaconos promovebantur, si in proposito castitatis vellent persistere; sin vero, tum mittebantur ducere cum spe, ut perfecti subinde conjugii, si ad castitatem maturiori aetate redire vellent, fore, ut ad sacros Ordines admittantur; ut in terminis sancit Concil. Tolet. 2. A. 531. can. 1. & 4. E contra, Concilium Toletanum A. 597. can. 1. Subdiaconos inter calibes non coarctat. Quin Saeculo VIII. statutum illud de Subdiaconorum calibatu, quantumvis in eo stabilendo laborasset Gregorius M. adhuc vacillasse conicit Thomassinus, ex eo, quod eum Concilium Romanum A. 721. anathematibus canonicis interque in conjuges Presbyterorum, Diaconorum, atque in Moniales, nullis vero in uxores Subdiaconorum, eas viris suis non tantum ut sorores, sed etiam ut uxores convivisse, & post mortem mariti ad alias nuptias convolare potuisse apparet. Suffragatur

401-



conjectura Thomasi Concilium Romanum sub Zacharia Papa A. 747. ubi multa quidem præcipiuntur, tum de Episcopis, tum de Presbyteris, tum de Diaconis circa castam cohabitationem cum mulieribus, etiam fœdere conjugali nexis; de Subdiaconis tamen omnino siletur. E contra, Sæculo X. Concilium Augustinum A. 952. canone 17. non tantum Subdiaconos, sed etiam ceteros Clericos maturiorem ætatem attingentes lege calibatus innectit, continentia fortassis Clericorum, quæ à Sæculo VII. in Gallia & Germania præsertim labefacta fuerat, atque per S. Bonifacium, Romanos Pontifices, Episcopos, Concilia eo, sequenti sæculo totis viribus restituta (hoc lib. tit. 2. N. 4.), ultimum repugulum obrustrum. E. vero cum Sæculo X. & XI. impudicitia torrens se demno in Clerum Occidentalem infuditset (ibi N. 6.), Benedictus VIII. & cum eo Ticiense Concilium A. 1020. remedium generale occurrenti malo allaturum, Clericos omnes omnino, ne minoribus quidem exceptis, intra septa continentia coarctavit. Bituricense Concilium A. 1031. & Subdiaconis præcipit, ut uxores seu concubinas abiciant, addens: *Similiter nulli de Clero permittimus deinceps uxorem, neque concubinam habere*, Can. 5. Quæ tamen vehementer austeritas diuturna non fuit. Concilium enim Romanum A. 1063. can. 3. ne Subdiaconos quidem coerent lege calibatus. Qui temperamento, vel potius Juris remissioni concessit Synodus Coyacensis can. idem 3. A. 1050. & cum Sacerdotium proprie non sit, nisi Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, Conciliumque Romanum A. 1074 suo decreto, prout illud refert Lambertus in historia sua, Presbyteris tantum calibatam injungat; facile adducimur, ut credamus, illud ad Subdiaconos progressum non fuisse. Cui concinit Concilium Vintoniense A. 1076.

12. Varia hæc & mutans disciplina circa calibatam Subdiaconorum, atque inferioris Cleri, cum parum felices exitus haberent Concilia relata, ob miseram illorum temporum conditionem, diversa Sæculo X. & XI. hæc in re sæpiuscule decernentia, ad amissum antiquissimæ & temperatissimæ consuetudinis, imperanda nempe solis Subdiaconis, & superioribus Clericis continentia, non inferioribus, sub finem Sæculi XI. & deinceps revocata est.

Hanc æconomiam ad Sæculi XI. finem inivit Urbanus II. Qui in Concilio Claromontano A. 1095. soli Subdiaconatus, & superioribus Ordinibus calibatam innectit, & quidem sub pœna exclusionis ab omni eorum graduum dignitate. Uti habetur cap. 9. de atar. & qual. & Ord. Præs. Cujus Constitutio innovata est in Concilio Rhemenfi A. 1148. adiuncta pœna privationis Officii, atque Beneficii Ecclesiastici, in calibato possessi. In quo Concilio famosissimo, cui Eugenius Papa III. præerat, Canone septimo insuper constitutum est, ut Ordo Presbyteratus, Episcopatus, Diaconatus, & Subdiaconatus vin haberet impedimenti dignitatis matrimonium, id quod confirmavit Concilium Lateranense III. sub Alexandro III. A. 1176. iniquis: *Nec hujusmodi conjunctio Matrimonium, sed contubernium est potius nuncupandum*, Conc. Apend. lat. tit. de Cler. Matr. c. 6. Quibus Sanctionibus firmiter deinceps stabilitus est calibatus majorum Ordinum usque ad Subdiaconatum inclusive, matrimoniumque inferiorum Clericorum permissum usque ad præsentem diem in Ecclesia Latina. Quamvis autem dicti inferiores Clerici à temporibus Urbani II. usque ad tempora Alexandri III. seu per integrum fere Sæculum & uxoribus, & beneficiis Ecclesiasticis frui possent, saltem per conniventiam, quemadmodum ipse Alexander III. ad præcavenda majora mala in Clericis minoribus Eccl-

Ecclesie Anglicanæ similem conniventiam fualet Episcopo Herefordiensi in ep. ad Londinensem Archiepiscopum data c. 3. & 5. nihilominus idem sagacissimus Pontifex & in dicta ep. fualet: *Ne deinceps Clericis conjugatis Ecclesiastica beneficia conferantur*; & ipse deinceps præfatos Minoritas conjugatos non quidem à minoribus Ordinibus, sed à Beneficiis Ecclesiasticis arcere cepit, ut constat ex ejus decretis hoc titulo (qui de his Clericis tantum inscriptus est) relatis, quæ Sæculi XIII. initio ab Innocentio III. confirmata, jus commune Ecclesiasticum nunc constituunt. Quin eodem Sæculo XIII. Honorius III. immunitate etiam Ecclesiastica res & bona eorum non gaudere declaravit cap. 9. h. t. Temere tamen non conjicitur, hos Clericos ab Honorii temporibus usque ad Concilium Viennense, seu ad XIV. Sæculi initium Clericalibus privilegiis nihilominus gavisos fuisse, adeoque decretum Honorii executioni saltem omnimode non fuisse mandatum; dictum enim Concilium postquam decreto suo relato Clement. 1. de vita & honestate Clericorum, iisdem officia fordida Carnificum, seu Macelliariorum, aut Tabernaciorum interdixisset, non nisi monitos in rebus & in personis privilegium Clericale eos amittere decernit. Quin paulo ante hoc Concilium Bonifacius VIII. ad Sæculi XIII. finem Constitutionem Honorianam, immunitatem Clericis uxoratis etiam torum recipientibus, vel non deponentibus austerentem, mitigavit cap. 1. de Clericis conjugatis in 6. ejus sequens est Summarium: *Si Clericus conjugatus ferat habitum & tonsuram, clericali privilegio (nimium fori & canonis) gaudet, alius non. Bonifacii vestigia terens Concilium Trid. Sess. 23. c. 6. & 17. ejusdem Constitutionem de Clericis conjugatis renovavit; nihilominus ad ejus effectum consequendum in iisdem, præter deportationem habitus & tonsuræ, etiam additionem*

alicui Ecclesie, cui deserviant, requirit. Tres igitur vicissitudines notabiles in Ecclesia Latina subierunt Clerici conjugati. Namque usque ad Sæculum XI. omnium Cleri Privilegiolorum consortium adepti sunt. Post hæc, usque ad Bonifacii tempora, dum Ecclesia ob Clericorum incontinentiam Beneficia Ecclesiastica in maximam animarum perniciem videret fieri hereditaria, omnibus Beneficiis, privilegiique privati sunt. Tandem, cum reintegrato Clericali calibatus vigore, cessaret illa necessitas, mitius cum illis, restitutis sub certis conditionibus Clericalibus privilegiis, agi cepit.

13. Infallibilis, & fluctans disciplina circa calibatam Subdiaconorum, & inferiorum Clericorum in Ecclesia Latina, post Sæculum V. Romanorum Pontificum, Episcoporum, & Conciliorum vigilantia & autoritate infraactè manutentur, restaurata, & vindicata est, quantum ad tres majores Ordines, usque ad Sæculum XI. inclusive, quantum vero ad ipsos & ad Subdiaconatum ipsum, ab eodem Sæculo usque ad moderna tempora.

De Subdiaconatu res jam est in apicum posita N. præcedenti. Circa continentiam Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, tria post Sæculum V. distinguenda sunt tempora: nimirum, à Siricio Papa, qui Sæculi IV. sine incontinentiam sacrorum Ministrorum compescuit, atque calibatam illorum lege sancivit (N. 9. h. t.), usque ad Sæculi VI. medium. Secundum à Sæculo VIII. medio usque ad Caroli M. tempora, seu ad Sæculi IX. finem circiter. Tertium à Sæculo X. inchoante, usque ad Sæculum XI. clericali privilegio. Quantum ad primam periorum, Sanctiones varias Pontificum & Conciliorum Sanctionem Siricianam de calibatu sacrorum Ministrorum renovant, & corroborantes usque ad Sæculum V. dicto N. 9. h. t. jam retulimus. Quorum vestigia premens Concilium Agathense in Gallia initio Sæculi VI. seu A. 506.



can. 9. Presbyteris & Diaconibus usum uxorum ante Ordinationem ductarum, conformiter ad auctoritatem Innocentii I. & Siricii, interdixit. Eodem Saeculo similia in Gallis decreverunt Concilium Arverense A. 535. can. 13. Aurelianense tertium A. 538. can. 2. item quartum A. 541. can. 17. similiter quintum A. 549. can. 4. Turonense denique A. 597. can. 12. Matisconense A. 591. can. 11. & Lugdunense tertium A. 583. can. 1. Sacris Ministris non tantum facultate ducendi uxores post sui Ordinationem, sed etiam ante ductis cohabitandi in lecto, quin etiam in eadem domo, interdicentia. In Hispanis vero Concilium Toletanum III. sub Recaredo A. 589. celebratum canone 5. inquit: *Comperitum est à S. Concilio, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos venientes ex heresi (Ariani) carnali adhuc desiderio uxoribus copulari. Ne ergo de cetero fiat, hoc precipitur, quod et prioribus canonibus terminatur: ut non liceat eis vivere libidinoso societate.* Toletano Concilio Saeculo VII. in istem Hispanis concinit Concilium Toletanum VIII. A. 653. can. 5. 6. & 7. item IX. A. 655. can. 10. Ubi gravissima poenae decernuntur in sacros Ministros, usque ad ipsos Subdiaconos inclusive; qui in sacris Ordinibus vel uxores ducere, vel antea ductis cohabitare praesumpserint. Patebit autem legenti relatos canones, sicut & Gallicanos, incontinentiam sacerorum Ministrorum circa haec tempora non tantum in Gallis, sed etiam in Hispanis irrepere, & progressum facere coepisse. Sic enim habet can. 10. Concilii Toletani IX. *Cum multa super incontinentiam Ordinis Clericorum usque haecenus emanaverint sententiae Patrum, & nullatenus ipsorum formari quiverit correctio morum, &c.* At, postquam Saeculo VIII. malum istud, in Gallis praesertim & adiacente Germania, culmen fere attigisset, novis remediis eidem obvium est. Et quidem Zacharias Pontifex Ep. r.

ad S. Bonifacium A. 743. ita scribit: *Quales se esse Sacerdotes existiment, aut quid inde sentiant, dicente Deo, Sacerdotes mei semel nubant? Et Apostolus: Uxor uxoris virum, &c.* Hoc ante susceptum sacerdotium uti licitum est. Nam à die suscepti Sacerdotii etiam ab ipso proprio conjugio prohibendi sunt. Et can. 3. Synodi Romanae ad Gallos Episcopos misse, qui canones exstant Tomo I. Conciliorum Gallie, haec habet: *Primo loco statutum est de Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus, — quos non solum nos, sed & Scriptura Divina compellit esse castissimos. Et Patres quoque jussurint continentiam eos corporalem debere servare.* Similia scribit Nicolaus I. circa Saeculi IX. medium in ep. ad Adonem Viennensem Archiepiscopum. Ex quibus omnibus constat, Pontifices & Concilia à Siricio legem calibatus, seu perpetuae continentiae majoribus Clericis imposuisse, atque ejus executioni constanter incubuisse; verum ejus perfectam observantiam vix, ac ne vix quidem obtinere potuisse, Clericorum incontinentia adversus Canones toties repetitos ac renovatos prevalente. Id quod sequenti saeculo X. praesertim contigit ex rationibus supra tit. 2. N. 6. adductis, quo Clerici, Matrimonii spe dejecti, concubinas & ancillas uxorum loco sibi copularunt, subindeque ad sacrilegas nuptias turmatim convolarunt. Unde severioribus remediis adversus impotentem ipsorum libidinem opus fuit. Et quidem Saeculo X. Concilium Troslejanum can. 9. vetera Ecclesiae, imo & Imperatorum decreta de sacerorum Ministrorum celibatu recensuit, & executioni mandari praecipit. Saeculi vero XI. medio Leo IX. per omnes Ecclesias praecipit à Parochiis auferri feminas Presbyteris prostitutas. Cujus Constitutioni insistent Nicolaus II. in Conc. à se A. 1059. celebrato, can. III. decernit: *Ut nullus Missam audiat Presbyteri, quem concubinam scit indubitanter habere,*

bere, aut similem palam duxisse, & non reliquisse. Sed neminem later, quanto zelo Gregorius VII. ad ejusdem saeculi finem hanc incontinentiae pestem à Christi Sacerdotio eliminare studuerit; unum ejus testimonium ex ep. 62. c. 2. ad S. Chardum Aquilejensem Episcopum placet adducere, in qua ait: *Decrevimus, quod si quis eorum Ordinum, qui sacris Altaribus administrant, Presbyter scilicet, Diaconus, & Subdiaconus uxorem, aut concubinam habet, nisi illis omnino dimissis dignam poenitentiam agant, sacris Altaribus administrare penitus desistant: nec aliquo Ecclesiae beneficio ulterius possint, vel potius fruantur.* Cujus tamen zelus pietatisque vix ullum fructum retulere, imo tumultuum horrendorum innocens exiititerit occasio, Clericis incontinentibus calumniam fræna adversus Pontificem laxantibus. Quae de re Lambertus Schaffnaburgensis Monachus in Annalibus. Quae omnia ipsum compulerunt, ut apologiam pro suis decretis scribi careret, quae legem calibatus Ecclesiastici ab 11. capite ad 21. tuetur. Exstat illa post ejusdem epistolam Tomo X. Conciliorum editionis P. Labbei. Sed haec incontinentiam Clericorum pervicacia constantiam infractam Sanctissimorum Pontificum Romanorum, Gregorii VII. Successorum, aliorumque Praesulum labefactare non potuit in mantinenda ac restituenda disciplina ab Apostolorum temporibus derivata, legibusque primorum saeculorum sancita. Hinc Patrum suorum de calibatu constitutiones Urbanus ad exitum saeculi XI. in Concilio Melitano can. 2. & 12. renovando, eas ad ipsum quoque Subdiaconatus Ordinem perpetuo valitura Sanctio extendit, ut supra N. 12. vidimus. Et Saeculo XII. S. Anselmus in Concilio Londinensi eandem Sacrorum Ministrorum continentiam canone 4. 5. & 6. stabilivit. Quod idem in Gallis A. 1119. Goisfredus Archiepiscopus Rothomagensis in Concilio in sua Me-

tropoli habito praestitit, quamvis infelici eventu, ut narrat Ordericus Vitalis lib. 12. hist. Eccl. Et in Concilio Oecumenico Lateranensi I. sub Callisto II. can. 3. pro universa Ecclesia decretum est, ne Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi concubinarum & uxorum contubernia habeant. Quod saluberrimum decretum innovans Concilium Lateranense II. sub Innocentio II. A. 1139. celebratum, canone 6. poenam privationis officii & beneficii transgressoribus infligit. In quo Concilio canone 7. tale matrimonium in super cenetur nullum. Quos canones renovavit Eugenius III. in Concilio Rhemenensi A. 1148. celebrato, & Concilium Lateranense III. sub Alexandro IV. canone 11. Quibus Sanctionibus identidem repetitis, id tandem effecerunt vigilantissimi Ecclesiae Praesules, ut ad hujus saeculi finem, & sequentibus usque ad praesentem Lutheri reformationem, quae pubescente saeculo XVI. exordium habuit, carnalique ac avaritiae stimulis potissimum propagata fuit, Clerus sacer è profunda, in qua jacebat, carnis abyssio pulchro quidem evigilaverit, deinde in primo herimica castimonie perfectæ, statique suo tam propriae, virtute, quam Christus suavit, Apostolus commendavit, Discipuli Christi eorumque successores servarunt, Ecclesiae Latinae praecipit, sibi complacere coepit, ac tandem suavi Ecclesiae jugo (id quod norunt in Domino delectari affuerit) collum ex aere submiserit. Restitit equidem ausibus salacis Lutheri (quo titulo dignissimum fateri debent suum Praeceptorem omnes cordati Lutherani vel ex propriis, quae ad perpetuam nominis sui maculam posteritati transmisit, scriptis, castarum aurium quam maxime offensivis) Concilium Tridentinum Sess. 24. can. 9. anathema vibrans in eos, qui dicunt, Clericos majores posse matrimonium contrahere, aut ab his contractum validum esse. At, jugo Romanae Ecclesiae à Protellantibus excusso, flocci ab eo-



rum Ministris habetur Concilii Sanctio; nec mirum, cum contra præceptum ipsum Apostoli secundas & tertias in Ministerio suo constituiti contrahere præsumant.

14. Ecclesia Græca, quod ab Apostolis, eorumve Successoribus accepit ex libitibus pro Sacris Altaris Ministris sive mandatum, sive exemplum, per priora V. Sæculi ad emulationem Ecclesie Latine religiose observatum, posterioribus Sæculis negligentius curavit, imo obsolescere penitus permisit.

Declarationem propositionis, quantum ad membra incidentalia, dat N. 5. h. t. quod vero principale attinet, illud ex mox dicendis in apicem deducetur. Itaque.

15. Ecclesia Græca celibatum Episcoporum lege, vel usu ab Apostolicis temporibus introductum posterioribus Sæculis canonicis suis, quemadmodum Latina, equidem firmavit, & ad hæc usque tempora stabilivit.

Leges similes ante se in Ecclesia Græca existisse manifeste supponit Justinianus Imperator, Sæculo VI. clavani Imperii regens, dum Nov. 6. Nov. 123. c. 1. 14. 19. eas legibus civilibus roborans, nulli permittit uxorem habere Ordinationem Episcopalem imponi, omnesque simpliciter uxores ab eorum contubernio excludit; quam conformiter ad legem Synodus Quindecima A. 692. in Trullo seu Imperatorio Palatio celebrata can. 48. sancivit: *Uxor ejus, qui ad Episcopalem dignitatem promovetur, communis sui viri consensu separata, postquam in Episcopum ordinatus est ac consecratus, Monasterium ingreditur, procul ab Episcopi habitatione extructum, & Episcopi providentia fruatur; sin autem digna visa fuerit, etiam ad Diaconatus dignitatem provehetur.* Episcopo igitur Græco non licebat post sui Ordinationem matrimonio prius inito uti, multo minus novum contrahere ex Ecclesie illius disciplina

in hæc usque diem sancte observata non tantum à Græcis Catholicis & schismaticis, sed etiam à cæteris Christianis nominis, usque diversissimis per Orientem sparsis Sectis, illis etiam, quæ ante Justinianum tempora secessionem fecere; quæ omnes in eo consentiunt, quod Episcopos non habeant nisi calibres: unde & eos non nisi ex Monachis plerumque eligant, teste Thomassino de Beneficiis p. 1. Lib. 2. c. 53. N. 12.

16. Eadem Ecclesia Græca ceteros Ecclesie Ministros usque ad Subdiaconos inclusive, si calibres ad hos Ordines perveniant, perpetua lege continentem posterioribus Sæculis quoque adstrinxit.

Id, prioribus usibus vel legibus insilens Justinianus, novellis suis pariter firmavit, dum ait: *Non valente eo, qui ordinat, in tempore Ordinationis permittere Diaconum, aut Subdiaconum post Ordinationem uxorem accipere. Cujus velligis insilens Synodus Trullana citata canone 6. ait: Quoniam in Apostolicis canonibus dictum est, eorum, qui non ducta uxore in Clerum promoventur, solo Lectores & Cantores uxorem posse ducere; & nos hoc observantes, decernimus, ut deinceps nulli penitus Hypodiacono, vel Diacono, vel Presbytero post sui Ordinationem contrahere liceat. Si autem fuerit hoc ausus facere, deponatur. Alludit Concilium ad Canonem Apostolorum 25, qui sic sonat: *Ex his, qui calibres in Clerum pervenerunt, jubemus ut Lectores tantum, & Cantores, si velint, nuptias contrahant. Quos Canones circa Sæculi V. medium ex primitivorum Patrum Conciliorumque statutis consilatos, atque compilatos fuisse asserimus Lib. 1. tit. 2. N. 59. Et certe præter canon delumpsum videtur ex canone 10. Concilii Ancyranæ Sæculi IV. initio celebrati, quem N. 6. h. t. retulimus; itemque ex canone 7. Neocæsariensis Synodi ante Nicænam habitæ, quo decernitur: *Si Presbyter uxorem accepit, ab Ordine deponatur.***

17. Eadem Ecclesia Græca usum, aut potius abusum Sacrorum Ministrorum cohabitandi uxoribus ante Ordinationem ductis, Sæculo IV. à Concilio Nicæno, Ancyrano, Neocæsariensi, &c. dissimulatum (N. 7. h. t.), posterioribus Sæculis retinuit, ac approbavit.

Id factum est in famoso canone 13. præcitati Concilii Trullani, cujus sequens tenor est: *Quoniam Romane Ecclesie pro canone traditum esse cognovimus, ut promovendi ad Diaconatum, vel Presbyteratum profiteantur se non amplius sui uxori- bus conjugendos; nos antiquum canonem Apostolicæ perfectionis Ordinisque servantes, hominum, qui sunt in sacris, legitima conjugia deinceps quoque firma, & stabilia esse volumus, nequaquam eorum cum uxoribus conjunctionem dissolvantes, vel eos mutua tempore conveniente consuetudine privantes. Quomodo, si quis dignus inventus fuerit, qui Hypodiaconus, vel Diaconus, vel Presbyter ordinatur, is ad talem gradum nequaquam assumi prohibeatur, si cum legitima uxore cohabitaverit. Quem canonem nunquam approbavit, sed solum toleravit, & in præsentem diem disciplinam ab eo sancitam tolerat Romana Ecclesia. Et merito: hallucinantur enim Patres Trullani in eo, quod existimant, canonem illum, ad quem alludunt, esse ab Apostolis editum, cum canones illi Apostolis sint suppositi (lib. 1. tit. 2. cap. 2. quæst. 1.). Secundo, quod existimant canonem illum dimissionem uxoris à Presbytero, Diacono, &c. factam simpliciter inhibere; cum tamen id solum vetet fieri prætextu Religionis. Sic enim sonat: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus uxorem suam prætextu Religionis non abjicito. Si abjicit, segregator à communione, si perseverat, deponitur. Quem sensum dedit et Author ad mentem plurimum canonum Gangrensiem, ex quibus eum conflavit, qui anathemate feriunt eos, qui nuptias ut rem execrandam**

damaunt. Tertio, quod eundem Canonem solis Presbyteris, & Diaconibus applicent, cum Episcopos quoque comprehendat, & consequenter eorum disciplinam can. 48. à nobis N. 15. h. t. relato sancitam, atque rationes in præfati canonis contra Latinam Ecclesiam ex Evangelio & Paulo allatas, feriat.

18. Quin Sæculo IX. ulterius progressi Græci, sacris Ministris biennium post sui Ordinationem in concedebant, quo de Matrimonio ineundo adhuc deliberare possent; quæ tamen consuetudo, ceu corruptela ablata est.

Hujus consuetudinis meminit Leo Sapiens constit. 3. Juris Orient. tom. 1. pag. 481. & 493. ubi eam referens ait: *Consuetudo, quæ in præfati obtinet, iis, quibus matrimonio conjungi in animo est, concedit, ut antequam uxores duxerint, sacerdotes fieri possint, & deinde biennium ad perficiendam voluntatem jungi matrimonio volenti præstituit. Postea vero licentiosam hanc novitatem profcribens, sanctionis sue rationem dat sequentem: *Neque enim dignum est, ut qui spirituali assensu supra corporis abjectionem & sordes evecti sunt, hi rursus ad carnis sordes delabantur. Sed è diverso: hallucinantur enim Patres Trullani in eo, quod existimant, canonem illum, ad quem alludunt, esse ab Apostolis editum, cum canones illi Apostolis sint suppositi (lib. 1. tit. 2. cap. 2. quæst. 1.). Secundo, quod existimant canonem illum dimissionem uxoris à Presbytero, Diacono, &c. factam simpliciter inhibere; cum tamen id solum vetet fieri prætextu Religionis. Sic enim sonat: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus uxorem suam prætextu Religionis non abjicito. Si abjicit, segregator à communione, si perseverat, deponitur. Quem sensum dedit et Author ad mentem plurimum canonum Gangrensiem, ex quibus eum conflavit, qui anathemate feriunt eos, qui nuptias ut rem execrandam***

19. Sacri Ministri Ecclesie Græcæ Sacrorum tempore ab uxoribus continere debent.

Id in sæpe laudato Concilio Trullano relato can. 13. præcipitur his verbis: *Sciunt autem, sicut & qui Carthagine convenerunt, & vite Ministrorum honestatis curam gerentes dixerunt, ut Subdiaconi, qui sacra Mysteria contrectant, &*



Diaconi & Presbyteri secundum proprios terminos à Consortibus abstineant: ut & quod per Apostolos traditum est, & ab ipsa usque antiquitate servatum, nos quoque similiter servemus, tempus in omni re scientes, & maxime in sejanio & oratione. Oportet enim eos, qui divino Altari assident, in sanctorum tractandorum tempore esse omnino continentes, & post se id, quod à Deo simpliciter petunt, obtinere. Quo loquendi modo alludunt Patres Trullani ad canonem 2. Concilii Carth. II. A. 390. celebrati, Quam tamen male ad justificationem suæ disciplinae trahunt, cum ille tribus enumeratis gradibus continentiam non ad tempus, dum Sacris operandum instat, sed in perpetuum præcipiat, uti advertunt eruditi, atque ex eius tenore manifeste constat, qui sequens est: Epigonius Episcopus Bullensium dixit: Cum in præterito Concilio de continentia & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres, qui restrictione quadam castitati per consecrationes annexi sunt, Episcopus, inquam, Presbyter & Diaconus, ut pudicitiam custodiant, doceantur. Genethlius Episcopus dixit: Ut superius dictum est, decet sacrosanctos Episcopos, & Dei Sacerdotes, nec non & Levitas, vel qui Sacramenti Divini inserviunt, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter, quod à Deo postulant, impetrare: ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab universis Episcopis dictum est: Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi, vel qui Sacramenta contendant, pudicitiam custodes, etiam ab uxoribus se abstineant, ut NB. in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui Altari deserviunt.



QUÆSTIO DOGMATICA.

An Ecclesia Latina, Clericis in majoribus Ordinibus constitutis, usum Matrimonii iuste interdixerit?

20. Melchior Goldastus, ille Gregorii Papæ VII. quasi professione calumniator, inter Apologias S. R. I. Principum pro Henrico IV. contra eundem Summum Pontificem à se collectas, quarto loco offert duas epistolas Alboini Presbyteri, de conjugio Sacerdotum per Hildebrandum (id est Gregorium VII.) damnato; & decimo quinto DD. NN. Imp. Ferdinandi & Maximiliani II. Augg. Sacris rescriptis confirmatam sententiam de Clerogamia per Hildebrandum Papam damnata, ex libro, cui titulus: Via Regia, quem ait Imperatorum iussu conscriptum à Georgio Wicelio S. Theologie Doctore Catholico, & Cæsareæ Majestatis Consiliario. In quo Author scribit: Liber (nimirum ille, cui titulus: Forma Ecclesie prioris, ut notat Goldastus ibi in margine) recte asserit, cum sit, constitutionem istam humanam (de celibatu Clericorum à Gregorio VII. latam), qua prohibetur conjugium Presbyteris, ac distrabitur contractum, pugnare cum jure naturali, cum jure Divino, cum Evangelio, cum veterum Synagorum Constitutionibus, cum exemplis veteris Ecclesie, imo cum exemplis etiam Ecclesie Romanae, qualis erit circa 500. annor. Item in abusibus iussa Maximiliani II. Cæsaris ad Regiam Viam additis ab eodem Wicelio: Verum ejusdem est impietatis Concubinatus Sacerdotum, & Lupanar publicum, nec utrobique dissimilis Religio, nisi quod hæc appareat venerabilior, altera sordidior. Hunc statum reperit calibatus, illum discessum invenit otium, ex neutrum thorus immaculatus; -- ponat Augusta Majestas super cor suum, ut utramque impunitatem,

hoc

hoc est, ut quod malum est, de populo Christiano auferat. Illam ergo assertionem Wicelii, hoc consilium ab ipso Maximiliano Augusto datum, præjudiciis excecatus Goldastus, vocat sententiam Sacris Rescriptis duorum Imperatorum confirmatam, qui sæculo XVI. post Carolum V. Ecclesie Catholice dogmata pro aris & focis defenderunt, vel ex hoc solo, quod continentia adversarius Wicelii Viam Regiam eorum iussu (si hoc ultro concedamus) conscripserit. Judicent de hoc cordati Domini Protestantess. Nos interea, quemadmodum lib. 2. tit. VI. tractatum Waltrani à calumniatore isto (1.) relatum, atque de investituris inscriptum refutavimus, ita in præsentem Scripturitiones Alboini, Wicelii, & aliorum Protestantium universim solide, servata erga omnes debita humanitate, resellemus.

21. Ut autem statum Quæstionis limpide exponamus, ex notis historicis in præsentem titulum datis ut certum supponendum est, nunquam aliquo canone positivo sive in Ecclesia Græca, sive in Latina tribus majoribus Ordinibus, hoc est Episcopatu, Presbyteratu, & Diaconatu initiatis permillum esse, ut post susceptum unum ex his Ordinibus uxores ducere potuissent; quin ex constantium priorum sæculorum observantia, ab Apostolis vel usu, vel præcepto derivata, adhuc ante Concilium Nicænum

id à Concilio Ancyrano A. 314. celebrato canone 9. positive prohibitum fuit, ut vidimus N. 6. h. t. vi. cuius soli Diaconi, si in ipsa Ordinatione protestati sunt, & dixerunt velle se conjugio copulari, post ordinationem de licentia Episcopi ducere permittuntur. Quod autem ex licentia Episcopi conceditur, id secundum se prohibitum esse est necesse. Quem canonem sublata illa licentia, solis Diaconis per illum tantum concessa, renovavit non semel, atque in præsentem usque diem in praxim redegit utraque Ecclesia.

22. Secundo, quamvis Ecclesia coniventibus oculis prioribus sæculis toleraverit quorundam infirmitatem, qui post Ordinationem uxoribus prius ductis maritaliter cohabitarent, ino Ecclesia Græca in Concilio Trullano can. 13. eandem approbaverit (N. 17. h. t.); nihilominus id semper cavi, ut in Sacerdotium non promovetur Bigamus, sed unius uxoris, & quidem virginis ductæ, vir. Id quod Græci usque hodie profitentur esse de præcepto divino, promulgat ab Apostolo 1. ad Timothi. 3. v. 2. ex quo patet, quam incuria sit Ecclesia Protestantium Sanctionum perpetuarum, praxeosque totius retro Ecclesie, imo præcepti ipsius Apostoli, (2.) dum mollioribus suis ministris non tantum dat facultatem uxoribus ante deputationem ad Ecclesiasticum ministerium ductis fruendi, verum etiam

(1.) Absque calumnia enim hoc nomen meretur homo impudens, qui Sanctissimum Pontificem Gregorium VII. quem universa Catholica Ecclesia suspicit & veneratur, in sua præfatione ad hanc collectionem adeo iniquis abiectione teommatibus profcindit, ut timeam eorum relatione aures vel ipsorum honestorum Protestantium offendere.

(2.) Saltem quod ille dedit, non Dominus, uti recte explicat Latina Ecclesia, quodque intelligendum est ad utriusque Ecclesie sensum, non ad illum, quem crasthoris naris eidem assignant nostri quidam adversarii; quasi Episcopi alique Ministri, Pauli successores, ex eius mandato necessario uxoris amplexibus se irretire deberent, qui omnes voluit esse sicut seipsum 1. ad Corinth. 7. v. 7. & bestioem ait viduam futuram, si post mortem Martii continens perseveraverit secundum suum consilium. Quod ex Spiritu Dei se dare dicit.



etiam cum non virgine ducta ad illud perveniendi; (quod in Latina Ecclesia, non nisi ex gravi causa dispensando, fit) atque ea desuncta ad secunda, & tertia vota liberrime convolvandi. Jam ad rem.

## PROPOSITIO.

*Ecclesia Latina Clericis in majoribus Ordinibus constitutis usum Matrimonii jure interdixit.*

23. **H**æc conclusio probari potest I. ex eo, quod probabiliter hoc præceptum ab ipsis Apostolis Ecclesie Ministris impostum fuerit, uti videri potest toto N. 6. h. t. ergo illud Ecclesia Latina jure renovavit. Sed prædicendo à controversia inter ipsos Catholicos agitata, & supponendo ex testimoniis Epiphani, Hieronymi, aliorumque Patrum N. 6. h. t. relatorum, usum Matrimonii in sacris Ministris ab Apostolorum temporibus communitur viguisse, eumque subinde à Gangrensi Concilio, per generale Concilium Chalcedonense confirmato, alitque subsequens per omnia Ecclesie sæcula respectivo confirmatum fuisse, quod oculis subijciunt Nota à N. 8. usque ad finem datæ, propositio ratione ostensiva evincitur.

24. Non est injustum, id, quod Christus sequacibus suis indiscriminatim consulit, quodque Apostoli servarunt ac commendarunt, atque longe sæculorum usum ab eorum successoribus Ecclesie Ministris in praxim missum est, lege perpetua firmari ab ea potestate, quæ competentem habet Jurisdictionem, atque sufficientiam, ut hoc faciat, motiva. Jam vero Christus sequacibus suis continentiam seu castitatem indiscriminatim consulit (N. 2. h. t.), Apostolus Paulus eam commendavit (N. 3. h. t.), Ecclesie Ministris ab Apostolorum tempore longo sæculorum usum eam in praxim miserunt (N. 5. & seqq. h. t.), Ecclesia vero à

## De Clericis conjugatis.

Christo accepit competentem Jurisdictionem ordinandi ad ratiocinationem, non ad destructionem ea, quæ spectant ad disciplinam, habuitque sufficientia motiva exlibitum majoribus Clericis præcipiendi, usumque Matrimonii ipsis interdiciendi: ergo jure id fecit Priora minoris principalis membra numeris citatis demonstrata sunt. Quod autem Ecclesia potestatem à Christo accepit ea ordinandi, quæ ad disciplinam spectant, ad ratiocinationem nimirum, non destructionem, nec ipsi Domini Protestantes abnuunt. Probandum itaque superest, an etiam ea, quæ Christus & Apostoli in consilio plano reliquerunt, Ecclesia intra præcepti cancellos possit arctare, anque in casu sufficientia motiva habeat.

25. Id quod probatur primo argumento ad hominem contra adversarios: Illi enim non negabunt Ecclesiam certis personis Matrimonium præcipere posse, si ab his matrimonii salus temporalis Reipublice Christiane dependeat, esto Christus Matrimonium statum æque ac exlibitum libero Christianorum arbitrio reliquerit: igitur à fortiori exlibitum sacris Ministris, ad hunc statum libere convolvantibus, præcipere potuit, cum inde salus spiritualis Reipublice Christiane vel maxime dependeat, ut infra videbimus. Secundo. Certum est Ecclesiam Protestantium ex gravibus motivis præcipere suis Cælibus certas dies jejuniorum, precum, & festorum; atque Christus jejunia, preces, solemnia præcipere quoad has dies reliquit in consilio, liberoque arbitrio hominum: igitur DD. Protestantes factis suis justificant allatum in favorem praxis nostræ Ecclesie principium. Tertio. Ipsi Domini Protestantes certe injustitiam non condemnabant cum Imperatore Augusto omnes Reges & Principes Christiani Orbis, dum ob bonum temporale Rerumpublicarum Christianarum in controverso puncto adducto faciunt id, quod propter bonum spiri-

tuale

## Lib. III. Titulus III. De Clericis conjugatis.

tuale circa statum Ecclesiasticum facit Ecclesia; id vero eos facere ostenditur: certum est enim hos Principes nec sequestrare parti suorum exercituum facultatem præbere ducendi, nec dimittere eos, qui prætextu illo (difficile possum continere, spiritualibus Protestantium Patribus vel ab ipsa beneficii obtenti die sacro) castra velent deserere, esto in supplica insuper apponerent Christi de hac re consilium, non mandatum: cur igitur effeminati isti suggillant Ecclesiam, dum Ministros suos spiritualia ex officio seminarios, & libere id officii eligentes, à messe quorumcumque carnalium profus vult esse alienos? Plus dico: nunquid fortassis turbæ innumera mulierum, quas natura, fortunæque avaritia solito deformiores, pauperioresque reliquit, non poterunt ex adversariorum delicato principio contra Deum jure tantillo multitare, cur fragilem eorum sexum immiti quodammodo fato ab eo in perpetuum coerceat, quod suo consilio in hominum arbitrio reliquit, ac viris in Ecclesia Protestantium & quidem spiritualibus concessit? Quod incidens addidi, non quod robar aliquid in eo ad confirmandas allatas rationes ponam, sed ut Dominis Protestantibus ostendam, castitatem rem quidem esse naturæ dissilem, nihilominus tamen per gratiam Christi sexui fragili, & quidem sæpe invito, possibilem; illis vero, qui Christi caritate succenti eidem filios spirituales per verbi dispensationem generare solent, quales sunt sacri Ecclesie Ministri, etiam suavem. Nunc ad motiva procedamus, quæ Ecclesiam Latinam impulerunt, ut castimoniam Ministrorum suorum ab Apostolorum temporibus, usum saltem ac disciplina inducæ, ac conservatæ, legibus etiam positivis subinde provideret. Illa autem desumuntur ex ipso officio sacerdotum Ministrorum; atque à sanctis Patribus referuntur.

26. Itaque sacerdotum Ministrorum offi-

cium est pro populo orare, sacrificare, verbumque divinum, ac sacramenta eidem ministrare. Officium, in quo nihil negotii mundani, vel carnalis relictum, quin officium, cui hæc negotia non minimum negotium facessunt; ita ut irrefragabiliter ille Minister ad hæc munia obeunda sit habilior, qui magis ab his impedimentis est alienus. Id quod ex Apostolo, quantum ad præsentem materiam, evidentissime demonstrat: sic autem habet 1. ad Corinthios 7. v. 32. *Volo vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est, & libere id officii placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est. Cum itaque facer Minister vi officii sui quam maxime debeat cogitare, quæ Domini sunt, & indivisus esse, hoc est, cor habere à rebus mundanis, præsertim uxoris, perfecte abstractum; evidens est, juxta S. Pauli doctrinam, illum Ministrum ad hæc munia obeunda esse habiliorum, qui ab impedimentis mundi, & carnis magis alienus est. Si ergo Prærex ille injuste non agit, qui conditiones eas Ministris Provincie sibi creditæ lege lata præscribit, quas esto Rex non mandaverit, sibi tamen placere significat, imo aperte sentit, eas isdem ad rite obeundas sibi demandatas provincias esse accommodatissimas; quin hæc sua æconomia, esto dictis Ministris difficilis, Regi placet: ita & Ecclesia Christi Regi Regum Christo se displicuisse, aut injuste egisse non sanxit, dum ex isdem motivis rem ab Apostolorum temporibus usum & disciplina (ut hoc demus) ab omnibus Pastorem animarum vere amantibus, ac arctam ejus viam emulantibus, sacris ministris ex dicto sine sancte observatam, lege demum lata firmavit. Vel si illa hoc in passu injuste egit, iniquitatis condemnandi veniunt indiscriminatim omnes Christiani orbis Principes, qui ob finem temporalem suis in exercitiis tot*

con



centena millia virorum vitam agere ezlibem cogant, totidemque feminas inmaritatas ex consequenti mori sinunt.

27. Sed ne à me ista tantum dicta reputentur, minorisque proinde roboris sint, audiantur hac de re SS. Patres; & quidem Origenes homilia 23. in lib. Numeror. Eusebius lib. 1. de monit. Evang. c. 9. Cyrillus Hierosol. Catech. 12. Gregorius Nyssenus lib. de Virginitate capit. ult. Quos cum N. 6. h. t. ad longum jam retulerimus, ad eos, ne actum repetamus, Lectorem remittimus; sed præcipue ad locum Siricii Papæ N. 9. h. t. descriptum, qui rem præsentem ad Seculi IV. finem ita conficit, ut adversarii nostrorum Saeculorum argumentum vix sint inventuri, quod ille tum jam non præoccupasset, & distulisset. Unum hic adferemus Hieronymum ab Authore antiquissimo, qui Apologiam pro Decretis Gregorii VII. contra Simoniacos, & carnales Clericos in Concilio Romano editis concinnavit, in prædium cause Gregorianæ ex libro contra Jovinianum vocatam, ubi ita habet: *Si Laicus, & quicumque Fidelis orare non potest, nisi vacet ab officio conjugali, Sacerdoti, cui semper pro populo offerenda Sacrificia, semper est orandum; si semper orandum est: ergo semper carendum matrimonio.* Nam & in veteri Lege, qui pro populo hostias offerebant, non solum in domiciliis suis non erant, sed etiam purificabantur ad tempus, ab uxoribus separati. Hæc igitur motiva, à Doctissimis & Sanctissimis Patribus allata, legem celibatus ab Ecclesia Latina Clericis majoribus impositam justificanc. Sed & communis hominum sensus, si præjudiciis adulteratis non sit, in œconomiam Ecclesiæ Latinæ circa celibatum sacerdotum Ministrorum conspirat. Omnes enim homines prima quasi fronte inconvenientiam commercii conjugalis cum exercitio Sacrorum agnoscant, cuius rei indicium manifestum est in eo, quod ut rem tur-

pem & inconvenientem è vestigio judicare, si maritaliter convenientem in loco sacro, vel sacrum Ministrum ab uxoris amplexibus ad sacra facienda se propientem deprehenderent. Qui communis & quasi naturalis culturarum gentium sensus, sicut ethnicis occasio fuit, ut bigamos sacrificulos abhorrent, vel castros prorsus habere vellent, ut testatur S. Hieronymus contra Jovinianum; sicut ipsum Deum permoventur, ut in veteri Testamento Sacerdotes à cubili, dum sacra facienda incumbere, lege removeret: cur criminationi iusta Ecclesiæ Latinæ serviret potius, quæ in lege Gratæ, quæ tota spiritualis est, usum disciplinamque ab Apostolicis temporibus derivatam legibus suis stabilivit; quam praxi Ministrorum DD. Protestantium, qui ultra lignites Sacerdotum carnales legis veteris progressi, Mæsam cubili uxoris perpetuo contiguam habentes, ad sacra faciendam, saltem in oculis populi in dies procedunt, sicut Sponsus de thalamo suo. Sed Quærelæ eorum, missationesque audiantur.

#### Solvuntur Objectiones.

28. **C**apita VII. à Wicelio pro justificanda Clerogamia in *Via Regia* supra N. 20. proposita, primo loco adferenda sunt. Quorum I. ita sonat: Scriptum est: *Sacerdos Virginem ducat uxorem.* Quæ vetus lex moralis est, habens adhuc vigorem; non extremalis, hoc est, abrogata; & subjungit ille. II. Novo Testamento illucescente per Joannem Baptistam, erat hujus Pater Zacharias Sacerdos Domini, habens Elisabetham uxorem. III. Recenset Paulus Apostolus in regula, quam ad Timotheum præscripsit Presbyteris Novi Testamenti, ut sint *unius uxoris Viri.* IV. Eandem regulam ingeminat ad Titum. V. Ipsos Apostolos uxores habuisse proprias, Divus Ignatius, & Clemens Apostolicus ido-

idoneus testis est. VI. In primitiva Christi Ecclesia tam Orientis, quam Occidentis duravit Clerogamia improhbita. VII. Er duravit improhbita, quia Apostolica, usque ad tempus prohibitionis primariæ per Siricium & Callistrum II. facta. Post secundariæ prohibitiones secutæ sunt per Concilium Carthagenensæ, per Gregorium & Innocentium, maxime per Satanissimum (1) Hildebrandum. Sed hanc prohibitionem, quia neque Apostolica, neque universalis existit, Oriens non recepit. Decreta vero canonica, quæ conjugio favent, illud tantum postulant, ut uxor virgo ducatur ante Ordinationem Sacerdotalem. Colophonem deinde oraculis è tripode phantastici sui cerebri depromptis subnectens, in *abusibus Regiæ viæ* à se additis ait, Concubinarium Sacerdotum statum à celibatus lege promanare: ex quibus omnibus tandem inferet, constitutionem istam humanam, quæ prohibetur conjugium Presbyteris, ac distrahitur conjugium, *pugnare cum jure naturali, cum jure divino, cum Evangelio, cum veterum Synodorum constitutionibus, cum exemplis veteris Ecclesiæ, &c. Væ nobis! væ nobis!*

29. Respondeo ad I. Nihil ineptius à Wicelio in rem suam adduci potuisse, quam v. illum 13. cap. 21. Levitici: *Sacerdos Virginem ducat uxorem.* Ibi enim matrimonium Sacerdotibus veteris Legis præceptum esse simpliciter, qui contextum legerit, non inveniet, etiam is, qui vitra aurgentia primæ classis adhibuerit; bene vero etiam lippus videbit, lege illa matrimonium Sacerdotum ad certas Personas restringi. Sic autem habet v. 14. *Viduum autem, & repudiatam, & fordidam, atque meretricem non accipiet; sed puellam de populo suo.* Sed si lex illa moralis est, hoc est, non abrogata,

Tom. II.

atque ad mentem egregii Wicelii intelligenda, cur Sacerdotes Protestantium, in quorum favorem Wicelius tempore præteritæ reformationis scripsit, eam non observant, & viduas impune ducunt? nempe quia sunt oves, sine Pastore, sine lege Moisaica, & Paulina errantes. Quod autem Sacerdotes veteris Legis & uxores ducere poterint, rationem affert Siricius Papa N. 9. relatus: *Quia non ex alia, nisi ex tribu Levi quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti.* Quo sensu libenter admittimus obligationem matrimonii, etiam pro toto genere humano in globo accepto, id quod tamen nullatenus officii nostro intento, & merito: nam si juxta sultam sequelam, quam ex hoc textu deducit Wicelius, quod nempe hæc lex (quam supponit matrimonii Sacerdotibus omnibus esse præceptivam) adhuc sit obligatoria, omnes, & singuli Ministri sacri novi Testamenti uxores ducere debent: ergo multo magis reliqui Christiani: stulte igitur Christus, stulte Paulus celibatum consuluit. Sed pudet me magis has resellere, si magnam Goldastum non puduit illos ex Bibliothecis corradere.

30. Ad caput 2. quod ex dictis abunde resellitur, respondeo. Zacharias Sacerdos veteris Testamenti habuit uxorem juxta Wicelium & veritatem: Jeremias Propheta de Sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, juxta S. Ignatium Martyrem à Wicelio citatum, uti mox referemus, & eandem veritatem non habuit uxorem. Quid igitur concludendum? ergo omnes Sacerdotes debent uxores ducere, tam in Veteri, quam in Novo Testamento? minime.

31. Ad 3. & 4. caput, nescio, an respondere, an ridere, an indignari, an capillis adductum Wicelii, Goldasti, eorumque sequacium, excitationem Joviniani,

F

ac

(1) Al. Sanctiss. sed male, ita enim Auctor scriperat, alludens ad nomen Hildebrand. Nota est marg. affectuosissimi in Sedem Apostolicam Goldasti.



ac Vigilanti hereticorum IV. Sæculi tenebras sperantem deplorare debeam? ergone Episcopus nolens volens ex mandato Apostoli non tantum uxorem ducere, sed etiam maritali officio perfungi debet? Paulus igitur, dum hæc mandavit, seipsum ac calibatam suam condemnavit 1. ad Corinth. 7. v. 7. Et dilectus Christi Discipulus Joannes ob impedimentum Virginitatis Episcopatum canonicè non est adsecutus. Hæc non est mea, sed S. Hieronymi contra Jovinianum Ministrorum Protestantis Ecclesie Protoparentem sententia, quem vix non piget referre, cum Apostolus ipse controversam dirimat; sic autem habet: *Sed & ipse Episcopus electio mecum facit: non enim dicitur eligatur Episcopus, qui unam ducit uxorem, & filios faciat; sed qui unam habuerit uxorem, & filios in omni subditis disciplina. Certe conluteris non posse esse Episcopum, qui in Episcopatu filios faciat, & alioquin si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Et post multa interiecta: Alioqui, si juxta sententiam Apostoli non erunt Episcopi nisi mariti, ipse Apostolus Episcopus esse non debet, ut qui docet, Volo autem omnes esse sicut ego sum; & Joannes indignum hoc gradu estimabitur. Jovinianus ergo ipse cum Vigilanti, calibatus factorum Ministrorum acerrimi hostes, Apostoli locum rectè explicuerunt, & saltem Episcopos sub penis adulterorum Sæculo IV. continentis post sui electionem esse debere fassi sunt: & isti dormitanti, & quidem non unicubi, & quidem non tantum, de quo nunquam somnivit, fingere, atque utriusque Ecclesie disciplinam de calibatu Episcoporum jam sæculo IV. canam, utpote ab Apostolicis temporibus derivatam, ad libidinem suam sus deque vertere præsumunt?*

32. Ad V. respondeo, S. Ignatium Martyrem S. Joannis discipulum equidem fateri Apostolos aliquos fuisse uxoratos,

& quidem in Epistola ad Philadelphienles, quæ est una ex VII. quas nostri Critici pro genuinis Sanctissimi Martyris factibus contra doctissimos quosdam Calvinianæ sectæ Ministros agnoscunt. Sic enim habet, postquam Virginibus exemplum Jeremie, Joannis Baptistæ, Evangelistæ, Timothei, &c. proposuisset, de non Virginibus: *Non detraho autem cæteris Beatis, qui nuptiis copulati fuerunt, quorum nunc memini. Opto enim Deo dignus ad vestigia eorum in regno ipsius inveniri, sicut Abraham, & Isaac, & Jacob, sicut & Esaias, & ceteri Propheta, sicut Petrus, & Paulus, & reliqui Apostoli, qui nuptiis fuerunt sociati, qui non libidinis causa, sed posteritatis subroganda gratia conjuges habuerunt. Sed quid inde? ergo Apostoli, dum à Christo vocarentur, non erant omnes virgines? quæstio est ad presens institutum ad limam hujus testimonii expendenda. Ergo dum amore Christi omnia reliquerunt, non etiam uxores, si quas habuerunt superflites, quantum ad usum matrimonii deseruerunt? nihil de hac re, quæ sola ad rem præsentem faceret, determinat Ignatius l. cit. qui an Sæculo VI. genuinæ huic Epistolæ non sit intrusus, vadem agere non possum, cum editionibus Usserii & Vossii carens eum occasione hujus objectionis qualiverim, & inveniri in mendosa antiquiori editione Lovanii A. 1566. cum operibus S. Dionysii Aeropagite procusa. Quod citationem S. Clementis, qui fuit S. Petri discipulus, attinet, & epistolas ejus, & constitutiones apostolicas ejus nomine evulgatas evolvi, nihil autem ad Wicellii intentum inveni, & laboris me vix non penituit, tum quia plura ejus scripta sunt apocrypha (lib. 1. c. 2. §. 2. & c. 4. §. 5.), tum si quid haberet, sententia Ignatiana certo erit conformis. Relegatur ex superabundanti N. 4. h. t.*

33. Ad VI. & VII. punctum enucleandum serviant N. 6. & 7. h. t. in quorum priori,

priori, si vera est sententia Thomassinii, quod nempe calibatus factorum Ministrorum ab ipsis Apostolis lege firmatus fuit, ruit argumentum Wicellii & DD. Protestantium: sin autem, tunc rationes in probatione propositionis adductæ æconomiam Siricii aliorumque Pontificum, ac Conciliorum iustificanc. Sed velim paulisper expendant Adversarii canonem 9. Concilii Ancyran i bi, & N. 9. h. t. adductum, videantque an epocha præcepti calibatus non sit paulo altius figenda? nec prætermittant reflectere, quod equidem in Ecclesia subinde permixtum fuerit sacris Ministris, exceptis Episcopis, uxoriibus ante Ordinationem ductis frui, nullatenus autem, & nunquam post Ordinationem uxores ducere, aut ante illam non Virgines ducere, aut Virginibus ductis tempore vicis sue cohabitare, uti in superioribus demonstratum est. Et judicent, utri nostrum impingant, & quidem utroque calce in disciplinam ab Apostolorum temporibus sacram?

34. Ad Colophonem à Wicello captivus suis subnexo, quem uno ore jactant in hodiernam diem DD. Protestantes, quod nempe lex calibatus in Ecclesia Latina causa sit concubiniatus, & fornicationis in Sacerdotibus Romanæ Ecclesie, id quod etiam obsecit Photius Nicolao I. ipsos una cum Græcis appello Judices, quantum ex his oppositis propositionibus vera sit? an illa illorum, Calibatus generat concubinatum: an vero illa S. Pauli 1. ad Corinth. 7. Calibatus facit hominem indivisum, & cogitare ea, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo? & si S. Paulum mendacii iusto aculeare poterint, eos ex tripode loqui libens fatebor. Non igitur calibatus, sed concupiscentia infranata Sacerdotum eos facit concubiniarios, & fornicarios in Ecclesia. Et si omnes conjugati Ministri aliarum Ecclesiarum ab hac labe immunes sunt, levent lapides, mittantque eos

in nostros incontinentes. Memini autem me legisse, S. Chryostomum sua ætate judicasse dari plures adulteros conjugatos, quam calibes fornicatores. Ecclesia ergo Catholica sicut in omnibus, ita & in hoc puncto eligit id, quod perfectius est, votoque Salvatoris magis conforme, non attendens, quid inde vicio hominum per accidens sequi posset; si enim & Deus hanc considerationem quidquam valere voluisset, nunquam verbum suum scriptum humano generi communicare debuisset: utpote ex quo gentiles idololatricam, hæretici suos errores fabricarunt, sed fabri ipsi fortunæ suæ, non vicio Scripturæ. Nec ingeratur tritum illud: *Non omnes capiunt verbum hoc.* Vel enim ex illis Christi verbis erroneè colligunt calitatis perpetuæ observantiam aliquibus hominibus in specie esse impossibilem: & tunc fornicationem vel pollutionem iis, qui maritos, vel uxores advertente fortuna accipere etiam volentes nequeunt, esse licitam colligunt est necesse, cum nullum necessarium sit peccatum. Quod blasphemum est vel cogitare. Vel recte inde eliciunt, illam quibusdam esse observatu perdifficilem, & tunc ingerimus illis id, quod Christus Paulo à stimulo carnis suæ colaphizato, *Sufficit tibi gratia mea; nec non illud Augullini: Potuerunt hi & hæc, & tu non poteris?* Possunt nimirum millia fornicarum spes nuptiarum non habentium esse necessitate, possunt tot millia militum propter coronam temporalem calitatem perpetuo fervare, & tu minister Evangelii, tu Pater ac Seminarium spiritualis, gratia Christi adjuvante, id non poteris proferre mercedem æternam?

35. Superfluit alia quædam objectiones horum capitum declarativæ ex eodem Wicello, Alboino, aliisque solvende: & primo quidem Wicellus l. cit. ad mores primitivæ Ecclesie provocat, quibus licitum fuisse sacris Ministris conjugii usum usque ad Siricii tempora affirmat,



subdens: Quod si quis ad exempla provocet, longe cognitissimum est, historias Ecclesiasticas ejusmodi exemplis refectas esse. Sed ante Ordinem, inquit? rectissime. Probaturus igitur eras causam Clerogamie, qui hodie quoque ante Ordinem, boneste ducta Virgine, recipiatur in Ordinem? — nisi forte primis temporibus fuerit licitum, quod nostris illicitum iudicari debeat, quando videlicet Cleri nefanda turpitudine eo crevit, ut Sacra etiam ipsa deturpet, atque abominationem adducat extremam.

35. Respondeo I. hoc argumentum Wicelii magis ferre Ministros Protestantium, quam nos; cum in eo fateatur, sacros Ministros tantum potuisse ducere uxores, & quidem Virgines ante consecrationem, ex primitiva Ecclesie more, & decretorum Canonum constitutione; sic enim etiam habet paulo superius: Decreta vero Canonica, qua conjugio favent, illud tantum postulant, ut uxor Virgo ducatur ante Ordinationem Sacerdotalem. Quem morem, quos Canones, Apostolicis temporibus coeuvos, accurate servat Ecclesia Graeca, connivente ob irradicatum in ea morem Ecclesie Romanae; violant vero passim Ministri Protestantes, sine illo defectu & Viduas ante Ordinationem, & Virgines post illam, hisque decedentibus alias matrimonio sibi copulantes.

37. Respondeo II. falsum esse facta illa, quibus sacri Ministri uxoriibus Virginiibus ante Ordinationem ductis post illam usi sunt, primis Ecclesie Seculis in morem transiisse, cum disciplinam contrariam in more tum fuisse, illaque facta ob varias causas tolerata solum esse, adeo aperte demonstrant Patres N. 6. h. t. relati, ut cordatus esse non debeat is, qui hoc in dubium vocet. Atque ut solum Hieronymi testimonium, cui Viro mores Ecclesiarum sui seculi optime perspecti fuerant, hic repetam. Quid facient, inquit, Orientis Ecclesie? quid Aegypti?

& Sedis Apostolicae? qua aut Virgines Clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt? Quid quod S. Epiphanius haec disciplinam canonibus vindicatam ibidem asserit, contrariumque ibi tantum praticari, ubi Ecclesiastici Canones accurate non servantur? Videatur N. 7. Aut ergo haec disciplina sancita fuit ab Apostolis precepto Ecclesiastico, aut more communi ab illorum temporibus stabilita; utrumque obest Wicelio & Protestantibus, juxta Ecclesie Romanae aconomiam, quae hanc sive legem, sive consuetudinem ex allatis in propositionis assertionem motivis in ea orbis parte, in qua contrarius usus per negligentiam necdum prevaluit, legibus suis firmare, & posterioribus seculis, etiam contra torrentem carnalium Sacerdotum manuteneat potuit, esto ante latas illas leges infirmitati quorundam benigne condescenderit; sicut de facto eandem licentiam Graecis Ministri imperitur. Et inde bene fieri potuit, quod primis temporibus & in Graeca de facto licitum sit id, quod in Latina amplius non licet.

38. At dices. Non debuerunt Pontifices Romani Clero illud jugum imponere, à quo imponendo post Christi & Pauli expressum desuper tantummodo datum consilium abstinerunt Patres Niceni, gravissima exhortatione Paphnutii permoti. Rem narrat Socrates lib. 1. c. 8. Visum fuit Episcopis legem novam in Ecclesiam introducere, ut qui essent sacri initiati (sicut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi) cum uxoriibus, quis, cum erant Laici, in matrimonium duxissent, minime dormirent. Et quoniam illis erat propositum de hac re consilium inire, in medio illorum consensu surrexit Paphnutius, ac vehementer vociferatus est, non grave jugum illorum cervicibus imponendum esse, qui erant sacri initiati: honorabile esse conjugium inter omnes, & iborum immaculatum. Videndum ne nimis

mis exquisita praescriptione Ecclesiam gravi incommodo officerent. Omnes enim non posse ferre tam austeram disciplinam, neque à singulorum sumoribus fortasse eam castimonie normam servari. Viri autem cum uxore legitima concubitu castimoniam appellavit. Illud satis esse, ut qui in Clerum ante adscripti erant, quam duxissent uxores, hi secundum veterem Ecclesie traditionem deinceps à nuptiis se abstinere; non tamen quemquam ab illa, quam jam pridem, cum Laicus erat, uxorem duxisset, sejungi debere. Hac oratione dicit, Paphnutium (qui nunquam mulierem contigerat) Patribus Nicenis persuasisse, ut potestatem permitterent cuique pro arbitratu ab uxorum consuetudine abstinenti. Hoc est palmarium, quod adversarii jactant, argumentum. Quod confirmant exemplis quorundam magnorum & sanctorum Virorum, quos tum ante, tum post Nicenum Concilium ab uxoriibus ante Ordinationem ductis haud abstinuissent in Sacris constitutis praetendunt. Et primo quidem exemplum Tertulliani, qui uxorem duobus libris adhortatus est, ut post suum obitum continentiam servaret; quod facere non potuisset, si se marito ad Sacerdotium promotum continere coacta fuisset, eo quod Sacerdotibus usus matrimonii in nostra sententia fuisset prohibitus. In Ecclesia igitur Africana Sacerdotes Matrimonio ante Ordinationem contracto utebantur. Secundo exemplum Gregorii senioris, S. Gregorii Nazianzeni patris, quem in Episcopatu ab uxore prius ducta proles suscepisset tentantur illi versus carminis, quod Nazianzenus de vita sua scripsit, nimirum: Nondum tot anni sunt tui, quot mihi in Sacris jam sunt consumpti vicinis.

39. Respondeo ad argumentum I. Historiam hanc à Socrate primam scriptam, atque à Sozomeno, & Cassiodoro postmodum excerptam, à Boronio, Belarmino, aliisque Viris eruditissimis ex-

plodi, vel prolius ut fabulam, vel saltem ut non sincere à Socrate relatum, de qua re legatur N. 7. h. t. At ut indulgentiores sumus Dominis Protestantibus, transmissa ejus veritate.

40. Resp. II. illam aperte damnare praxim Ministrorum Protestantium Ecclesie; cum juxta ejus tenorem calibatus Clericorum, qui vel calibes, vel vidui uxoris ad sacros Ordines promoti fuerunt, ex sententia Paphnutii, & Patrum Sanctissimorum, tanquam ex traditione Ecclesie veteris (hoc est, ab Apostolorum temporibus) descendens, approbatur, & confirmetur. Jam si hinc statuumus Romanos Pontifices illud, quod ex subiecta hypopheli Patres Niceni in optatione Clericorum conjugatorum reliquerunt, sub praepotum ponentes: illine vero Ecclesiam Protestantium frana carnalia spiritualibus suis Patribus ultra limites ex Apostolica traditione statutos, atque ab utraque Ecclesia Graeca & Latina in hunc usque diem sancte observatos exortice laxantem, quos horum, quos magis impingit in historiam Paphnutianam?

41. Resp. III. transmissa iterum historia veritate, ex illa nequaquam damnari posse Ecclesie Romanae disciplinam. Primo enim vi illius tantum dissimulatur separatio Virorum Clericorum ab uxoriibus ante Ordinationem ductis, eo praecipue motivo, quod multa fortassis invixit maritis, in gratiam spiritualis ministerii, privari deberent, atque legibus continentiae, post expertum, atque assuetum matrimonii usum, constringi. Secundo, illa tum videntur fuisse temporum circumstantiae, Ariana praesertim haerese ad instar cancri serpente, quae Patres Nicenos ab eo, quod ceperant consilio, hortante Paphnutio absteruit, ne nimirum novum in ipsis vicibus Ecclesie sua prohibitione excitarent incendium. Conjugii enim usum semel assuetum, quam difficile relinquunt homines,

patet



patet ex tragediis ab incontinenti Clero contra prohibitionem Gregorii VII. Saeculo XI. excitatis. Quae quam maxime comprobantur effatum Chrysostomi, majorem esse cupiditatem corporum, quam pecuniarum. Et contra Romana Ecclesia, quamvis initio (quo disciplinam usumque Ecclesia ab Apostolicis temporibus derivatum, atque apud seae acratius observatum, ut nempe maritali, si ad sacros Ordines promoveantur, mariti esse desinam, lege lata stabilivit & confirmavit) contra facientes ab uxoribus separaverit: nihilominus posthaec nullum maritum cogit, imo ne quidem admittit ad sacros Ordines, nisi & libere uxorem prius dimittat, & illa in hanc separationem sponte consentiat. Hanc autem disciplinam in Occidente exactius observatam fuisse, quin variis Conciliis ante & post Siricum in Africa, Galliis, Hispania sancitum luculenter ostendit N. S. h. t. Quorum leges sanctissimas, utpote Ministros Ecclesiae ad exactissimam obsequium suorum manerem spiritualium disponentes (N. 26. h. t.) dum Gregorius VII. Saeculo XI. in usum revocavit, nihil reprehensione dignum egit. Sed quid demum prohiberi fieri, ut id, quod unum Concilium ex motivis suis dissimulavit, alia Synodus, vel etiam Christi in terris Vicarius, alio & tempore, & circumstantiis, tandem lege sanciat. Quia de re non unum in historia Ecclesiastica exemplum occurrit.

42. Ad primam confirmationem respondet Nat. Alexander I. cit. ex libris Tertulliani colligi, ejus uxorem continentiae propositum ante sui consecrationem amplexam fuisse, quod ne post ejus mortem violat, eam hortatur. Illam enim, postquam fuerat ad Sacerdotium assumptus, non ut uxorem, sed ut sororem tractat. Sic enim habet: *Dilectissima mihi in Domino conserva. Et salutorum Numinum Sacerdotes continentiam servare ibidem notat: Continent,*

*inquiens, etiam generis Sacerdotes. Sacerdotium viduitatis & celebratum est apud nationes.* Tertullianus ergo I. cit. celebratum perfectum in Ecclesia Africana Saeculo III. apud sacros Ministros vixisse docet; ejusque aequitatem ad ruborem Ministrorum Protestantium Sacerdotum gehennae exemplo demonstrat. Quamvis insuper certum non sit, Tertullianum libros suos ad uxorem scripsisse, dum Sacerdotio insignitus jam esset, uti ex verbis cap. 4. & 5. colligit idem Nat. Alexander. Novati Presbyteri Carthaginensis Schismatici scelus à S. Cypriano Ep. 49. ad Cornelium Papam narratum non probat Africanæ Ecclesiae disciplinam Saeculo III. Sacerdotibus usum conjugii post Ordinationem admisisse; quod enim caele in uterum pregnantis uxoris excussio abortus propriae sobolis causa existit, id factum est ante susceptos à se sacros Ordines; quod factum nihilominus, quia tunc Ecclesiae ignotum fuit, non prohibuit, quin ad Sacerdotium proveheretur. Tunc autem vulgatum est istud Novati crimen, ut & alia scelera, quorum reus erat, cum in ejus mores Schismatis ab eo facti occasione diligentius inquisitum est. Et hinc S. Cyprianus cum Ecclesia Africana equidem ipsi parricidium exprobravit, usum vero conjugii minime, quod ei tam adhuc licitus fuisset; secus vero post Ordinationem, qua suscepta, Clericos Ecclesiae Africana à rerum temporalium cura omnimodis voluit esse alienos tempore Cypriani; adeo quidem, ut ne tutorem quis agere posset sub pena non differendi pro eo, *ne sacrificium pro ejus dormitione celebrandi.* Verba sunt S. Cypriani Ep. 66. quibus Papistica praesidia circa Missae Sacrificium & Purgatorium in Ecclesia Africana Saeculo III. in pleno vigore fuisse satis prodit, quemadmodum fortassis nonnullis ex Protestantibus Lectoribus monstrabit; sed recognoscet, an Apostolicae Traditiones minus fuerint notae Saec. III. aere Christianae, an Saec. XVI?

43. Ad secundam confirmationem respondet idem Natalis Alexander I. cit. Sermonem illum Gregorii senioris esse hyperbolicum. Constat enim ex chronologia vitae S. Gregorii Nazianzeni, ipsum non solum ante Episcopatum, verum etiam ante baptismum patris natum esse. Id quod Natalis operoso computo demonstrat. Qui etiam in solutione objectionis sextae, in qua proponitur exemplum Synesii, qui ordinatus fuit Episcopus Ptolemaidis, licet profiteretur, nolle se uxorem dimittere, nec à procreandis liberis cessare ep. 105. ad fratrem data, recte ait: Synesium non vere illud propositum habuisse utendi uxore, & procreandi liberis, cum Episcopus inauguratus esset, sed simulate egisse, quasi in illa animi esset sententia, ut ea arte se se ab onere Episcopatus, quo se indignum existimabat, liberaret. Quod inde elucet, quod non tantum Ecclesiastica disciplina tam adversa inculcaverit, sed etiam quaedam fidei repugnantia sentire se sinxit; ut quod dubitet de resurrectione, &c. uti patebit legenti citatum ejus epistolam. Interim Domini Protestantibus id lucri ex allatis exemplis reportant, quod primum & secundum ipsi non faveat; illud vero insuper monstrat, Episcopos prioribus Saeculis post sui Ordinationem ex Ecclesiastica disciplina à matrimonio prioris usu perpetuo continere debuisse; si enim contrarius mos tum prevaluisset, quare Synesius in cit. ep. scriberet: *Quare hoc omnibus praedico & testor, neque me ab ea (uxore) prorsus sejungere velle, neque adulteri insar cum ea clandestinum consuetere: alterum enim nequaquam pium est,* (id quod solum preterit, ut dictum est) *alterum illicitum.*

44. Objici potest III. Episcopus Orientium nulla lege coactus esse ad perpetuam continentiam, & filios in Episcopatu plebrique procreasse (ex Socrate lib. 5. hist. Eccl. cap. 21.). Perpetuam igitur con-

tinentiam Sacerdotes & Episcopi non servabant ex universalis Ecclesiae disciplina, etiam post Nicenum Concilium.

45. Respondetur I. Ego quidam Episcopi filios ex matrimonio prius contracto post suam inaugurationem susceperint, non tamen id permittente Ecclesiastica disciplina fecerunt. Perpetuam namque servabant continentiam, ubi Ecclesiastica disciplina vigeat, teste S. Epiphania I. N. 6. h. t. relato. Quae disciplina, quoad inferiores sacros Ordines in Ecclesia Graeca tandem labefacta, in Latina impigra Romanorum Pontificum, Occidentaliumque Conciliorum vigilantia in legem perpetuam, conflantemque usum paulo post abiit, in eoque ad praesentem diem ad Christi, Paulique votum conservatur.

46. Respondetur II. suspectam esse hac in re Socratis fidem, quantum ad tot plerosque, cum ipsi S. Hieronymus, qui Gregorium Nazianzenum in Oriente sacrarum literarum Magistrum habuit, quique diutissime fuit in Palaestina, refugeret in libro contra Vigilantium dicens: *Quid facient Orientis Ecclesia, quid Aegypti, & Sedis Apostolica, quae aut Virgines Clericos accipiunt, aut continententes, aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt?*

47. At Socratis relationem confirmare videtur imprimis Clemens Alex. lib. 3. Stromatum p. 139. dicens: *Quin & unius quoque uxoris virum ubique admittit (Apostolus), seu sit Presbyter, seu Diaconus, seu Laicus utens matrimonio citra reprehensionem. Servabitur autem per filiorum procreationem. 2. Concilium Gangrense can. 4. ita decretum: Si quis discernit Presbyterum conjugatum, tamquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab ejus oblatione ideo se abstinet, anathema sit. 3. S. Athanasius in ep. ad Dracontium ita scribens: Novimus autem & Episcopos jejunantes, & Monachos comedentes. Novimus*



vinum & Episcopos non bibentes vinum, & Monachos bibentes. -- Multi quoque ex Episcopis Matrimonia non iniierunt: Monachi contra, parentes liberorum facti sunt. Quomodo vicissim Episcopos filiorum patres, & Monachos generis potestatem non quaesivisse animadvertas. Quae omnia suadere videntur, sub fine Seculi II. & sequentibus sacros Ministros passim & sine reprehensione Matrimonio usos fuisse.

48. Respondeo allata exempla intentionem non evincere, nec testimonia Eusebii, Epiphani, Hieronymi de contrario modo testantium enervare. Nam ad testimonium Clementis, Respondeo I. illud solum suadere suo tempore continentiam aliquo positivo canone Clericis majoribus notitum fuisse impostam; ex quo non sequitur Matrimonium apud illos in communi usu fuisse. II. dici potest, & quidem melius, usum matrimonii in illo Clementis loco ad Laicos referri ( seu Laicos utens matrimonium contra reprehensionem ), non autem ad Diaconos, & Presbyteros, quos unius uxoris viros equidem admittit Apostolus, non autem filiorum procreationi operam dantes. Id quod ex scopo ibidem à Clemente intento liquescit. Susceperat enim contra Tacitum & Encratitas probare, matrimonium, usumque ejus malum non esse ex eo, quod Apostolus ipse unius uxoris virum ad Sacerdotium assumi decreverit.

49. Ad Canonem Gangrensem dico, Patres in eo locutos non esse de Presbytero, qui conjugio post Ordinationem sacram uteretur; sed de eo, qui uxorem olim habuerat, vel habebat etiam nunc fororis loco, non uxoris. Agebat enim contra Eustathianos, qui Laicos actu conjugatos à communione repellabant; Presbyteros vero etiam ab usu matrimonii prius initi temperantes, quod tamen olim nuptias, quas illi execrabantur, intivissent, à sacrorum congressu ac-

cebant. Unde verbi Dionysiana loco tò conjugatum, expresse ponit, qui uxorem habuit.

50. Ad auctoritatem S. Athanasii respondeo, illum intelligendum esse de uxorebus ductis, deque hiis procreatis ante Episcopatum, cum eodem modo de Episcopis ac de Monachis tibi loquatur. At certum est, nusquam permisisse Monachis connubia, & rei uxoria usum, ex quo Monasticam vitam professi sunt: igitur nec Episcopis, ex quo fuerunt ad Episcopatum promoti. Quem sensum habuisse S. Patrem confirmari potest ex ejus Apologia de fuga sua, in qua narrat Leontium quemdam Arianum Pseudo-Episcopum se ipsum castrasse, tantum ut mulieri se à adamata cohabitare permitteretur: quod facere opus non habuisset, si Episcopis tum permillum fuisse usu matrimonii ante Ordinationem inivisum; potuisset enim illam ante Ordinationem ducere. Quod autem Dracontius persuasum habuerit Episcopos Monachorum instituta servare non posse, solitam nimirum abstinentiam, jejunia, & imprimis continentiam, id ex Viri sancti, & eorum omnium, quae in mundo extra suum asceterium contingebant, ignari simplicitate contigit, Monachorum suggestionibus errorem hunc ei ingerentibus, ex illo imprimis motivo, quod conjugatos ad Episcopatum assumi dicerent, quem S. Athanasius laudata epistola ab eo auferre conatus est.

51. Obijciunt IV. auctoritates quasdam ex sacris Literis: & primo illud Genesios: *Crescite & multiplicamini, & replete terram.* Quibus verbis propagandi generis humani mandatum contineri affirmant perpetue oppositum continentiae. 2. Illud Matthaei 19. *Quod ergo Deus conjunxit homo non separet:* ex quo inferunt, Sacerdotes sine violatione precepti divini ab uxoribus non posse avelli. 3. Illud Apostoli ad Hebraeos 13. *Honorable connubium in omnibus, & thorus im-*

immaculatus. Unde usum matrimonii in sacris Ministris laudabilem arguunt. Sed quam haec sint frivola, ostendent responsiones.

52. Ad primum itaque respondeo, in verbis non contineri preceptum, sed benedictionem; alias enim pisces & aves, quibus idem dictum est, precepti capaces asseramus est necesse. Vel si preceptum continent, illud non est datum singulis hominibus, sed ad genus humanum dumtaxat relatum; alias pessimam Christus & Paulus de continentia dedisset consilium. Nec credo genus humanum contra intentionem Creatoris interitum, etiam si Ministri Dominorum Protestantium consilium sui & nostri Salvatoris nobiscum sequerentur.

53. Ad secundum dico, Verba Christi intelligenda esse de communi vinculo, non de thoro, & nuptiarum usu: & conjugatos quidem à repudiis deterrere, sed emissum de consensu alterius conjugis continentiae votum irritum non facere.

54. Ad tertium respondeo, Apostolum vocare connubium honorabile in omnibus, quae ad illud pertinent, sive prolem, sive fidem, sive Sacramentum spectemus; si enim juxta libidinosa interpretationem quorundam adversariorum tò in omnibus pro singulis personis sumendum est: igitur honorabile erit conjugium fratris cum sorore, patris cum filia, &c. Uxoris sacra fames, quo non mortalia trahis pectora! at Apostolum hoc in loco non enuntiative, sed praecipitive esse intelligendum, ita ut sensus sit: *Conjugium sit in omnibus vobis honorabile, & thorus immaculatus;* hoc est, sine omni vitio, Interpretes non ignobiles censent. Sed quoquo modo accipiatur, certe de Sacerdotibus, aut de his, qui virginis votum emisserunt, intelligi non posse ex omnium Patrum doctrina colligitur. Plures jam à N. 6. & seqq. retulimus. Chrysostrum & Iidorum Pelusiotam pro coronide operose

disputationis hic adducemus. Quorum primus ad Theodorum Lapsam haec scribit: *Legitima & justa res est conjugium; & ipse confiteor: honorabile connubium & cubile immaculatum; sed tibi jam non est integrum connubii jura servare. Caeli enim Sponsa semel junctum, illum relinquere, & uxoris laqueis implicari, adulteri crimen incurere est: quamvis nullus non est datum singulis adulteri illud tanto pejus affirmo, quanto major ac melior mortalitas Deus. Bone Deus! ubi manet Lutherus cum Catharina! Et hom. 10. in ep. 1. ad Timotheum: Si qui uxorem duxit, sollicitus est, quae sunt mundi, Episcopum autem hujusmodi sollicitudine tangi non convenit, quomodo superius dixi, unius uxoris virum: quidem illum, qui post uxoris obitum constituitur Episcopus, significasse intelligunt. Alioqui licet cum, qui uxorem habeat, quasi non habentem esse, tunc nempe rite illud concessit pro tempore, ac pro rei natura, quae tunc inerat. Oeconomia, quae in Ecclesiae exordii necessaria erat, tribuit Chrysostrum, quod ad Episcopatum assumpti sint, qui uxorem duxerant, quamvis esse debeant, quasi non habentes: id est, Matrimonio non uti, ex quo Episcopi consecrati sunt. Suffragatur S. Chrysostrum S. Iidorus Pelusiotus ejus discipulus lib. 3. ep. 75. *Exhibite, inquit, corpora vestra hostiam viventem. Non ad Sacerdotes solos scribens, ut existimas, hoc mandabat, sed universae Ecclesiae; innumquamque enim hac in parte Sacerdotem esse jussit. Quod si castitas & pudicitia subditos Sacerdotum ordinat, libido procul dubio, ac lascivia Sacerdotibus dignitatem abrogat. Atque hoc quidem leges & Ecclesiastica instituta sanciant; verum baud admodum tamen sit. Quam autem ob causam, non est meum commemorare. Quae testimonia velim cordatus Legor expendat cum aliis in decursu praesentis Tituli allatis, ac de demum de controversia praesenti judicium ferat.**



## TITULUS IV.

## De Clericis non residentibus in Ecclesia vel Præbenda.

1. **Q**uamvis residentia localis Pastorum Gregis Christi nativo iure videatur annexa eorum officio; status nihilominus Ecclesiarum in sui fundatione eandem non tulit.

Prima pars ex idea Pastoralis Officii tam clare eruitur, ut plures, sique gravissimi Theologi ac Canonistæ censent, Residentiam localem Beneficiorum esse juris naturalis ac divini positivi. Et certe si is, cui Paternitas pascendorum gregum curam sub annuo salario commisit, greges desereret, atque per substitutum ad pascua educeret; si ille, cui Princeps Castrorum suorum guberniam demandaret, per alium abiens hanc provinciam obiret; uterque contra voluntatem Domini agere, præscindendo etiam ab omni lege positiva, ex ipso rationis lumine censeretur: ita non immerito de Pastoribus Gregum Christi, atque de Belliducibus Ecclesiarum Militantis non residentibus discurrendum est; eo vel maxime, quod ad hanc residentiam Evangelicis allegorici, ab officio Pastorum temporalium sumptus, gravissime exhortentur. Joann. 10. &c.

Quod vero Ecclesia hanc residentiam localem in sui fundatione non tulerit, ex Officio suorum Fundatorum, seu Apostolorum clarescit, utpote quibus Marci 16. dicitur: *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creature.*

2. Apostoli nihilominus quamdam residentiam speciem Pastorum Ecclesiarum præfigurarunt.

Cum enim singuli non possent ubique prædicare Evangelium, & actualiter operi Apostolico incumbere, sed tantum in ea orbis parte, in qua præsentis erant, initio quidem ex communi mutuoque consensu, non tamen sine interna Spi-

ritus S. inspiratione, quia pauci erant; ut tamquam testes oculati vitæ & doctrinæ Christi, ejusque resurrectionis Evangelium per universum orbem disseminarent, admodum latas & diffusas orbis partes, seu, ut hodie loquimur, Dioceses, singuli sortiti sunt: adeo ut etiam integra ac latissima Regna pro sua quisque Diocesi haberet, in qua actu quisque operaretur.

3. Idem Apostoli in Ecclesiis à se fundatis Episcopos creabant tum eos, qui Diocesium præterant determinatis, tum eos, qui suo fungerentur officio iis in locis atque amplissimis Diocesium, quo ipsi pertingere non poterant, idque cum potestate alios constituendi, ordinandique Pastores.

Prima pars à Recentioribus Protestantibus negata, gravissima controversia evicta est lib. 1. tit. 33. à N. 24. Ex testimonio Scripturæ ad rem præsentem adducimus locum Apocalypsis c. 2. ubi ex mandato Christi epistola scribuntur ad VII. Ecclesiarum Angelos, id est, Episcopos. Item Actorum 20. ubi Paulus convocatis Ephesum senioribus, seu Episcopis ait: *Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.*

Secunda vero cum prima patet exemplo Apostoli Pauli, qui Titum reliquit Cretæ, ut ea, quæ desunt, corrigat, & constituat per civitates Presbyteros ad Titum 1. cujus opera prius confirmaverat alias jam Ecclesias, Dalmaticam nimirum, & Corinthiacam. Ut proinde dubitari nequeat tempore Apostolorum fuisse Episcopos, qui, non sicut ac Apostoli, indiscriminatum per orbem, & varias Regiones discurrentes, semina Evangelii mitterent; alios vero particularibus par-

tibus

## Lib. III. Titulus IV. De Clericis non residentibus

tibus orbis, seu particularibus Ecclesiis adstrictos, & destinatos, quod tamen nullum inter illos essentielle discrimen constituebat.

4. Post mortem Apostolorum Episcopi Diocesium determinatis assignati, in iisque residere arctius adstricti sunt.

Hanc disciplinam ipsa necessitas, qua confusio, ac perturbatio, ex prioris indiviso regimine non raro orire solite, obviandum erat, induxit. Unde S. Ignatius Martyr Apostolorum discipulus in genuina ad Ephesos ep. sic habet: *Etenim Jesus Christus inseparabilis nostra vita Patris est sententia, ut & Episcopi per terræ terminos definiti ex Jesu-Christi sint sententia.* Et S. Cyprianus Saeculo III. *Singulis Pastoribus portio gregis fuit adscripta, quam regat unusquisque & gubernet.* Alii Patres videantur in disertatione mox cit. Hæcque disciplina confusio tollenda adeo necessaria visa fuit, ut eam Ecclesia in hodiernam usque diem conservaverit, variisque canonibus frequenter stabilierit, interdixitque severe Episcopis, in aliena Diocesi quidquam ordinare aut agere sine licentia Episcopi Diocesis illius.

5. Nec tantum eo sine singulis Episcopis singula Dioceses assignatæ fuere, ne vaga & confusa redderetur Jurisdictio; sed eo vel maxime, ut adherentes certæ portioni gregis, eidem accuratius juxta præceptum Pauli attenderent; vel ut Joannis 10. dicitur, proprias oves nominatim vocarent, easque educerent, atque ante eas vaderent.

Hæc œconomiam non esse à primorum Saeculorum Conciliis, Patribusque sancitam, sed ut longe sanctissimam, antiquissimam, & indubitatissimam solummodo incuicam ait Thomass p. 2. lib. 3. c. 30. N. 1. quin ex officio Pastoris, mandatoque Christi promanentem agnoscunt gravissimi Theologi, & Canonistæ. Id quod eorum Canones, sententiaque aperte videntur proderè. Et quidem Con-

cilium Nicænum can. 16. ait: *Quicumque temere aut periculose, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec agnoscetes Ecclesiasticam regulam, discedant ab Ecclesia Presbyteri ac Diaconi, vel quicumque sub regula profusi existant; hi nequaquam in aliam Ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas Parochias revertantur.* Transmigrationem Cleri de una Parochia in aliam Ecclesiastica regula prohibitam dicit Concilium; Residentiam eorum, & maxime Episcoporum in ovili sibi assignato, altiori lege fundatam supponit. Quam etiam supponit Synodus Sardicensis Nicænae appendix, dum canone 8. vetat: *Ne Episcopi ad comitatum (Imperatoris) accedant sine justa causa, quam determinat canone 9. & 10.* Et diu ante Concilium Nicænum Synodus Illiberitana canone 14. *Si ergo, inquit, hæc circa Laicos constituta sunt, multo magis Episcopum nec licet, nec decet, si nulla sit tam gravis necessitas, quæ detineat, ut amplius à supra scripto tempore absens sit ab Ecclesia.* De tempore absentie canonem ponit Synodus. Obligationem residentiam in Episcopo supponit. Concinit ad finem Saeculi IV. Concilium Carthagenense V. canone 5. placuit edens: *Ut nemini sit facultas, relicta principali Cathedra, ad aliquam Ecclesiam in Diocesi constitutam se conferre, vel in re propria, diutius quam oportet, constitutum curam vel frequentiam propria Cathedra negligere: locum residentiam designans, de residentiam debito, tamquam altiori jure sacro, nihil desiniens. Hinc S. Cyprianus lib. 4. ep. 6. ait: *Quoniam sic rebus argentibus detinemur, ut longe isthinc excurrere, & diu à plebe, cui de divina indulgentia presamur, absente non detur facultas, has interim pro me ad vos vicarias literas misi.* Et S. Athanasius Apol. ad Constant. Imper. inquit, *hujusmodi scripsi, imo nec fas est Ecclesiam relinquere,**



quere; aut tuę pietati molestiam esse, maxime cum etiam absentibus nobis in Ecclesiasticis populationibus annuas. S. item Ambrosius: *Festinavi reverti, posteaquam illum, quem jure declinandum putaveram, Mediolano obivisse cognoveram. Non enim ego Mediolanensem Ecclesiam dereliqueram, Domini mihi iudicio commissam, sed ejus vitam presertiam, qui se sacrilegio immiscuisset. Et Sæculo V. S. Augustinus ep. 138. Illud novèrit dilectio vestra, nunquam me absentem fuisse licentiosa libertate, sed necessaria servitute: que sepe S. Fratres meos & Collegas etiam labores marinos & transmariinos compulsi sustinere. Et ep. 227. Populus Hipponensis, cui me Dominus servum dedit, cum ex magna, & pene omni ex parte ita infensus sit, & eum modo, cum regressus sum, periculosissime scandalizatum ex mea absentia comperi. Causas absentię legitimę pro Episcopis tangunt Sanctissimi Præsules, legem aliquam Ecclesiasticam de ea latam non indicant. Quin id lege divina præceptum esse l. cit. aperte insinuare videtur Athanasius, dum pergit: *Ecclesia non deferenda ad Episcopum. Nosti ex lectione Scripturarum, quanti sceleris sit Episcopum Ecclesiam suam deserere, & negligere gregem Dei. Pastorum enim absentia lupis invadendi gregis occasionem præstat.**

6. Disciplina hæc à Conciliis Patribusque primorum V. Sæculorum non solum Episcopis, verum etiam inferioribus Curatis inculcata, ut patet ex canone 16. Concilii Nicæni, &c. quoad omnes firmata est sæculis VI. VII. & VIII.

Illam Sæculo VI. legibus suis munivit Justinianus Nov. 6. c. 2. item N. 6. c. 3. ac demum pro omnibus Clericis Nov. 125. c. 9. inquit: *Hoc ipso & super Clericis vitium, cuiuscumque Ordinis fuerint, aut Ministerii. In hunc finem idem Imperator voluit ut Clerus ruralis non assumatur ex alieno vico, vel possessione,*

spetans fore, ut ita facilius resideat. Cod. de Ep. & Cler. lib. 1. lege 11. Quod idem ad hujus Sæculi finem vel septimi initium sancit S. Gregorius lib. 2. ep. 19. 38. & alibi commonens, ut nullum de altera eligi permittatur Ecclesia, nisi forte inter Clericos ipsius Civitatis — nullus ad Episcopatum dignus reperitur, quod evenire non credit. De eodem S. Gregorio scribit Joannes Diaconus in ejus vita lib. 3. c. 36. *Neminem sane Pontificum à Parochia sua saltem parumper absque inevitabili prorsus necessitate discedere. Gregorius permittebat; quos nimirum in causis mundialibus occupari vehementissime prohibebat. Videatur hujus Pontificis ep. 23. lib. 3. item ep. 8. lib. 7. ep. 50. & 52. lib. 4. His sanctionibus Sæculo VII. concinit Synodus Quini-sexta seu Trullana can. 80. &c. Quos canones infra N. 11. commodius referemus, ubi de tempore concessæ Episcopis absentię sermonem faciemus.*

7. Labefactam Sæculo IX. & X. residendi disciplinam restituere conati sunt Pontifices Romani, Conciliaque tum Generalia, tum particularia.

Hac de re ita habet Capitularium lib. 5. c. 177. *Comperimus quosdam Episcopos, & Abbates, atque Sacerdotes non causa necessitatis & utilitatis, sed potius avaritiæ, & propria delectationis sapissime propria Civitatis suę Sede, vel Monasterii sepe, aut Ecclesia propria relicta, Cleroque neglecto remotiora loca frequentare. Pro qua re & desitio divini cultus, & prædicatio in plebibus, & cura subditorum postponitur. Quod ne ulterius à quoquam sine inevitabili necessitate, aut aliqua utilitate fiat, pari consensu inhibuimus. Et Concilium Parisiense VI. A. 829. gravissime exposulat c. 29. de eorum incogitantia Episcoporum, qui eas vel causas, vel functiones quaslibet alias Parochis delegabant, quas aliis demandare potuissent. Interea per lucuosam illam Parochorum absentiam præ-*

præcipiebantur improvisa morte, & baptismo infantes, & reconciliationi penitentes. Socordiam quoque Metropolitanorum, qui considebant se posse vinculum exuere residentię, Episcopo quopiam sibi subrogato, qui Metropolitanus partes interim suppleret, compressit Synodus armenica VIII. can. 24. ubi labefactam residentię disciplinam in utraque Ecclesia satis ostendit his verbis: *Subiectos Episcopos ad se adducunt, & committunt eis Ecclesię proprię divina officia, & litanias, &c. atque eos, qui Episcopalem dignitatem meruerunt, quodammodo sibi Clericos subiectos exhibent. Quin suis stipendiis per distinctas mensium vices præcipi dicuntur prædicta perficere ministeria; vacant autem iidem, præter Ecclesiasticas leges, sæcularibus curis atque dispositionibus, dimittentes perseverare in orationibus. Unde Leo IV. in Concilio Romano A. 853. habito exautoravit Anastasium Presbyterum Cardinalem Tituli S. Marcelli, qui quinquennio à suo Titulo absens post tertiam, & quartam monitionem præmissam redire noluit. Ex quo patet legem residentię hoc Sæculo ipsos quoque Cardinales contraxisse. At quemadmodum saluberrimę, divinæque residentię leges Sæculo X. observatæ fuerint, conjici licet ex his, quæ diximus lib. 1. Tit. 8. & lib. præfati Tit. 2. & 3. ubi vidimus Simonem, Veneremque Clero late dominantem, cui proinde curę majori facile fuerit se, non quæ J. C. sunt, quarere. Et revera bene cultus hujus & sequentis Sæculi historia Ecclesiastica refert Episcopos, aliosve sacros Ministros, Sagatos, Togatos, Scholatos, ut dixit Cicero, magis quam virgatos, mitratosque ex officio.*

8. Quo spiritu legem Residentię, natales ab ipso Christo, atque ex visceribus Pastoralis Officii adeo spirantem, Ecclesia per priora 10. Sæcula factam rectam haberi laboravit; eodem in ejus observantiam, quantum fieri potuit exactif-

simam, posterioribus Sæculis ad nostram usque tempora excubavit.

Quid circa residentiam non tantum Episcoporum altiarumque dignitatum, verum etiam Canonicorum, Parochorum, usque ad minimos beneficiatos Sæculis XII. XIII. XIV. præstitit Romani Pontifices, ob oculos ponunt Canones Tituli præsentis, & ejusdem in 6. At eliminatus multa, & accuratius in Concilio Tridentino decreta sunt, quæ præsens Caput contingunt. Non possum mihi temperare, quin aliqua Sessionum fragmenta ad rem factientia hæc transcribam. Sic ergo loquuntur Patres zelosissimi Sess. 6. cap. 1. *Omnes Patriarchalibus, Primatibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque, quovis nomine ac Titulo præfatos, monet, ac monitos vult (S. Synodus), ut attendentes sibi & universo gregi, in quo Spiritus S. posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivisset sanguine suo, vigilent; sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent, & Ministerium suum implent. Implere autem illud se nequaquam posse sciunt, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atque ovium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus & supremo iudice requirendus, custodię minime incumbant; cum certissimum sit non admitti Pastoris excusationem, si lupus oves comedit, & Pastor nescit. Ad legis, nescio cuius, observationem Pastores Ecclesię ęgypta requirendus, non legem ponit. Monet indiscriminatim, nullum terrenarum prerogativarum sicut attendens. Monet ad residentiam non, ut ajunt, materiale, sic enim perpetuo resident ęgypta Pastorum, in Residentia, in Ecclesia spona pendencia, sed ad formalem; ad residentiam in executione indefessa Pastoralis officii consistentem. Sed expressis Sess. 23. c. 1. de Ref. divino jure nisi Episcopalem residentiam insinuavit eadem S. Synodus, dum ait: *Cum præcepto divino mandatum sit omnibus; quibus**



bus animarum cura commissa est; oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, Verbiq; Divini predicatione, Sacramentorum administratione, ac honorum omnium operum exemplo pascere; pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia Pastoralia incumbere; que omnia nequaquam ab iis præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt; sed mercenariorum more deserunt; Sacro-Sancta Synodus eos admonet & hortatur, ut divinatorum Præceptorum memoros, factique forma regis, in iudicio & veritate pascant & regant. Præcipua Pastorum gregis Christi munera specificè refert sancta Synodus, reliquis in globo relatis contenta, atque fœntentiam pro residentia iure divino sancita tantum non desinit. Atque personas residerè obligatas enumerans subdit: Etiam si S. R. E. Cardinales sint, obligati ad personalem in sua Ecclesia vel Diocesi residentiam, ubi iuncto sibi officio desungi teneantur, neque abesse posse, nisi ex causis infra scriptis. Nec satis; ad Canonicos ipsos alioque Beneficiatos suam sollicitudinem extendens Sess. 24. c. 12. de Res. statuit: Quod obtinentibus in Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesiis dignitates, Canoniciatus, præbendas, aut portiones, non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse: salvis nihilominus eorum Ecclesiarum Constitutionibus, que longius servitium requirunt. Servantium, inquit S. Synodus, quo non corporalem tantum in residentia aut urbe præsentiam, sed laboriosam iuxta amulmum vocationis & officii manifeste requirit ab omnibus Præbendis.

9. Cum Residentia Pastorum apud portionem gregis assignatam directe tendat ad bonum particulare dicti gregis, contingere potest, ut Ecclesia propter bonum commune, vel aliud prævalens

particulare, opera alicujus Pastoris indigeat cum residentia in sui executione incompossibili; Pastori quoque ipsi ea accidere possint, que cum residentia personali coherere nequeunt, & hinc residentia Pastoralis in Ecclesia dispensari potest, atque in præsentem diem ex dictis causis dispensari solet.

Gravem necessitatem sive ex parte Pastoris, sive ex parte Ecclesiæ, aut, ut generalius loquamur, honestam & justam causam ab Ecclesia pro dispensatione in residentia constanter requiritam fuisse, testantur omnium Sæculorum Concilia, Patresque: unde Concilium Sardienfe Sæculo IV. can. 8. vetat: Ne Episcopi ad comitatum (Imperatoris) accedant, nisi forte hi, qui Religiosi Imperatoris literis vel invitati, vel evocati fuerint. Et Eliberitanum can. 14. Episcopum nec licet, nec decet, si nullo sit tam gravis necessitas, que deinceps, ut amplius à supra scripto tempore absens sit ab Ecclesia. S. item Aug. Ep. 138. Illud noverit dilectio vestra, nunquam me absentem fuisse licentiosa libertate, sed necessaria servitute. Eandem inevitabilem necessitatem requirebant Concilia Pontificesque Sæculorum VI. VII. & VIII. Gregorii M. insignem locum retulimus N. 6. h. t. Hic placet inserere caput 80. Concilii Trullani: Si quis Episcopus, inquit, vel Presbyter, vel Diaconus, vel eorum, qui in Clero numerantur, vel Laicus nullam habet graviorem necessitatem, vel negotium difficile, ut ab Ecclesia sua absit diutissime; sed in Civitate agens septimis diebus Dominicis in tribus septimanis una non conveniat; si sit quidem Clericus, deponatur; si vero Laicus, segregetur. Concordant sanctiones Sæculi IX. sub Carolo M. Capitulare famosum retulimus initio N. 7. h. t. Sequentibus Sæculis usque ad Concilium Tridentinum eadem disciplina conservata est, unde Concilium Lugdunenfe II. relatum in 6. de elect. c. 14. Super residentia vero fa-

cient-

cienda possit Ordinarius gratiam dispensative ad tempus facere, prout causa rationabilis id exposcet. Sanctiones Tridentini Sess. 6. c. 2. justas & rationabiles causas absentie requirunt. Et Sess. 3. can. 1. concedit equidem Synodus Episcopis absentiam à Residentia, eas tamen causas requirit, que eorum conscientiam non gravent, & Deo arcana cordium scrutanti probari possint. Vide N. 11. h. t.

10. Cause præcipue, ob quas in Ecclesia admittitur dispensatio à lege Residentie in Episcopis, fuerunt eorum legationes, evocatio ad aulam Principis in sanctius consilium, iter Romanum, Jerusalemitanum, evocatio ad Concilia, ad Regni Comitatus, & generales Cleri Congregationes.

Legationes pro bono Ecclesiæ apud Imperatores, alioque obisse Episcopos primis Ecclesiæ sæculis constat exemplis Gregorii Nazianzeni, Nyseni, Chrysostomi, Augustini, qui postior ep. 138. inquit, sæpe collegas suos Ecclesiis suis abstrahi, & maria tranare, eidemque se necessitati obnoxium & pariturum fuisse, si per valetudinem licuisset: Necessaria servitute, ait, que collegas etiam labores marinos, & transmarinos compulsi sustinere. Quas omnes absentias excusabat, imo consecrabat caritas: ne videamur januam claudere caritatis, inquit Concilium Sardienfe can. 3. que Ecclesiis suis ovelli & abesse Episcopos finit, cum iustione Principis, aut calamitatibus pauperum urgentur ad aulam accedere. Similia exempla canoniceque suppetunt pro Sæculis VI. VII. & VIII. & quidem Concilia Toletana VII. & XIII. jubent viciniore Episcopos singulos singulis mensibus Toleti mensem unum agere, non tantum ut adint Metropolitano, sed etiam pro reverentia Principis, ac Regie Sedis honore. Cogebantur præterea advolare, quoties à Rege vocabantur. His & similibus canonibus conformes sunt leges Justiniani, qui Novella 123.

c. 26. ait: Si vero Episcopi vel Clerici pro Civitate aut pro suis Ecclesiis propter suam legationem, aut ordinationem Episcopi ad Regiam Civitatem, vel ad alium quempiam locum proficiantur; jubemus illos nullam molestiam, aut importunitatem à qualibet persona sustinere. Et revera magna hæc Sæculis Reges tum Gallie tum Hispaniæ Episcopos honorabant confidentia, ad sanctiora consilia eos convocando, negotia Regni sæpe difficillima complanationis eorum committendo, sobolisque Regiæ educationem iisdem concredeado; uti exemplis luculentis probat Thomassinus. Quæ æconomia duravit sequentibus Sæculis sub Carolo M. ejusque stirpe Regia, sub qua Clerus primus in comitiis Regni partes obtinuit, ut constat ex Capitularibus Regum Francorum, Episcopique ut plurimum missos Dominicos, Legatosque in publicis necessitatibus agebant. Hancque disciplinam Sæculo XII. collaudat S. Bernardus ep. 42. item 222. & 223. Petrus item Blesensis ep. 48. ubi ait: Non est equidem novum, quod Regum consilium intersint Episcopi. Sicut enim honestate & sapientia ceteros antecedunt, sic expeditiores & efficaciores in Republicæ administratione censentur. Quin S. Thomas Sæculo XIII. Regulares ipsos religiose, & pie, atque accommodate ad publicas utilitates aulam frequentare posse demonstravit contra impugnantem Relig. c. 18. Qui alibi in ep. 2. ad Timoth. c. 2. explanans Apostoli verba: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus: ait: Cavendum quidem esse, ne nosmetipsos immergamus in fluctus secularium occupationum: at ubi eo nos impulit necessitas caritatis, adeo nos non obfrescere præcepto Apostoli, ut ejus potius obsequium exemplo, qui urgente Christi caritate omnibus omnia factus est. Implicat enim se, quando sine pietate, & necessitate assumit negotia; sed quando necessitas officii, pietatis, & auctoritatis exercetur,



cerur, tunc non implicat se, sed implicatur hujusmodi necessitate. Verba sunt Angelici Doctoris.

De itinere Hierosolymitano scribit S. Hieronymus de Scripturis Ecclesiasticis: *Longum est nunc ab ascensu Domini usque ad presentem diem per singulas etates currere, qui Episcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Ecclesiastica virorum venerint Hierosolymam, putantes minus se Religionis, minus habere scientia, nec summam manum accessisse virtutum, nisi in illis Christum adorassent locis, de quibus primum Evangelium de patibulo coruscaverat. Qui mos post Hieronymi tempora, & post recuperatam postliminio Hierosolymam perdaravit, ut obvio testantur Ecclesiastica monumenta. Quantum vero ad iter Romanum tempore Leonis I. Papae Episcopi Siciliae ad Concilium Romanum quotannis convolabant. Sub Gregorio M. idem Episcopi Romam quinto quoque anno veniebant ex officio, & ante Gregorium M. tertio quolibet anno; ut testatur Thomassinus de Beneficiis p. 2. lib. 3. c. 49. qui ibidem Episcoporum Angliae, Germaniae, Galliae peregrinationes Romanas frequentissimas describit usque ad Saeculum X. Quas peregrinationes ob gravissimos fines continuatas ait Saeculo XI. arbitrarías tamen eas fuisse; Gregorium VII. equidem Episcopos ad Romanum iter ingrediendum urisse, nunquam tamen precepisse; at post mortem Gregorii sub ejus Successoribus consuetudinem hanc inauguram accepisse, & quidem sub Paschali II. morem certum iam viguisse, ut Metropolitanis tertio quoque anno Romanam peterent, cum potestate nihilominus alios suo loco eo delegandi: sub Innocentio vero III. seu Saeculo XIII. jam certa intervalla statuta fuisse harum Romanarum peregrinationum; atque rem hanc tandem in generalem consuetudinem abivisse; quam Sixtus V. A. 1585. statuto confirmaverit, vi cujus Episcopi*

Itali tertio quoque anno, Galli, Hispani, Germani quarto, ceteri Europaei & Africani quinto, Asiatici, & si qui sunt remotiores decimo quoque anno Romam pergere debebant, eo ex fine: Ut basilicas Apostolorum visitent, Christi Vicario asurgant; utque Congregationis Concilii explanent, quo sint locores Ecclesiae suae & mores, quam instigata pro illis excubent vigilantia; an quot annis Synodum hoberint Dioecesanam; an tertio quoque anno adierint Concilium Provinciale & an quolibet saltem biennio Parochias suas omnes circumlustraverint; quomodo numero plane ingenti sint; an Seminarium exedificaverint; an Theologum, an Penitentiarium habeant probe dotatum; ut refert Fagn. in cap. Ego N. de Jure Jurando. De quo tamen decreto ait Spondanus Apamienensis Episcopus in Annalibus ad A. 1685. N. 32. Quod quidem decretum, utile sane & commodum ab omnibus juratur, & à paucis nihilominus observatur. Et certe quamvis Romanae Episcoporum peregrinationes ex multis saluberrimis finibus & fuerint electae, & demum preceptae; ex tamen subinde occurrerunt temporum, aliarumque rerum circumstantia, quae modificationem, ac intermissionem illarum conciliarunt. De quo adeatur, si placet, Thomassinus l. cit. rem hanc latissimo calamo prosequens. Nobis enim in hac materia hic loci incidentaliter non licet esse prolixiores.

Evocatio ad Concilia tum Generalia, tum Nationalia, Provincialia, & Dioecesana, frequentissima erat causa excois Episcopos, Abbates, aliosque sacros Ministros à lege residentiae, dum ulla frequenter celebrarentur, at modo, ob intermissionem eorundem, vix locum amplius habet. Vide notas nostras historicas in lib. 2. tit. 1. de Judiciis §. 4. N. 33. & Thomassinum hic. De evocatione vero erudem ad Aulam, atque Comitia Regia, jam dictum est.

11. Quamvis rigore loquendo tempus, quo Pastor à grege ex justa causa abesse possit, definitur nequeat, sed illud dimetiendum sit ex duratione justa ac bonum residentiae praevaleat causa; Ecclesia nihilominus varia circa tempus absentiae Beneficiorum variis temporibus in genere statuit ac definit.

Concilium Sardicense A. 347. canone 11. sancit: Ne Episcopus ab Ecclesia sua abesse possit ultra tres hebdomadas, nisi ex inexorabili necessitate. Revocans se ad canonem 14. Concilii Eliberitani A. 305. celebrati, in quo habetur: Memini superiori Concilio Fratres nostros constituisse, ut si quis Laicus in ea, in qua commoratur, Civitate, tres Dominicis diebus, id est, per tres septimanas non celebrasset Conventum, communionem privaretur. Si ergo haec circa Laicos constituta sunt, multo magis Episcopum nec licet, nec decet, si nulla sit tam gravis necessitas, quae detineat, ut amplius à superscripto tempore absens sit ab Ecclesia sua. Huic saluberrima constitutioni insidens Concilium Trullanum A. 681. canone 80. constituit: Si quis Episcopus, vel Diaconus, vel corum, qui in Clero numerantur, vel Laicus nullam graviores habet necessitatem, vel negotium difficile, ut à sua Ecclesia absit diutissimum; sed in Civitate agentibus diebus dominicis in tribus septimanis una non convolvat; si sit quidem Clericus, deponatur; si vero Laicus, segregetur. Non sufficit Patribus conscriptis Clerum adesse, seu residere materialiter in foro, vult illos residere formaliter in Choro seu in Ecclesia. Et ante hoc Concilium Saeculo VI. Justinianus Nov. 6. can. 2. definit: Ut nemo Deo amabilium Episcoporum foris à sua Ecclesia plus quam per totum annum abesse audeat, nisi hoc per Imperialem iustitiam fiat, quem annum propter misericordiam dicit se constituit. Quam functionem repetit Nov. 123. cap. 9. Annum illum Concilium Constantiopolitanum,

Tom. II.

quod Graeci primum & secundum vocant, ad 6. menses contraxit can. 16. ajens: Qui in alio loco supra semestrem tempus degit, statuit S. Synodus, ut Sacerdotio alienum omnino constituantur, & alius pro ipso promovetur. Quod tempus semestre in Ecclesia Latina quoque obtinuisse indicat Saeculo XIII. Innocent. III. dam ad Patriarcham Constant. scribens, ait: Si nec sic curaverint obedire, sed contra ultra sex menses suas deseruerint Ecclesiae, ut juxta Canonicae Sanctiones eis merito debeant spoliari. Gest. Innoc. III. p. 109. Haec autem Residentia in majoribus solemnitatibus & sacra quadragesima praecipue exigebatur. Unde Concilium Parisiense Anni 1212. jubet Episcopos assiduos esse in Ecclesiis suis, maxime diebus festis & in quadragesima, can. 7. utque hujus officii sui memoria Episcopis reficeretur, iussit sunt bis anno quolibet curare, ut sibi publice legeretur professio, qua se illegaverant, dum ordinarentur, can. 8. Concilium Londinense A. m. 1237. c. 22. majoribus Solemnitatibus, & quadragesimae adjecit dies dominicos, & adventum, quo indicant dicta Concilia, se formalem & laboriosam residentiam in Pastoribus & Beneficiis requirere. Inter decreta Concilii Constantiensis, quae exstant tomo 12. Conciliorum Generalium pag. 1454. can. 12. spoliantur Episcopi Abbatibus redditibus suis, si per sex menses continuos Ecclesiis suis absint, aut Monasteriis; abdicandi vero penitus sua dignitate pronuntiantur, si intra biennium gregem suum non restant. Si vero per biennium adfuerint, ipsi Ecclesiis & Monasteriis decernimus esse privandos. Propius ad severiorem primorum saeculorum disciplinam circa residentiam Beneficiorum novissime accessit Concilium Tridentinum, dum absentiam eorum ex justa ac legitima causa ad duos vel tres menses restringit Sess. 23. c. 1. de Res. inquis: Ne vero & que de residentia sancte & utiliter



jam antea sub sel. Rec. Paulo III. (mirum Sess. 6. de Ref.) sancita fuerunt, in sensu à Sacrosanctæ Synodi mente alieno trabantur, ac si vigore illius decreti quinque mensibus continuis abesse liceat; illis inherendo, declarat Sacrosanctæ Synodus, omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque quocumque nomine & Titulo Prefector, etiam si S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia vel Diocesi residentiam, ubi inuncto sibi officio deserviunt, neque abesse posse, nisi ex causa ac modis infra scriptis. Nam cum Christiana caritas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiæ vel Reipublice utilitas aliquis nonnunquam abesse possent, & exigant, decernit eadem Sacrosanctæ Synodus has legitime absentis causas à Beatissimo Romano Pontifice, aut à Metropolitanis, vel eo absente à Suffraganeo Episcopo

antiquiori residente, qui idem Metropolitanis absentiam probare debet, in scriptis esse approbandas. Et infra: Sacrosanctæ Synodus vult, illud absentia spatium nullo pacto debere duos aut ad summum tres menses excedere, & haberi rationem, ut id æqua ex causa fiat, & absque ullo gregis detrimento. Ex hæcenus dictis colligi possunt dispositiones circa penas non residentium, & circa licentiam suo loco ad legitimam absentiam impetrandam. Penas Beneficiorum non residentium insuper vide in Trid. Sess. 24. c. 12. ubi pariter statuitur, ut Canonici novem mensibus residere teneantur, ac Officiis suis fungi. A Congregatione vero Concilii declaratum esse affirmat Fagnanus, Parochos ne quidem una septimana abesse posse, nisi causis ab Episcopo approbatis.

Sed hæc jam pertinent ad Scholasticos Canonicos, qui consuli possint.

## TITULUS V.

### De Præbendis & Dignitatibus.

1. **D**E Beneficiis seu Præbendis in genere, ac de qualitate eorum specie, seu de Dignitatibus tractat præfens Titulus. Canonice retinentes nomenclaturam eam beneficii, qua significatur jus percipiendi certos proventus tanquam militibus Ecclesiæ concessum propter Officium spirituale, illud designant; Jus perpetuum percipiendorum fructuum quorumcumque ex bonis Ecclesiasticis seu Dedicatis, propter Officium spirituale Ecclesiæ constitutum. Theologi vero illud magis considerantes penes Titulum & Officium Ecclesiasticum, dicunt illud esse: Jus perpetuum ministrandi in Ecclesia auctoritate Episcopi constitutum, habens jus percipiendi fructus annexum. Quæ definitiones quoad rem coincidunt. Iterum dignitas

à Rebuffo dicitur quædam præminentia cum jurisdictione, que cognoscitur ex præminentia, jurisdictione, quando ad hoc est instituta, ut sit dignitas; & ex consuetudine, quando consuetudo facit, ut sit dignitas. In Jure Canonico aliquando confunditur cum Personatu, subinde ab eo distinguitur. Et revera juribus debite expensis nescio est fatari, ait Fagn. in cap. Ad hæc de Præbendis, prædicta non solum differre nomine, sed etiam re & substantia. Unde Personatus à Canonistis commaniter dicitur quædam prærogativa in Ecclesia sine Jurisdictione, dum habet statum in Choro honorificum præ aliis. De Præbendis seu Beneficiis Notas historicas dabitur §. 1. de Dignitatibus & Personatibus §. 2. hujus Tituli.

De

### §. I.

#### De Præbendis.

2. **B**eneficium seu Præbenda, ait Du Cange in suo Glossario verbo Beneficium, Scripserunt mediæ ætatis dicitur prædium fiscale, quod à Rege vel Principe, vel ab alio quolibet ad vitam Viro nobili utendum conceditur. Ita autem appellatum est, quod ex mero dantis beneficio ac liberalitate illud possideatur. Hæc ille. Qui & ibidem notat, quod & eodem pene sensu Latini hæc vocem usurparunt, & prædia, que Principes militibus alique largiebantur, Beneficia appellarunt. Et hinc Beneficia & Feuda promiscue usurpantur in Jure Feudali. Præbende vero, teste Castodoro Variarum lib. 3. Ep. 42. dicebantur ex, que sive in vestibus, sive in alimentis, sive in pecunia militibus præbebantur; ait enim: Ducibus, ac Præpositis sufficientem transmisimus pecunia quantitatem, ut eorum Præbende, que non potuerunt convelli, ibi debuissent sine alicujus dispendio comparari. Quemadmodum Beneficia & Præbende à militia seculari ad Clericalem translatae sunt jam dicenda.

3. Quemadmodum ipsa nature, gentiumque lege, illi, qui Reipublice in negotiis temporalibus deserviant, ab ea competenter sustentari debent; ita & hi, qui eidem in Sacris ministrant, ab ea convenienter sunt providendi.

Hanc legem humano generi innatam agnovissent, atque executioni mandarunt omnes gentes, etiam barbaræ; eamque non quasi novam, sed jam in cordibus hominum scriptam inculcavit Deus in veteri Testamento, Paulusque promulgavit in novo, dum 1. ad Corinth. 9. v. 7. & seqq. ait: Quis militat suis stipendiis unquam? quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?

Nunquid secundum hominum hæc dico? an & lex hæc non dicit? scriptum est enim in lege Moysi, non alligabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique hoc dicit? nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe, qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? — Nescitis quoniam qui in Sacrario operantur, que de Sacrario sunt, edunt; & qui altari deserviunt, cum altari participant? ita & Dominus ordinavit is, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere.

4. Hanc Christi institutionem nascens servavit Ecclesia.

Admiranda sunt, que hæc de re leguntur Actor. 3. à v. 32. Multitudinis autem crediturum, inquit facer textus, erat cor unum, & anima una; nec quisquam eorum, que possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, — neque enim quisquam egenus erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferbant pretia eorum, que vendebant. Et ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebantur autem singulis, prout cuique opus erat. Et quantum Apostoli, eorumque discipuli ut plurimum à jure vivendi ex Evangelio abliherent, ac opera manuum suarum se sustentarent; id tamen non fecerunt, quasi jure de Evangelio non possent vivere; contrarium enim inculcat Paulus Corinthiis 1. cit. sed ne pusillus similitam ideam ingererent, quasi propter temporalem quantum Evangelium prædicarent; unde idem Gentium Doctor ibi v. 12. subdit: Si alii potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos? sed non usi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi.

5. Communio honorum, que quantum ad Laicos ob Ecclesiæ dilatationem

H 2

non



non diu perstitit, in Clero multis Sæculis perduravit, unde Præbendæ originem duxerunt.

Fideles Laicos primis Ecclesiæ Sæculis primitiis, decimas, aliaque oblationes alendis facris Ministris contulisse ex mox adferendis auctoritatibus constabit; quin & domos, & agros, & hortos, & quidem ante Constantium M. tempora Ecclesiam possidisse testatur Eusebius lib. 2. de vita Constantini c. 39. Quorum proventuum Oeconomus & Administrator supremus erat Episcopus, qui eos reliquo Clero, aliisque indigentibus ad libellam iustitiæ distributivæ largiebatur.

6. Sportulæ igitur sive portiones, quæ ex communi massa oblationum & possessionum tum Episcopo ipsi, tum aliis respectivè Clericis pro rata cuiusque obveniebant, eorum primis IV. Sæculis erant Præbendæ.

Id attestatur Sæculo III. S. Cyprianus l. 4. ep. 4. Caterum Presbyteri honorem designasse non illis jam sciatis, ut & Sportulas iisdem cum Presbyteris honorentur, & divisiones mensuræ æquas quantitatibus partiantur. Quo loco sequentia notata digna indicantur. Primo, Presbyteros opimiores, & uberiore sportulas præ inferioribus Clericis retulisse; si tamen inferior Clericus specialiter indignisset fidem, Resignationem, & indultum suam, illis in sportulis subinde æquatam fuisse. Quod præmium S. Cyprianus constituit illustribus Lectoribus Celerino & Aurelio, his verbis: Sportulis iisdem cum Presbyteris honorentur. Secundo, distinctas fuisse distributiones Sportularum, quæ consistebant in esculentis, &c. à distributionibus mensuræ, quæ consistebant in pecunia; prioribus ob naturam esculentorum hebdomadatim factis, his vero mensiliter; unde idem Cyprianus Ep. 28. 66. Interim se à divisione mensuræ cohibeat, &c. & Eusebius lib. 5. cap. 28. commemorat Natalem Confessorem ab Hæreticis illectum fuisse, & Episcopali-

bus infulis exornatum, & desponsa pecunia mensura 150. numerorum argenti. Ex quo apparet, mensuras pecuniarias distributiones fuisse, easque non mediocri summa. Hinc Tertullianus narrat fæto tempore in Arcam Ecclesiæ solum jacitare solitos Fideles singulis mensibus. Tertio, horum proventuum supremum dispensatorem fuisse Episcopum, qui eos per se, vel per suos Presbyteros, & Diaconos distribuerebat. Unde Cautione Apostolorum 40. dicitur: Præcipimus, ut Episcopus res Ecclesiæ in potestate habeat. Nam si potestate hominum animæ fidei ejus committendi sunt, multo utique magis oportuerit & de pecuniis mandatum dare, ut illius arbitratu dispensentur, neque non cum timore Dei, summaque sollicitudine per Presbyteros & Diaconos erogentur in Pauperes. Percipiant autem & ipsi (si modo indiget) quantum ad necessarios suos, & hospitio exceptorum Fratrum usus opus habet, ne quoquo modo ipse posteriori loco habeatur, quam ceteri. Et in Constitutionibus Apostolicis lib. 8. c. 31. sancitur: Benedictiones, sive Eulogiæ, quæ in mysticis superant, de sententiâ Episcopi, aut Presbyterorum Diaconi distribuam Clero; Episcopo partes 4. Presbytero 3. Diacono 2. reliquis vero Hypodiaconis, aut Lectoribus, aut Cantoribus, aut Diaconissis partem unam. Et cap. 30. Omnes primitiæ offerantur Episcopo, & Presbyteris, & Diaconis, ad eos alendos; omnis vero decima offeratur ad alendos reliquos Clericos, & Virgines & viduas, & pauperes. Qui Canones, & Constitutiones esse nequaquam sint Apostolorum (lib. 1. tit. 2. N. 27. & 66.), eum tamen circa Sæculi IV. initium videantur sensim processu, utpote circa Sæculi V. medium jam certo exstantes (ibi N. 59.) atque ex canonibus primorum Sæculorum constati (ibi) eorum disciplinam ex ille referunt.

7. Quamquam ex oblationibus Ecclesiasticis Clerus imprimis participaret,

et nihilominus ex mente Ecclesiæ pauperibus, aliisque indigentibus una impertiebantur. Hisse tamen Sæculis Episcopi nulla lego additici fuerunt ad quartam illam portionem, quæ Sæculo V. in Ecclesia Latina certo jam sancita fuit, ut mox videbimus.

Quantum ad 1. p. Infirmos inter fratres sportulantes numeratos fuisse, sicut & Peregrinos constat ex ep. 24. lib. 4. S. Cypriani, ubi ait: Infirmorum & omnium pauperum curam peto diligenter habeatis; sed & peregrinis, si qui indigentes fuerint, sumptus suggeratis, de quantitate mea propriis, quam apud Rogatianum Compreheteram nostrum dimisi; quæ quantitas ne forte jam univèrsi erogaia sit, nisi eidem per Naricum Acolythum aliam portionem, ut largius & promptius circa laborantes fiat operatio. Et lib. 1. ep. 10. Quod si penuriam talis & necessitatem paupertatis obtendit, potest inter ceteros, qui alimentis Ecclesiæ sustinentur, hujus quoque necessitas adjuvari. Quo loco pauperes etiam inter fratres sportulantes numerantur. Sed nec exciudantur Viduæ, quia principem locum inter eos, qui ex Gazophylacio Ecclesiæ alebantur, paremque cum Clero habebant; inde inter 1500. pauperes, quos Ecclesiæ sibi sustentabat Cornelius Papa Sæculo III. Viduas præcipuo habitas fuisse loco narrat Eusebius lib. 5. c. 43. Inter Viduas vero cordi præcipue habebantur Diaconissæ, de quibus egimus lib. 1. Tit. 11. N. 32. id quod constat ex Tertulliano, qui lib. de Virginibus vendendis molestus tulit juniores Virgunculam aetatis 20. ab Episcopo quodam Viduarum, hoc est, Diaconissam albo inscriptam fuisse, quæ anno 60. atatis demum ex præcepto Apostoli ordinabatur. Ita vero statuit Tertullianus, si ea incidisset Episcopo sententiâ, ut Virginem illam Diaconissam sportulis honoraret, rationem illi quamdam aliam ejus rei invidandam fuisse, quæ minus à sensu & na-

tura communi abhorreret. Plane scio, inquit, alicubi Virginem in viduam ab annis nondum 20. collocatam. Cui si quid refrigerii debuerat Episcopus, aliter utique salvo respectu disciplina prestare potuisset. Sed nihil leuculentius ad probandum, quemadmodum ab Apostolicis, eorumque discipulis Ecclesiasticarum Præbendarum tum illatio, tum distributio ordinata fuerit, adduci potest testimonio Iuliani Martyris, qui cum circa sæculi II. medium vixerit, atque adeo Apostolicorum discipulorum discipulus ipse fuerit, non potuit ab illis inductam, usi- que roboratam disciplinam non optime callere; sic autem habet quantum ad prærens caput Apologia, quam pro Christianis scripsit, secunda: Caterum qui copiosiores sunt, & volunt pro arbitrio quisque suo, quod visum est contribuunt; & quod ita colligitur, apud Præpositum deponitur, atque inde ille opitulatur Viduis, pupillis, & his, qui propter morbum, aut aliam quamlibet causam egent, quique in vinculis sunt, & peregre advenientibus hospitibus, & ut simpliciter dicam, indigentibus, in omnium Curator est. Nomine Præpositi Episcopum intelligit Iulianus, & Clericos ipsos gregi pauperum implicat, qui inde una viverent, quod die Dominico celebratis mysteriis divites in corbanam voluntaria pietate mississent. Aurea Ecclesiæ tempora! in quibus Fideles Christiani, fortuna uberiori fruentes, in erogandis hunc in finem divitiis, Præses in iis debite distribuendis principes sibi officium consulerent.

Secunda propositio pars ex auctoritatibus adductis elucet; in nulla siquidem earum largè Episcoporum manus ad certam summam sibi, Clero, Ecclesiæ fabricæ, pauperibus erogandam ligantur; quamvis horum omnium rationem ex Ecclesiæ praxi, offerentiumque intentione habere tenerent, quemadmodum ex iisdem auctoritatibus constat. Quin certum est ex historia Ecclesiastica,

horum



horum sæculorum, & Episcopos bene multos, ut exemplum darent Clero inferiori, charæque posteritati, eosque una erudirent, quam in Pastoralis officio constituti solo ac nudo amore Jesu-Christi concredidit sibi gregem pascere debent, quemadmodum ille ex solo amore nostrum verbo & exemplo salutari nos omnes pavit, cætera vero honoris, sustentationisque adminicula ( iustissime quidem atque ex nature divinæ legis præcepto isdem debita ) insuper habere; exemplo Pauli, aliorumque Apostolorum animatos, oblati ac Ecclesiæ stipendii usum tantum usos non fuisse, sed suas insuper substantias in bonum Ecclesiæ expendisse, que res tam frequens videtur fuisse, ut præjudicium actus hi meræ voluntatis Ordini Episcopali vix non videntur at- tribuisse; dicitur enim in Constitutione Apostolica N. 6. h. t. allata: Percipiat autem & ipse ( Episcopus ) ratam suam ex sportulis, si modo indiget. Quem vero fructum ex sua hac œconomia retulerunt Sanctissimi illi Episcopi? Illum, quem etiam modo bene multi eorum imitatores: Coronam inmarcescibilem, & mensuram retributionis cogmentatam in cælis, æmulationem in Grege sibi concredito ad indicabilem satisfactionem Christi Salvatoris flagrantem, & apud posteros famam optimi odoris perennem.

8. Ad Sæculi V. suprema quadripartita redituum Ecclesiæ distributio in Episcopum, in Clerum, in Ecclesiæ fabricas, & pauperes observata jam fuit in Ecclesiæ Latina.

Dico observata, quia decreta Gelasii & Simplicii Romanorum Pontificum mox referenda rem hanc non statuunt, sed jam statutam supponunt; nec tamen ex aliquo alio antiquitatis monumento ejus Epocha annualis determinata erui potest. Itaque Simplicius A. 475. Florentio, Equitio, & Severo Episcopis hæc scribit ep. 3. Simul etiam de Redibus Ecclesiæ vel oblatione Fidelium, quid deceat nescienti,

nihil licere permittat; sed sola ei ex his quarta portio remittatur; hæc Ecclesiæ Fabricis, & erogationi Peregrinorum, & pauperum profutura, ab Onagro ( Bonagro ) Presbytero sub periculo sui Ordinis ministrentur; ultima inter se Clericis pro singularum meritis dividatur. Quem locum infra illustrabimus. Gelasius vero ep. 9. ad Episcopos Lucanæ, paucis post Simplicium annis scripta, cap. 20. hæc habet: Quatuor autem tam de redditu, quam de oblatione Fidelium, prout cujuslibet Ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones; quarum sit una Pontificis, altera Clericorum & pauperum tertia, quarta Fabricis applicanda. Notat quidem Collector Conciliorum in margine ad hæc verba, Dudum rationabiliter est decretum a Simplicio; at ex verbis Simplicii relatis certissime constare nequit, eam hæc quadripartitam portionem primam sanxisse; quin potius eorum tenore supponit rem hanc vel alterius Pontificis aut Concilii decreto, vel ipso usu & consuetudine jam introductam. Obiter enim imprimis hæc rem & incidentaliter tractat. Et Gaudentium Ausiniensem Episcopum ob sibi appropriatas triennio tres reliquas portiones ad retributionem condemnat. Quod non est legem condere, sed legem conditam executioni mandare. Verba Ep. sunt: Ut tres illas portiones, quas per triennium dicitur sibi tantummodo vindicasse, restituat.

9. Eodem Sæculo V. ea quadripartita distributio in Orientalibus Ecclesiis non observabatur; sed, sicut prioribus Sæculis, providentiæ & caritati Antistitis sollicitudo hæc committebatur.

Id constat ex aperto testimonio Cyrilli Alexandrini, qui hoc Sæculo floruit, in cuius operam Tomo V. parte 2. pag. 21. hæc leguntur: Male habet, magneque tristitia afficit sanctissimos Episcopos, qui sunt ubique terrarum, quod sumptuum, qui illis eveniunt, dispensationis ratio ab

ab eis exigatur, sive ex Ecclesiasticis redditibus, sive ex fructu aliunde percepto. Unusquisque enim nostrum dabit suorum malorum rationem omnium Judici. Vasa enim pretiosa, & possessiones immobiles oportet servari Ecclesiis; Episcopis autem, qui tunc temporis divinum Sacrosanctum administrant, incidentium sumptuum dispensationem secure credi. Vasa Ecclesiæ, ac bona immobilea Episcopos pro arbitrio distrahere non posse concedit Cyrillus; redditus ex bonis immobilibus, & aliunde provenientes non posse, negat. Cyrillo concituit Isidorus Pelusiotus, qui dum in Presbyteros, simul ac in Episcopum avaritiæ suæ fordibus & rapinis insamem, excandescit, nullam mentionem facit Canonice portionis vel pauperum, vel quorumvis aliorum. Quæ œconomia in Ecclesiæ Græcæ, quoad ibi duravit communio bonorum, non videtur immutata.

10. Rationes præcipuæ, quæ Ecclesiam Latinam permoverunt, ut distributionem hæc quadripartitam introduceret, eaque caritati Episcoporum cancellos quodammodo poneret, fuerunt avaritia tum Episcoporum, tum eorundem Ministrorum, ipsiusque Cleri participantis subinde insatiabilitas.

Prior illa indicatur aperte in ep. Simplicii N. 8. h. t. relata, in qua Pontifex Gaudentio Ausinienfium Episcopo tres illas portiones, quas per triennium dicebatur sibi tantummodo vindicasse, auferri jubet. Sed antiquiora hujus avaritiæ tum Episcoporum, tum Diaconorum, tum œconomorum occurrunt exempla, apud Thomassinum videnda, & ex conditione nature humanæ facile suspicanda, quæ Ecclesiam Latinam ante Simplicium ad præsentem œconomiam post Sæculum IV. ineundam excitant. Secunda vero, quemadmodum ante Gelasii tempora non insolita fuisse videtur, ita & in ejus decreto N. 8. h. t. relato occurrit. Sic enim subiungit Pontifex: De quibus, sicut Sa-

cerdotis intererit integrum Ministris Ecclesiæ memoratam dependere quantitatem; sic Clerus ( Clericus ) ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expectandum. Iustitia igitur & pax Clerum inter & Episcopos hæc osculata sunt, opulentibus hisce Ecclesiæ Latine Constitutionibus.

11. Distributio hæc proventuum Ecclesiæ in quatuor partes, & Clericorum consequenter in peni communitas perseveravit Sæculo VI VII & VIII.

Pro Romana Ecclesiæ ad Sæculi sexti finem & septimi initium testem omnia exceptione majorem habemus Gregorium M. qui lib. 1. ep. 64. munera Episcopi Messanensis repudiat, ne quid decedat de Clerici portione. Et lib. 3. ep. 11. tam antiquos, quam novos redditus in quatuor partes dividi imperat. Et lib. 12. ep. 31. optatissimum habet, ut Clerici in communio possiderent omnia cum Episcopum, idque in Angliā ab Augustino Anglorum Apostolo institui, servarique pervicit. Locum hunc Apostolici prorsus Pontificis, non possum mihi temperare, quin hæc transferam; sic autem sonat: *Mox Apostolicæ Sedis est, ordinatis Episcopis præceptum tradere, ut de omni stipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones. Una videlicet Episcopo & Familia ejus, propter hospitalitatem & susceptionem; alia Clero; tertia vero pauperibus; quarta Ecclesiis reparandis. Sed quia tua Fraternitas, Monasterii Regulis erudita, seorsum vivere non debet a Clericis suis, in Ecclesiā Anglorum hanc debet instituire conversationem, que initio nascentis Ecclesiæ fuit Patribus nostris, in quibus nullus corum ex his, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Legatur præterea idem S. Pater lib. 4. ep. 12. lib. 7. ep. 2. lib. 7. ep. 8. lib. 9. ep. 29. 8cc. Exemplum Gregorii I. Sæculo VIII. secutus est Gregorius II. qui cum Episcopos, Clericolque in Bavariam ablegaret, Evan-*



gelicæ ibi sementis satores futuros; hanc illis similiter inculcavit in 4. partes rerum omnium divisionem: quarum quæ Clericorum erat, partienda rursum fuit pro suorum officiorum facultate, ut habet hujus Pontificis Capitulare. Eandem disciplinam hæc sæculis viguisse in Hispaniarum, Gallique Ecclesiis varia eorum Nationum producit Concilia. Et quidem in Gallia Agathense Concilium Can. 2. portione sua multat immorigeros; & officia Ecclesiastica minus frequentantes Clericos. Aurelianense vero L. A. 511. Can. 5. inquit: *Justissimum desinimus, ut in separationibus Ecclesiarum, alimoniis Sacerdotum & pauperum, vel redemptionibus captivorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur.* Quam constitutionem Canone 14. dicit in antiquis Canonibus, Sæculi nimirum V. fundatam. In Hispania Concilium Tarraconenſe Can. 8. ita sancit: *Antique consuetudinis Ordo servetur, & annuis vicibus ab Episcopo Diocesano visitentur (Parochiales Ecclesiæ), & si qua forte Basilica reperta fuerit destituta, ordinatione ipsius reparetur. Quia tertia ex omnibus per antiquam traditionem, ut accipiatur ab Episcopis, novimus statutum.* Concordant alie Synodi. Habemus ergo laudatam disciplinam in Italia, Gallia, Hispania, & Catholica Germania continuatam ope Romanorum Pontificum, & Conciliorum, ex quorum sanctionibus illud quoque in aperto est, dispensationem honorum Ecclesiasticorum apud solos Episcopos resedisse.

11. Hac subsistentia disciplina tribus hæc sæculis, quibusdam Clericis in particulari terræ quædam ac prædia utenda concedebantur, quæ tamen post eorum mortem ad Episcopalem dispositionem revertebantur. Atque ita passus quasi unus à vita communi Clericorum ad modernas Præbendas & Beneficia separata factus est.

Concilium Agathense A. 506. Minus-

culas res, aut Ecclesiæ minus utiles, peregrinis vel Clericis, salvo jure Ecclesiæ, in usum præstari permittit. Et citatum Aurelianense Can. 23. Si Episcopus, inquit, humanitatis intuitu vineolas, vel terrulas Clericis & Monachis præfiserit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiamsi longa transire annorum spatia comprobentur, nullum Ecclesiæ præjudicium patiatur, nec seculari lege præscriptum, quæ Ecclesiæ aliquid impediatur, opponatur. Sed magis ad propositum facit ep. Symmachi Papæ, qui Sæculi V. sine post Gelasium sedit, referturque à Gratiano 19. q. 1. c. 61. sequenti tenore: *Possessiones, quas unusquisque Ecclesiæ proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis, atque distractionibus, vel sub quocumque argumento non patimur: nisi forte aut Clericis honorum meritorum, aut Monasterii Religionis intuitu, aut certe peregrinis, si necessitas largiti fuerit: sic tamen ut hæc ipsa non perpetuo, sed temporaliter perficiantur.* Ex quo apparet Sæculi V. sine vitam Clericorum communem jam relaxari cepisse. Quam relaxationem confirmavit Sæculo VI. pro Hispaniis Synodus Toletana II. Can. 4. & III. Can. 3. & c. quibus Clericis singularibus, seu Parochiis prædola & fundi ad diem obitus perfrendi conceduntur. Quin & Laicis in Ecclesiæ utilitatem concedebantur in usum fructum Ecclesiæ prædia, post mortem possessorum vel alias eidem resistentia; ut patet ex Peregrinis in autoritatibus pro Italia, & Ecclesiæ Gallicana allatis, & pro Hispania ex Concilio IV. Toletano A. 633. cujus Canon 5. ita habet: *Decernimus, ut quisquis Clericorum vel aliarum quarumlibet personarum stipendium de rebus Ecclesiæ cuiuscumque Episcopi percipit largitate, &c.* Item pro Ecclesiæ Græca ex Constitutione Leonis & Anthemii, quam postea suo Codici inseruit Justinianus lib. 1. de SS. Eccl. L. 14. ubi legitur: *Non minus, quam al-*

alterius tanta quantitatis, quanta acceperit redditus, cum ipsorum prædiorum dominio, & rebus immobilibus, eorum colonis & Mancipiis Ecclesiæ derelinquat Oeconomus vel Arrendator laicus. De qua re Ecclesiæ Gallicanæ nihilominus non magno opere gratulandum fuit, esto generaliter concessa fuerit ob patrimonii pauperum incrementum; cum ea illecebri insectari Laici fundos ipsimet Ecclesiæ postea pene omnes occupaverint, & nomine beneficii diutissime retinuerint. De qua re vide, quæ diximus lib. 1. tit. 18. à N. 4. Interim ex relatis verbis tum Concilii Aurelianensis, tum Symmachi ad oculum patet, admodum raras fuisse has concessiones, neque lege ordinariæ, sed tantum ex singulari aliqua necessitate, & ob singularia alicujus persone merita factas.

13. Collatio illa terrarum ac prædiorum Matræ Ecclesiæ per priora V. Sæculi in usum communem Cleri fructificantium, ad Sæculi V. hæm singularibus Clericis per rata quasi determinata sui stipendii facta, atque per Sæculum VI. VII. & VIII. lentis passibus procedens, Sæculo denique IX. & sequenti sub Carolo M. ejusque Regia prosapia notabilem inaugein cepit, prædiis Ecclesiasticis, eorumque redditibus Clericis, Canonici, Xenodochiis, atque Ecclesiarum fabricis independentem ab Episcopali cura, & distributione assignari solitis. Unde quaterina illa reddituum Ecclesiasticorum partitio, primis quatuor Sæculis ad arbitrium Episcoporum fieri solita, & Sæculo V. Legibus sancita, in re equidem perseveravit, et aliam faciem sortita est.

Prolixiore hanc propositionem Doctorissimus Thomassinus de beneficiis p. 3. lib. 2. per 4. capita fute probat, à capite nimirum 19. ad 22. Autoritates ab eo adductas hæc transferibemus. Prius tamen ex eodem præclarissimo Authore advertimus, Sæculo IX. Clerum ab Episcopis in unum corpus congregari cepisse, vi-

taque communi in victu, vestitu, & dormitorio usum fuisse. Quæ Congregationes dicte sunt Capitula Cathedralia ab Ecclesiâ Cathedrali, in qua divinis servitiis vacabant, in Plalmodia præcipue. Præter hæc vero Capitula, quæ communi cum Episcopo vel Proposito mensa utebantur, hoc & sequenti Sæculo frequentes fit mentio Canoniorum, quos Concilia tum à Canonici ex Clero Cathedrali coadunatis, tum à Monachis aperte distinguunt, quique sub Abbate vivebant, monasticum erant rigorem non experiebantur, nec erant Canonici Regulares similes moderis, sed, ut conjicit Thomassinus, olim Monachi sub Regulis S. Columbanii, Casarii, Aureliani, Benedicti, aliorumque, qui relaxata disciplina Monachæ hibus, experunt Clericorum potius agere vitam, quam Monachorum. Id quod urgentissimis autoritatibus probat idem p. 1. Lib. 3. c. 9. ubi etiam discrimen notat inter capitula Clericorum Sæcularium hoc Sæculo enata, & inter Clerum primitivum Cathedralium; quod Canonici olim dicebantur quicumque Presbyteri vel Clerici in Ecclesiâ tum Cathedrali, tum Collegiali, tum in Parochia quampiam aggregati essent ex eo, quod Canonici, seu Matriculæ essent inserti, ut stipendiorum essent participes; tempore vero jam Pipini, seu Sæculo VIII. adulto, & Caroli M. non amplius ab illo Ecclesiæ Canone seu Matræ, cui inserti erant, sed à Canone seu Regula vixit, quæ ipsis servanda indiciebatur. Qualem ipsis dedit Grodanganus Metensis Episcopus, eorum primus Congregator. His ergo Capitulis tum is, qui sub Episcoporum, tum is, qui sub Abbatum regimine in communi vivebant, quam etiam ipsis Monasteriis Episcopi de fundis Ecclesiarum præbendas redditusque stabiles ac pingues assignare consueverunt. Id quod aperte testatur ejus ævi Historici; & Florardus quidem lib. 2. Chronici Rhemenſis c. 11. de



Beato Rigoberto Rhemenſi Archiepiſcopo hæc ſcribit: *Sed & Canonicam Clericis Religionem reſtituit, ac ſufficientia viſualia conſtituit, & prædia quadam illi contulit, nec non ararium commune eorum uſibus inſtituit. Ad quod hæc villas delegavit Muſeum, Poſeum, &c. Eccleſiam quoque S. Hilari cum Suburbio ad eam pertinente. Idem teſtatur Petrus Diaconus de Creodogango apud Du Cheſne tom. 2. pag. 204. Ex cujus regule c. 42. & 43. conſtat, Congregationi Canonicorum fuiſſe fundorum & proventuum ſatis ad ſui ſuſtentationem, quos ipſi adminiſtrarent: percipere ipſomet oblationes & elemoſynas, quæ offerrentur ad Miſſas, & ad cætera Officia Eccleſiaſtica. Jabant vero, ut decimas redditum & oblationum decerpant, conferantque Xenodochio Peregrinorum, & pauperum, quorum curam agent, & quorum adminiſtrationi præſentent unum ex Canonicis. Plura alia exempla corradit Thomaffius l. cit. de quibus munificentia Episcoporum in Canonicos utriuſque generis emicat, ſicut & in Monachos. Quamvis autem Canonici Clerici, ſeu ſæculares in communi viverent, quidam tamen eorum munera Parochialia in Eccleſiis Capitulis dictis adunatis obabant, earumque redditus ſeparatim gaudebant, per quod poſterius à Monachis præcipue ſecerebantur. Unde in Aquigranenſi Concilio A. 816. Can. 115. dicitur: *Quia nihil ſibi proprium Monachi reliquerunt, manifeſtum eſt illos copioſioribus Eccleſiæ ſumptibus, quam Canonicos, qui ſuis & Eccleſiæ licite utuntur rebus, indigere.* Quamvis & Canonicis ſub Abbate conſtitutis, ſicut & Monachis ſux tunc fuerint incorporatæ Parochiæ cum proventibus ſuis. Unde in Capitulari Caroli Calvi pag. 422. dicitur: *De omnibus vero Eccleſiis, unuſquiſque Episcopos vel Abbas, de ſua ſolummodo poteſtate accipiant de Presbyteris, à quocumque plurimum ſolidos quinque, à quo minimum 4. de-**

nariis, in ſubſidium nempe Regis contribuendos. Et B. Meinvercius Paderbonenſis Episcopos ſuis inædificatam fundis Parochiam proprietario jure poſſidentem delegavit Monalterio à ſe conſtructo, ſervatis ſibi Juribus Episcopalibus, ut teſtatur Surius ad diem 5. Junii. Quas Eccleſias dum initio Monalteria, & Capitula vel in communi, vel per ſua membra adminiſtrarent, Canonicique ſæculares fructus earum in beneficium & præbendam conſtitutos haberent, dumque illas per ſe adminiſtrare non valentes, Presbyteros conductitios in hunc finem ſibi conſecrerent, & ſervatis ſibi juribus principalibus; inde enata eſt diſtinctio inter Paſtores ſeu Parochos primitivos, & Vicarios. De quibus egimus lib. 1. tit. 18. Quantum vero ad ſarta teſta Eccleſiarum conſervanda, Laici, quibus beneficiario jure collati fuerant fundi Eccleſiæ, majoribus & minoribus obnoxii erant reparationibus. Id quod conſtat ex Concilio Arelatenſi VI. A. 813. cujus Canon 25. ita ſonat: *Ut ſi quis beneficium de rebus Eccleſiæ habet, ad teſta ejuſdem Eccleſiæ reſtauranda, vel ad ipſas Eccleſias ædificandas omnino adjuvet.* Conſtat Concilium Moguntinum Can. 47. & ipſe Carolus M. Laicorum hæc in reſterverſationem Regia Authoritate ſcrigit, ut narrat Echinardus apud Du Cheſne tomo 2. pag. 100. & 119. Sed & Xenodochiis pro conſervanda hoſpitalitate, & alendis pauperibus fundos aliquos certos additos, & ſegregatos fuiſſe, jam innuimus. Et plura hujus rei occurrunt exempla: tum hæc adſcribemus, quod memorat Flodoardus lib. 3. c. 10. ubi narrat Hinemarus Archiepiſcopum Rhemenſem Xenodochium à fundamentis exactiſſe, lautamque ejus dotationem, in fundorum inſtructione aliſque conſiſtentem, ab Episcopis Provincia & ipſo Rege confirmari ſocille. Ex allatis porro momentis propoſitio noſtra in apicrum deducitur; ex iis ſiquidem conſtat, Clericos, pau-

pauperes, & Eccleſias determinatos fundos pro ſui ſuſtentatione independenter à curâ & diſtributione Episcoporum habuiſſe, videlicet illa ſingulari, quæ primis V. ſæculis viguit. Subdit vero Thomaffinus cit. c. 22. N. 8. *Sed ita diſtribuitis Eccleſiæ præditi & fundis omnibus, & ſua pauperibus ſepoſita portione in Xenodochiorum conſtitutionem & dotationem: ne ſe ſamen Episcopos, Abbates, & Beneficiarii prorsus omnes abſolutos putent à pauperum cura gerenda, quaſi jam ſuperfluenteſ opes ſas ſibi ſit in luxum, & vanas ſæculi delicias abligirare. Non eo facta eſt illa fundorum Eccleſiæ diſtributio, ut ne jam ditiores Beneficiarii cogentur ſuperfluos proventus ſuos in pauperes dilargiri, ſed ne pauperes ea ſaltem portione orbentur, quam eis Canones expreſſus dicaverunt.*

14. Immutatio præſertim diſcipline circa Præbendas & Beneficia Eccleſiaſtica, quæ ſæculi V. ſine levis indulgentiis primam præformata, ſequentibus uſque ad ſæculum X. majus ſemper incrementum ſumpſit, alia quoque primævis moribus oppido adverſantia ſecum invenit; inter quæ notata dignum eſt, quod hoc tempore Presbyteri Curati, ſeu Parochi hodiernam faciem adepti ſint: ſtabilitatem nimirum in beneficiis determinatis, & ſus percipiendi proventus ſui beneficii independenter à diſpoſitione Duce ſani.

Imprimis enim cum jam paſſim Præbende fixæ dari ſolerent Parochiis ad vitam ab iis perſeſtende, ſed poſt obitum Episcopos juri reſtituende, ita ut Presbyter deſuncti Succellor eas de manu ejuſdem precario, & quaſi ex liberalitate recipere deberet; id demum incommodum viſum eſt, exeperuntque ſingule Eccleſiæ ſus percipiendi proventus intra limites ſuarum Eccleſiarum ſuis Presbyteris independenter ab Episcopis vindicare; invaluitque tandem Juris axioma, quod Parochi habeant fundatam inten-

tionem in Jure ad percipiendas decimas, oblationes, aliſoque proventus intra fines ſuarum reſpective Parochiarum provenientes. Quod quidem non uno tempore, nec ubique, aut aliquo conciliari decreto introductum, ſed paulatim de una ad aliam Eccleſiam tranſiſſe notat Eſpenius; & ex dictis colligi poteſt. Videatur Titulus 33. de decimis l. lib. qui majori ex parte conſtat ex decretis Alexandri III. & Innocenti III. Romanorum ſæculi XII. & XIII. Pontificum, atque delineatam hoc N. Eccleſiæ diſciplinam, eam fixam jam in univerſo Occidente præſtatam, præſertim c. 13. 16. &c. Secundo, hæc Præbendarum inferiorum Cleri à collectione & diſpenſatione Episcopos ſeparationem imitata ſunt Capitula tum Cathedralia, tum Collegiata, & quidem iſdem paſſibus, citius nimirum Chriſtiſque vitam commanem, ad quam exeatulo ſæculo VIII. collecta fuerant, deſerentia. De qua vitæ immutatione non adeo propoſito calamo ſcribunt ſæculi X. & XI. tam zeloſi Antiquitates, tum alii Scriptores. Et quidem Trithemius ad An. 974. ſequentia narrat: *Sub Theodorico Archiepiſcopo Trevirenſi Canonici majoris Eccleſiæ ibidem abjecta vita regulari, quam hæc uſque in eadem Eccleſiæ Majores eorum continuaverant, deſerunt eſſe Regulares, & facti ſunt nomine & converſatione ſæculares. Quorum exemplo malo Canonici quoque S. Pauli Trevirenſes, Sancti Calorii in Conſtantia, Moguntinenſes, Wormatiænſes, Spirenſes, & complurium aliarum Eccleſiarum, diverſis quidem temporibus, ſed uno impietatis ſpiritu, regularis vitæ communitatem abjecerunt. ſæculo vero XI. Gregorius VII. per literas movit Capitulum Lugdunenſis Eccleſiæ, reſiſſante in manus ſuas Decanum Lugdunenſem obedientias & alia Beneficia, quæ citra conſentum Capituli invaſerat: Præterea, inquietus, & ſalubri conſilio ductus obedientias Eccleſiæ, cæteraque beneficia,*



quæ sine communi consensu Fratrum acquisierat, in manus nostras sponte renuntiavit, & se ulterius non intromissurum promisit. Lib. 6. ep. 36. Ex quo notabili loco confirmantur huc usque dicta: Præbendas nimirum Capitulis ab Episcopis (quos fundis amplissimis Imperatorum, Regum, Principumque ditaverat Religiosissima largitas) assignatas primum quidem fuisse particularibus Communitatis membris vel ab ipsis Episcopis, vel ex communi consensu Capituli; ambitiosos vero avarosque homines, eorum illecebra illectos, eas sibi subinde auctore Prætoro vendicasse, quorum exempla dum obis seam non inferioris conditionis excitarent, Communitatem tandem in frustra disceptat fuisse: quod prius contigisse in Germania, quam in Galliis, ex Iritheo colligi potest. Gallos tamen paulo post Germanos imitatores fuisse testatur S. Ivo Carnotensis Ep. 60. in qua ad Sæc. XI. finem scribit: *Quod communis vita in omnibus Ecclesiis pene defecit tam civibus, quam diocesanis, non auctoritati, sed desuetudini, & desectui adscribendum est, reforescente caritate, qua omnia vult habere communia, & regnante cupiditate, qua non querit ea, quæ Dei sunt & proximi, sed tantum quæ sunt propria. Quamvis vero ex adductis auctoritatibus constet, separationem hanc Canonicoꝝ a communi vita inter collapsentis disciplinæ capita esse numerandam, nemo tamen rei per tot sæculorum curricula innotuit jam succensat, eo vel maxime, quod plures nunc existant Canonici, qui regulari vitæ exactitudinem ad amissum sacrorum Canonum omni ex parte adimplent. Id quod vel unicum Reverendissimum semperque fidele Capitulum Metropolitanum Pragensis (ut nulli alteri invidiam causent) satis superque demonstrat. Tertio, ex eadem beneficiorum divisione fontaliter orta est distinctio inter beneficia Regularia, & Secularia, quam Episcoporum in Monaste-*

*ria largitas superius notata introduxit, & continuata per Regulares administratio Præbendarum concessarum firmavit. Invaluit denique IV. beneficiorum plurimum usurpositio, sæculis illis, quibus Clerici ex communi peni Ecclesie vivebant, admodum rara, utpote illecebris separatorem proventuum desilitata. Hinc Concilium Parisiense A. 829. can. 49. ait: *Avaritia sane, quæ est Idolorum servitus, quæ non sine magno pudore prosequimur, quosdam in vasi Presbyteros; — hi namque ignibus avaritiæ estuuntur — datis quibusdam Aeniis, aut pollicitis, non solum à Clericis, verum etiam à Laicis, alius Basilicæ contra fas ad Christi famulatum peragendum suscipiunt. Qui abusus sequentibus Sæculis, & in Gallia sæculo XII. adeo invaluit, ut teste Alexandro III. cap. 15. h. t. præ multitudine delinquentium emendari non posset. Saluberrima tamen remedia eidem extirpando tum ab eodem Sapientissimo Pontifice, tum à suis Successoribus præscripta sunt. Quibus tamen non obstantibus identidem recruduit pestiferum malum, atque circa tempus Tridentini Concilii altas denno radices fixit, quibus securim saluberrimam iteratis vicibus apposuerunt zelosissimi Patres, ut ex parte vidimus Titulo præcedenti.**

## §. II.

## De Dignitatibus &amp; Personatibus.

15. **Q**uid sit dignitas, quid Personatus ostendimus N. 1. h. t. Ex hac vero definitione liquet ante erectionem Capitulorum modernorum, quæ sæculo IX. contigit, ut N. 13. vidimus, dignitatum nomen hoc modo sumptum incognitum omnino fuisse.

Cum enim primis Ecclesie Sæculis, nondum exortis beneficiorum Titulis, per solam Ordinationem Clerici Ministeriis Ecclesiasticis applicarentur, ipsaque Ecclesiastica munera ipsis Ordinibus an-

nexa

nexa essent, atque per ipsam Ordinationem Jus percipiendi proventus Ecclesiasticos ex causa communi consequerentur, uti vidimus hoc Titulo §. 1. omnis quoque prerogativa, & præminencia à dignitate Ordinum petebatur, isque major in ministerio Ecclesiastico reputabatur, qui major erat in Ordine. Et quamvis inter Diaconos Cleri Cathedralis eminere Archidiaconus, inter Presbyteros Archipresbyter, inter Clerum inferiorem Primicerius, vel Primi-Clerus; hæc tamen omnia, sicut & munia Sacristæ, Custodis, &c. mera erant Officia, non Dignitates aut Personatus modernis similes. De quibus omnibus vide, quæ diximus lib. 1. Tit. 11. 23. 25. &c.

16. Ad hæc, quamdiu Canonici Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum in communi quasi Regulares vixerunt, nomen dignitatis vix notum fuit.

Vita enim communi durante pleraque, quæ hodie pro dignitatibus reputantur, nec dignitates fuerunt, nec beneficia, sed simplicia officia, quæ à Superioribus pro arbitrio committebantur, & adimebantur, ut infra ex principalibus dignitatibus apparebit.

17. Dignitates igitur & Personatus Capitulorum ad eum, quo nunc vigent, modum, institui cœperunt eo tempore, quo Canonici à vita communi ad singularitatem delapsi sunt.

Sicut enim tunc beneficia singularibus personis in perpetuum persruenda dabantur, hisque beneficiis annexa fuit dignitas & præminencia; ita qui hæc beneficia obtinebant, perpetuum Titulum dignitatis assequabantur. In quo consistit essentialis distinctio dignitatis à nudo officio, quod ex natura sua movibile est: unde Vicarius Generalis non censetur habere propriam dignitatem, esto in multis præminenciam & Jurisdictionem habeat; eo quod omnis ejus Jurisdictio, & ex hac profluens præminencia sit dumtaxat vicaria, ad nutum revocabilis. Quemad-

modum autem dignitates circa Sæculum XI. quo separatim dicta contigit (N. 14. h. t.), ortum & progressum habuerunt; ita & Personatus, cum teste Espenio p. 2. Juris Eccl. Univ. Tit. 17. c. 2. ante hoc Sæculum nulla hujusmodi Personatus mentio occurrat. Qui & ibidem subdit: *Sub id tempus Clerici nonnulli Ecclesiarum Personæ dici cœperunt; illi nimirum, qui Ecclesias, etiam Parochiales obtinebant, sed curam animarum, totumque spirituale officium alicui Presbytero, quem Vicarium suum dicebant, committebant. Hi enim Ecclesias obtinentes, & Titulum sine Officio retinentes, proventus Ecclesiarum percipiebant, atque certam quoque prerogativam, quemadmodum etiam nonnunquam in Capitula & Monasteria sub qualitate Pastorum primitivorum retinuerunt, & Personæ Ecclesiarum dicti sunt, nihil præter proventus aliquos, & certa honoris insignia retinentes. Hi Personatus cum dignitatibus in Decretalibus subinde confunduntur, subinde contra eas distinguuntur; & revera rigorose loquendo ab his distingui debent, ut N. 1. h. t. ex Fagnano advertimus, quamvis de consuetudine alicubi sit dignitas, quod alicui est Personatus, ut l. cit. advertit Espenius.*

18. Dignitates Capitulorum, præcedendo à Cathedralibus & non Cathedralibus, sunt, Præpositus, Decanatus, Primiceriatus, Scholasteria, & Thesaurarius, cum Canonico Theologo; Capitulum vero Cathedralium Archidiaconatus, Archipresbyteratus, cum Pœnitentiario.

Numeramus inter dignitates allata Officia, non quasi omnia ubique dignitatis prerogativam sint assecuta, sed quia nullum existit, quod alicubi inter dignitates non numeretur. De omnium autem origine, &c. præterquam de Præpositure & Decanatus, jam egimus lib. 1. Tit. 22. 23. & seqq. Superest itaque hic specialius de his duobus tractandum.

19.



19. Præpositi nomen, & officium à Monasteriis ad Capitula secularia traditum est, sicut & illud Decani.

Quod Præpositos attinet, illi Saeculo VI. erant in Monasteriis Benedictinis, qui tum fere soli erant Monachi Occidentis, quasi secundi Abbates, id quod colligitur ex Regula S. Patris c. 65, ubi ait: Sapius contingit, ut per Ordinationem Præpositi scandala oriantur, dum æstimantes se secundos Abbates dissensiones faciunt, &c. Ad Præpositum, teste S. Isidoro lib. i. etymol. cap. i. Saeculo VII. pertinebat sollicitudo Monachorum, actio causarum, cura possessionum, satio agrorum, plantatio & cultura vinearum, diligentia legum, constructio ædificiorum, opus Carpentariorum, & Fabrorum. Eorum quoque meminit Gregorius M. lib. 2. ep. 3. & alibi. De Decanis vero diu ante S. Benedictum Hieronymus & Cassianus meminerunt, quibus Abbas commendabat regendos Monachos. 10. unde & Decanorum nomen meruerunt. Agit de illis etiam S. Augustinus de moribus Eccl. lib. 1. c. 31. inquit. Opus suum tradunt eis, quos Decanos vocant, eo quod sunt domus Præpositi. Et S. Benedictus in sua Regula: Per Decanos ordinetur omnis utilitas Monasterii; ut dum pluribus committitur, unus non superbiat.

20. Sub imperio Caroli M. Præpositi & Decani à Monasteriis ad Capitula secularia traditi sunt.

N. 13. h. t. obiter adnotavimus Grodogangum Metensem Episcopum Clerum secularium in communitatem congregasse, formaque Capitulorum presentium Saeculo IX. fundamenta jecisse. Constat autem ex ejus Regula his Congregationibus præscripta, ipsum eam ad normam Regule S. Benedicti effinxisse, ac contempserat; & consequenter Capitulis Cathedralibus & Collegiatis Præpositos similes Monasteriorum dedisse; uti aperte colligitur ex Capitularibus Caroli M. l. 1.

c. 88. ubi habetur: De his, quos Præpositi Canonicorum aut Monachorum ordinandos expetierint, eadem forma servanda est. Erant quoque in ejusdem Regule in dictis capitalibus Decani Capitulares, Archiepiscopis, de quibus egimus lib. 1. T. 24. similes, & quidem plures, in quos eminebat Jurisdictio & potestas Præpositi. De quibus intelligenda sunt, quæ scribit Ebbo de Rhemeni Capitulo: Cujus etiam (Præpositi) prudentissima circumspicio Decanis sibi suppositis in vigilare debet: ne unus quidem à maximo ad minimum absque ejus conscientia, & licentia unius diei spatio nequam ab officii sui loco desit.

21. Horum prerogativa, dum vita communis inter Canonicos vigeat, merita erant Officia ad nutum Episcopi amovibilia.

Quantum ad Præpositos id constat ex can. 138. Concilii Aquigranensis sub Ludovico Pio, ubi habetur: Oportet Ecclesie Prælatos, ut de congregatione sibi commissa tales eligant boni testimonii fratres, in quibus onera regimini securi possint pariter; quibus etiam talem conferant potestatem, ut vice illorum fungentes, & inobedientes Canonica censura corrigere, & obediennes hortando ad meliora valeant provocare. Et de Præpositis simul atque Decanis Monasteriorum idem Conventus Aquigranensis can. 54. & 76. A. 817. statuit: Ut Præpositus, Decanus, Cellarius de eorum Monasterio, nisi causa necessitatis, vel utilitatis non removeantur. Ad quorum normam eum instituti tum essent Præpositi, Decanique Capitulorum secularium, eos merum obisile officium in apico est. De quibus pro coronide hujus Tituli audiatur doctissimus Thomassinus p. 1. lib. 3. c. 66. N. 7. hæc scribens: In Regula Canonico-rum cap. 10. Grodogangus unum eundemque donat nomine, dignitate, & potestate Archidiaconi, Præpositi, & Primitivii. Qui Archidiaconus, vel Primitivius, &c.

&c. qui Archidiaconus, vel Præpositus, &c. Archidiaconus sane eadem commendata potestas fuerat in omnes unius Ecclesie Clericos, nondum tunc in communis vite societatem devinctos, quæ postea credita est Præpositi, post Congregationes Clericorum institutas. Itaque primum Archidiaconi & Præpositi officia conjuncta in unum fuere, quæ sejuncta deinde fuere, ut esset penes Præpositum Jurisdictio in omne Capitulum, penes Archidiaconum autem præsa in alios omnes totius Diocesis Clericos. Autoritas. Itaque præpositura Capitulorum velut decerta fuit

portio quedam Archidiaconatus: ita ut Præpositi deinceps Vicarii fuerint Episcoporum, & eorum Jurisdictionis administrari in Canonicos, sicut Archidiaconi (& post ipsos Vicarii Generales) in Clericos ceteros omnes Diocesanos. In quibus pulcherrime relucant antiqua officia Archiepiscopis & Archidiaconi Ecclesie Cathedralis. Addit denique Regula Grodogangi ibi: Si quo se graviori flagitio obtrinxerit Archidiaconus, vel Præpositus, ab Episcopo utrumque exautorari debere, aliumque substitui.

## TITULUS XXV.

### De Clericorum Peculio.

1. **S**Altum grandem facimus à Titulo V. hujus Libri ad Titulum XXV. excusabilem tamen, cum intermedium Tituli commentationem historicam vel profus non admittant, quales sunt illi de variis contractibus prænotati, vel quidquam singulare non habeant, quod in prioribus non sit jam delineatum; quin & passim commodum, ob materiae hujus Tituli cum prioris connexionem, ac dependantiam: in priori siquidem Titulo Ecclesie economiam circa ipsas præbendas Ecclesiasticas illustravimus; nunc videndam, quid per successionem Saeculorum senserit circa Jus ipsum Clericorum in proventus, ex dictis præbendis ipsæ obvenientes. Quam commentationem momentose Questioni, An Beneficiati sint Domini fructuum superfluum, ab Ecclesia necesse decise, lumen aliquod allatum in Domino confidimus; eo quod nullo partium, sed investiganda veritatis studio abregiti, eam aggressi fuimus, quid nobis nihilominus verosimilius videatur, subinde indicantes.

2. Inscribitur autem præsens Titulus de Peculio Clericorum, quamvis in Capi-

tulis subjectis nomen peculii non occurrat, sed id unum fere caveatur, ut si quæ post ordinationem ex rebus Ecclesie, vel occasione Ecclesie Clericis obveniant, vel Clerici acquisiverint, ad Ecclesiam, tamquam ad eam pertinentia, revertantur. Admodum autem verisimile est, inquit Van-Espea p. 2. Juris Eccl. Tit. 32. c. 1. rebus Ecclesie, quæ Clericis ad usum conceduntur, nomen peculii inditum fuisse, postquam facta beneficiorum erectio ipsa bona Ecclesie in quasdam portiones singulis Titulis annexas dividi, & à communi massa bonorum Ecclesie separari ceperunt; atqui tum demum hoc nomen in inditum fuisse exemplo peculii, quo Romani significabant omne id, quod Servus Domini permissu separatum à rationibus dominicis habet. L. 3. ff. de Peculio. De qua divisione late egimus Titulo 5. hujus Libri.

3. Hæc autem divisio bonorum Ecclesiasticorum lapis est quasi lydius utriusque contrarie sententia: circa propositam questionem: nam qui affirmant Beneficiarios esse veros Dominos fructuum superfluum beneficialium, ( de his nam-



19. Præpositi nomen, & officium à Monasteriis ad Capitula secularia traditum est, sicut & illud Decani.

Quod Præpositos attinet, illi Saeculo VI. erant in Monasteriis Benedictinis, qui tum fere soli erant Monachi Occidentis, quasi secundum Abbates, id quod colligitur ex Regula S. Patris c. 65, ubi ait: Sapius contingit, ut per Ordinationem Præpositi scandala oriantur, dum æstimantes se secundum Abbates dissensiones faciunt, &c. Ad Præpositum, teste S. Isidoro lib. i. etymol. cap. i. Saeculo VII. pertinebat sollicitudo Monachorum, actio causarum, cura possessionum, satio agrorum, plantatio & cultura vinearum, diligentia legum, constructio ædificiorum, opus Carpenteriarum, & Fabrorum. Eorum quoque meminit Gregorius M. lib. 2. ep. 3. & alibi. De Decanis vero diu ante S. Benedictum Hieronymus & Cassianus meminerunt, quibus Abbas commendabat regendos Monachos. 10. unde & Decanorum nomen meruerunt. Agit de illis etiam S. Augustinus de moribus Eccl. lib. 1. c. 31. inquit. Opus suum tradunt eis, quos Decanos vocant, eo quod sunt domus Præpositi. Et S. Benedictus in sua Regula: Per Decanos ordinatur omnis utilitas Monasterii; ut dum pluribus committitur, unus non superbiat.

20. Sub imperio Caroli M. Præpositi & Decani à Monasteriis ad Capitula secularia traditi sunt.

N. 13. h. t. obiter adnotavimus Grodangium Metensem Episcopum Clerum secularium in communitatem congregasse, formaque Capitulorum presentium Saeculo IX. fundamenta jecisse. Constat autem ex ejus Regula his Congregationibus præscripta, ipsum eam ad normam Regule S. Benedicti effinxisse, ac contempserat; & consequenter Capitulis Cathedralibus & Collegiatis Præpositos similes Monasteriorum dedisse; uti aperte colligitur ex Capitularibus Caroli M. l. 1.

c. 88. ubi habetur: De his, quos Præpositi Canonicorum aut Monachorum ordinandos expecterint, eadem forma servanda est. Erant quoque in ejusdem Regule in dictis capitalibus Decani Capitulares, Archiepiscopis, de quibus egimus lib. 1. T. 24. similes, & quidem plures, in quos eminebat Jurisdictio & potestas Præpositi. De quibus intelligenda sunt, quæ scribit Ebbo de Rhemeni Capitulo: Cujus etiam (Præpositi) prudentissima circumspicio Decanis sibi suppositis in vigilare debet: ne unus quidem à maximo ad minimum absque ejus conscientia, & licentia unius diei spatio nequam ab officii sui loco dest.

21. Horum prerogativa, dum vita communis inter Canonicos vigeat, metra erant Officia ad nutum Episcopi amovibilia.

Quantum ad Præpositos id constat ex can. 138. Concilii Aquigranensis sub Ludovico Pio, ubi habetur: Oportet Ecclesie Prælatos, ut de congregatione sibi commissa tales eligant boni testimonii fratres, in quibus onera regimini securè possint pariter; quibus etiam talem conferant potestatem, ut vice illorum fungentes, & inobedientes Canonica censura corrigere, & obediētes hortando ad meliora valeant provocare. Et de Præpositis simul atque Decanis Monasteriorum idem Conventus Aquigranensis can. 54. & 76. A. 817. statuit: Ut Præpositus, Decanus, Cellarius de eorum Monasterio, nisi causa necessitatis, vel utilitatis non removeantur. Ad quorum normam cum instituti tum essent Præpositi, Decanique Capitulorum secularium, eos merum obisile officium in apico est. De quibus pro coronide hujus Tituli audiatur doctissimus Thomassinus p. 1. lib. 3. c. 66. N. 7. hæc scribens: In Regula Canonico-rum cap. 10. Grodangium unum eundemque donat nomine, dignitate, & potestate Archidiaconi, Præpositi, & Primitivii. Qui Archidiaconus, vel Primitivius, &c.

Sec. qui Archidiaconus, vel Præpositus, &c. Archidiaconus sane eadem commendata potestas fuerat in omnes unius Ecclesie Clericos, nondum tunc in communis vite societatem devinctos, quæ postea credita est Præpositi, post Congregationes Clericorum institutas. Itaque primum Archidiaconi & Præpositi officia conjuncta in unum fuere, quæ sejuncta deinde fuere, ut esset penes Præpositum Jurisdictio in omne Capitulum, penes Archidiaconum autem præsa in alios omnes totius Diocesis Clericos. Autoritas. Itaque præpositura Capitulorum velut decerta fuit

portio quedam Archidiaconatus: ita ut Præpositi deinceps Vicarii fuerint Episcoporum, & eorum Jurisdictionis administrari in Canonicos, sicut Archidiaconi (& post ipsos Vicarii Generales) in Clericos ceteros omnes Diocesanos. In quibus pulcherrime relucant antiqua officia Archiepiscopis & Archidiaconi Ecclesie Cathedralis. Addit denique Regula Grodangii ibi: Si quo se graviori flagitio obtrinxerit Archidiaconus, vel Præpositus, ab Episcopo utrumque exautorari debere, aliumque substitui.

## TITULUS XXV.

### De Clericorum Peculio.

1. **S**Altum grandem facimus à Titulo V. hujus Libri ad Titulum XXV. excusabilem tamen, cum intermedium Tituli commentationem historicam vel profus non admittant, quales sunt illi de variis contractibus prænotati, vel quidquam singulare non habeant, quod in prioribus non sit jam delineatum; quin & passim commodum, ob materiae hujus Tituli cum prioris connexionem, ac dependantiam: in priori siquidem Titulo Ecclesie economiam circa ipsas præbendas Ecclesiasticas illustravimus; nunc videndam, quid per successionem Saeculorum senserit circa Jus ipsum Clericorum in proventus, ex dictis præbendis ipsæ obvenientes. Quam commentationem momentose Questioni, An Beneficiati sint Domini fructuum superfluum, ab Ecclesia necesse decise, lumen aliquod allaturam in Domino confidimus; eo quod nullo partium, sed investiganda veritatis studio abregiti, eam aggressi fuimus, quid nobis nihilominus verosimilius videatur, subinde indicantes.

2. Inscribitur autem prærens Titulus de Peculio Clericorum, quamvis in Capi-

tulis subjectis nomen peculii non occurrat, sed id unum fere caveatur, ut si quæ post ordinationem ex rebus Ecclesie, vel occasione Ecclesie Clericis obveniant, vel Clerici acquisiverint, ad Ecclesiam, tamquam ad eam pertinentia, revertantur. Admodum autem verisimile est, inquit Van-Espea p. 2. Juris Eccl. Tit. 32. c. 1. rebus Ecclesie, quæ Clericis ad usum conceduntur, nomen peculii inditum fuisse, postquam facta beneficiorum erectio ipsa bona Ecclesie in quasdam portiones singulis Titulis annexas dividi, & à communi massa bonorum Ecclesie separari ceperunt; atqui tum demum hoc nomen in inditum fuisse exemplo peculii, quo Romani significabant omne id, quod Servus Domini permissu separatum à rationibus dominicis habet. L. 3. ff. de Peculio. De qua divisione late egimus Titulo 5. hujus Libri.

3. Hæc autem divisio bonorum Ecclesiasticorum lapis est quasi lydius utriusque contrarie sententia: circa propositam questionem: nam qui affirmant Beneficiarios esse veros Dominos fructuum superfluum beneficialium, ( de his namque



que princeps est difficultas, non de Patrimonialibus, aut aliunde quam intuitu Ecclesie acquisitis, de quibus nulli; aut de quasi patrimonialibus, seu fructibus stola, &c. aliquo instabilibus, vel de Patrimonialibus, de quibus severiores quidam negative sentiunt; eundem concedunt Episcopos ante bonorum Ecclesiasticorum divisionem non fuisse dominos massæ Ecclesiasticorum proventuum, sed meros dispensatores, qui quod suæ sustentationi competenti supererat, ex intentione largientium in reliquos Ministros, alioque pios usus distribuere tenebantur, & quidem ex iustitia; eo quod non alia intentione à Fidelibus gazophylacio Ecclesie collata fuerint: ut facta horum bonorum divisione, & tam Episcopo, quam inferioribus Clericis, atque Ecclesiarum fabricæ, nec non pauperibus assignata determinata portione, negat hi, pernegantque superflua ex portione Episcoporum, vel inferiorum Beneficiorum in pios usus esse iustitia, adeoque sub onere restitutionis esse applicanda. Videturque ipsi satis favere D. Thomas tam 2. 2. q. 185. A. 7. in (-) hinc Quodl. 6. q. 7. A. 12. ad 3. ubi ait: *Ad 3. dicendum, quod bona Ecclesiastica non solum sunt dispensanda pauperibus, sed etiam Ecclesie Ministris: unde secundum Canones debent dividi hoc modo, ut aliqua pars cedat in usus pauperum, & aliqua in usus Ministrorum, & in cultum Ecclesie. Aliter ergo dicendum est de illis Ecclesiasticis bonis, quæ principaliter sunt attribuita necessitatibus pauperum, & ex consequenti necessitati Ministrorum, sicut sunt bona Hospitalium, & aliorum huiusmodi: & aliter de illis bonis, quæ sunt principaliter attributa usibus Ministrorum, sicut sunt præbende Clericorum, & alia huiusmodi. Nam in primis bonis peccatum committitur non solum ex abusu, sed etiam ex ipsa rerum conditione, dum aliquis in suos usus absumit, quod est alterius; & ideo tenetur ad restituti-*

*nam tanquam defraudator rei alienæ. In secundis vero bonis non committitur peccatum nisi per abusum, sicut & de bonis patrimonialibus dictum est: unde non tenetur aliquis ad restitutionem, sed solum ad penitentiam peragendam. At alii, qui negant Beneficiarios, etiam post assignatas singulis determinatas portiones, esse veros dominos eorum, quæ ex his portionibus superfluant, constanter affirmant, Ecclesie sensum, etiam post hæc immutationem disciplinæ, invariatur permanentisse, ut sicut Episcopus ante illam superflua ex communi massa ex iustitia tenebatur in usus pios convertere, ita & post illam quilibet Beneficiarius idem esse iustitia de superfluis suæ portiones teneatur facere; ita quidem, ut aliqui hoc non tantum extendant ad superflua in fructibus stricte beneficialibus, quales sunt stabiles proventus fundorum Præbendalium, sed etiam ad superflua redituum stola, stipendiorum Missæ, Concionum, Capellaniarum etiam aulicarum, & bonorum Patrimonialium; uno verbo, omnium, quæ Clericus quicumque intuitu Ecclesie obtinet. Hancque sententiam dicunt esse Doctorem omnium ætæ Christianæ usque ad recentiores Scholasticos, quos adiunt rationi nimium fidentes, officiumque spirituale Clericorum ad Mercenariorum temporalium decempedam mercedem, nec intentionem Ecclesie Fundatorumque cordi habentes, adeoque in ipso questionis limine offendentes contrariam opinionem procedisse, æternæ totius Cleri salutis adeo periculosam. Quid Patres alique Ecclesiastica monumenta de hæc re habeant? cum grano salis referemus.*

4. Ab Ecclesie incursibus usque ad divisionem bonorum Ecclesiasticorum Saeculo V. factam certum est, Episcopos ex mente Ecclesie, & Fidelium Beneficiorum non fuisse dominos massæ communis Ecclesiasticæ, sed tota quanta ex illidem intentionibus eroganda fuit in usus pios ex iustitia.

Hanc

Hanc propositionem adstruunt illæ auctoritates, quas hoc lib. tit. 5. à N. 6. usque ad 8. adduximus. In quibus equidem dispensatio bonorum Ecclesie arbitrio Episcopi permittitur, sed una severissime præcipitur, ne in alios, præterquam pios usus, sacra illa substantia convertatur, quo, & non alio sine à Fidelibus fuerat in eorundem massa. Id quod pro his sæculis adhuc confirmari potest ex S. Prospero, vel, ut alii volunt, ex S. Juliano Pomerio lib. 2. de vita contemplativa c. 39. ubi postquam narravit, quomodo S. Paulinus Episcopus Nolanus, & S. Hilarius Episcopus Arelatensis omnia sua contempserunt, & pauperibus erogassent, antequam ad Episcopatum venirent, inserit: *Unde datur intelligi, quod tanti ac tales Viri, qui volentes fieri Christi Discipuli renuntiaverunt omnibus, quæ habuerunt, non ut Possessores, sed ut Procuratores facultates Ecclesie possiderent. Et ideo sciens nihil aliud esse rei Ecclesie, nisi vota Fidelium, pretia peccatorum, & Patrimonia pauperum, non eas vindicarunt in usus suos ut proprias, sed ut commendatas pauperibus dividerent.*

6. Eadem intentio Ecclesie & Fundatorum, post divisionem bonorum Ecclesiasticorum factam, & portionem suam singulis assignatam, non fuit immutata. Id adeo verum est, ut ipsi Patroni affirmativa sententia fateantur, Beneficiarios non posse sine gravi peccato fructus superfluos abigere, adeoque habere dominium eorum restrictius, quam secularis suorum. Id quod inferius amplius patebit ex denegatione testandi de bonis intuitu Ecclesie perceptis, Clericis constanter facta. Et certum est, ne unquam Fidelium suam substantiam Ecclesie sine auctore, sive post divisionem bonorum factam ea mente contulisse, ut Clerici inde luxuriose lauteque vivere, atque confanguineos suos, &c. ditare valeant; nec unquam Ecclesia has oblatio-

Tom. II.

nes eo animo videtur suscepisse, quali essent merces, cujus lucranda & approprianda causa sui Ministri spiritualia ministrare deberent populo; sed nude tantquam necessariam sustentationem, sine qua Evangelii Ministri, qui temporalibus lucris faciendis renuntiassent, non possent subsistere; nec facile perclauderentur, Fideles vel ipsam Ecclesiam contrariam intentionem unquam habuisse. Unde & post factam sæculo V. horum bonorum divisionem usque ad ipsam compilationem decretalium res Ecclesie, vel intuitu Ecclesie acquisitæ, vocantur vota Fidelium, pretia peccatorum, & Patrimonia Christi ac pauperum. Et quidem Saeculo VI. Synodus Matisconensis Can. 4. ait: *Ut qui oblationes Fidelium defunctorum, quæ Ecclesie conferuntur, retinent, veluti Retentores Ecclesie, aut egentium necatores ab Ecclesie liminibus arceantur.* Et S. Gregorius ejusdem Saeculi sine vel VII. initio lib. 5. ep. 55. monet Protasium Aqueensem Episcopum, ut Virgilio Arelatensi dicat: *Ut Pensiones, quas prædecessor ejus per annos plurimos de Patrimonia Romanæ Ecclesie percepit, & apud se retinuit, ad se, quia pauperum res sunt, studeat destinare.* Non dubitavit ergo S. Gregorius Patrimonium Ecclesie Romanæ dicere res pauperum. Et in ep. 57. ad Arigium Gallie Patricium scribit: *Præterea filium nostrum Candidum Probyterum, quem ad gubernationem Patrimoniali Ecclesie nostra, quod illi est, transmisimus, vobis per omnia commendamus, confidentes à Deo nostro vos mercedis vicem recipere, si rebus pauperum solatia sua gloria vestra devota mente præstiterit.* Sive ergo res Ecclesie suæ repetat, sive tuitionem earum commendet Gregorius, eas non nisi ut res pauperum considerat. Eandem definitionem bonorum Ecclesiasticorum tanquam notam, & ex traditione Patrum receptam retinuit Ecclesia tempore Caroli M. ejusque Successoribus, uti in eorum Capitula-

K

lari-



laribus notatur, ac signanter lib. 1. c. 77. item lib. 5. c. 108. & in additione 3. c. 1. editionis Baluziana; ubi leguntur hæc verba relata à Gratiano 16. q. 1. c. 59. Quia juxta SS. Patrum Traditionem nominis res Ecclesie vota esse Fidelium, preterea peccatorum, & Patrimonia pauperum, cuique non solum habita conservare, verum etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus. Idem sentiunt Concilium Turonense A. 849. in Synodica ad Nomeniorum Ducem Britonum. Valentium item A. 855. Can. 21. ad antiquorum Patrum sententiam provocans. Similia & in Synodis & in Authoribus illius & sequentium Saeculorum plurima occurrunt. Quin & Saeculo XII. exclamatur S. Bernardus: Res pauperum non pauperibus dare par facillimum crimen esse dignoscitur. Sane Patrimonia pauperum facultates Ecclesiarum. Et circa idem tempus Petrus Blefensis ep. 15. ad Carotenensem Episcopum scripsit: Si te illius Discipulum profiteri, qui venit ministrare, non ministrari, sic ministrabis pauperibus, ut non vituperetur Ministerium tuum, ut Patrimonium Christi & Pauperum ejus, quod tibi commissum est, in egentium necessitates, non in usus extraneos expendatur. Concordat ex alio eodem Saeculo XII. Gratianus hanc questionem 12. q. 3. 4. & 5. ex professo tractans, atque Conciliorum decreta benemula congerens in id conspirantia, exortet Patrimonii Beneficiarios nil posse acquirere, nisi Ecclesie nomine, nihil largiri. Ubi admonet doctissimus Thomastinus p. 3. 2. lib. c. 16. N. 2. Eo Gratiani usu & moribus adhuc viguisse antiquos Canones, atque adeo senescente jam saeculo XII. persuasissimum adhuc fuisse, nil proximo dimitti posse tarum pecuniarum, quas ex redditibus sacris cusque parcomonia segregasset, vel fundatum bis pecuniis emptorum.

7. Capitula hoc Titulo in Decretales Gregorii Papæ IX. Saeculo XIII. relata,

eundem sensum Ecclesie, & Fidelium fundatorum circa bona beneficialia confirmant.

Sic enim habet cap. 1. Investigandum est, si nihil Patrimonii habens Presbyter, quando promotus est ad Ecclesiasticum Ordinem, postea emerit prædia, cuius Juris sunt? quoniam Ecclesie, ad quam nihil habens promotus est, esse debent juxta Canoniam auctoritatem. Et secundum Presbyter cum Diocesim tenet, de eis, que superemerit, ad ipsius Ecclesie nomen scrip. uram faciat, aut ab ejus ordinatione discedat. Tertium item: ut unusquisque Presbyter res, quas post dies consecrationis acquisierit, propriè Ecclesie relinquat. Quartum denique: Inquirendum est, si qui Presbyterorum de redditibus Ecclesie, vel oblationibus, vel votis Fidelium alieno nomine res comparavit: quia sicut nec suo, ita nec alieno nomine Presbyter fraudem facere de facultatibus Ecclesiasticis debet. Quoniam hoc Sacrilegium est, & par crimini Jude furis, qui sacras oblationes asportabat, & furabatur. Accedit cap. 9. de Testamen. ubi Alexander III. respondet Vigilenti Episcopo: Quod licet Clerici de his, que paterna successione vel cognationis intuitu, aut de artificio sunt adepti, seu dono sanguineorum, aut amicorum, non habito respectu ad Ecclesiam, pervenerunt ad ipsos, libere disponere valeant; de his tamen, que consideratione Ecclesie preceperunt, nullum de jure facere possunt Testamentum. Quibus auctoritatibus permoti rigorosiores Canonistæ sidenter concludunt, Clericos non tantum non esse dominos bonorum superiorum beneficialium, seu eorum, que consistunt in relictibus stabilibus, sed neque Patrimonialium, seu que frugalius vivendo sibi congregant, & quia nec bonorum quasi Patrimonialium, seu reddituum instabilium ratione stote, Celebrationis Missæ, Concionum, Capellaniarum bellicarum, vel aulicarum obvencium, eo quod hæc omnia

omnia accipiant consideratione Ecclesie; ejus intentionem tam ante, tum post bonorum Ecclesiasticorum divisionem fuisse, ut ea non aliter, præterquam in pios usus, expendere valeant, ex allatis huc usque auctoritatibus, aliisque similibus præterdunt. Quin ajunt, quod si Episcopus vel alius Clericus beneficiatus ea habeat bona Patrimonialia, ut ex iis sufficienter sustentari possit, nec hunc, nec illum Ecclesiasticos proventus in suos usus convertere posse. Id quod probare nituntur ex Canone 40. Apostolorum, quem supra T. V. N. 6. retulimus. Item ex Canone 25. Antiocheno apud Gratianum causa 12. q. 1. can. 22. 23. 24. in quibus permittuntur Episcopis stipendia Ecclesie cum ea restrictione, si modo indigeant. Præterea ex S. Augustino ep. 185. ad Bonificium apud Gratianum causa 23. q. 7. c. 3. ubi ait: *Quæ tamen (bona Ecclesiarum) si pauperum compauperes sumus, & nostra sunt & illorum: si autem privatim, que nobis sufficiunt, possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procuracionem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabilis vindicamus.* Unde id, quod Augustinus de Episcopis sui temporis, seu ante divisionem bonorum Ecclesiasticorum edixit, post eorum divisionem de omnibus Clericis pronuntiavit Dionysius Carthusianus, qui floruit Sæc. XV. in Tractatu contra pluralitatem Beneficiorum art. 14. inquit: *Bona Ecclesie sunt stipendia Ministrorum ejus indigentium hujusmodi bonis. Quid si eis non egentibus non sunt capaces talium bonorum ut proprium usum. Verumtamen serviendo Ecclesie faciunt hujusmodi bona esse sua, ut ea indigentibus pie dispensent, non ut sibi thesaurizent, possideant, & immoderate seu absque necessitate & indigentia absumant.* Et Tractatu de vita Canoniorum art. 24. proposita questione: *An Canonici & Ministri Ecclesie, qui de suo se Patrimonia possunt sus-*

*tare, licite convertant in usus suos bona Ecclesie? proutquam ad resolutionem questionis descendat, præmittit: Securitas & salubritas creditur ac paratur distis Sanctorum, per quos locutus est Spiritus Dei, quam Scholasticorum quorundam, qui suo magis, quam expedit, credunt & nituntur ingenio, auctoritate Sanctorum ad suam retorquentes opinionem. Quamvis ergo (concludit post hæc) de proposita questione quidam dicant Scholastici, posse id licite fieri, consultius tamen credendum & standum est verbis Hieronymi, & Bernardi, imo & Summi Pontificis, Beatique Prosperi. At enim Damasus Papa: Qui bonis Parentum sustentari possunt, si accipiunt, quod Pauperum est, sacrilegium incurunt. Dionysio Carthusiano concinit doctissimus Cardinalis Belarminus lib. 1. de Clericis cap. 27. ubi querens: An qui bona Patrimonialia habet, possit simul bona Ecclesiastica habere? & pro utraque sententia allatis nonnullis auctoritatibus credit, Auctores utriusque sententia posse forsitan conciliari, ut dicamus S. Prosperum (quem citat pro negativa) loqui de illis, qui plane habent sufficientem sustentationem ex Patrimonia aut Beneficio. Tunc enim alterum est superfluum, & proinde Pauperibus debitum. Alios vero Auctores loqui de illis, qui neque ex Patrimonia, neque ex Beneficio sufficientem omnino sustentationem habent. Hi enim utrumque retinere possunt, modo ex utroque nihil accipiant ultra sustentationem decentem, juxta conditionem proprii Status. Tandemque concludit: Quod enim vere superfluum est, dandum esse pauperibus, Theologi communiter docent. Ex quibus auctoritatibus Summorum Virorum hoc hic notandum est, nimirum, tam ante, quam post Tridentinum Concilium communem fuisse Theologorum sententiam, Beneficiarios non esse dominos fructuum superiorum beneficialium, seu illorum, que intuitu Ecclesie acquirunt, ut habet esp. 9. de*



Testam. controversiam vero solum fuisse de eo, an *Patrimonio abundantes* ex stipendiis Ecclesie possint vivere? ex quo magnum praedictum accedere videtur contrarie modernorum Scholasticorum sententia fere communi, nimirum nota novitatis.

8. Causa praecipua, cur recentiores Theologi à veteribus in re tanti momenti recesserint, videtur esse, quod aliam ideam sibi formaverint de Officio Clericali, quam antiqui.

Dum enim reflecterent ad illud Apostoli: *Quis militat suis stipendiis unquam? quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit?* aliove similes initio hujus Tituli relictos; concludebant Apostolum illis indicasse, non secus deberi Clericis stipendium, aut mercedem, quam militie seculari, aut cultoribus vineae, aliique operarii suorum operum stipendium, non propter eorum indigentiam, sed propter operis & labores praestitos; & consequenter, sicut milites, aliique operarii mercedis accepti sunt veri domini, ita & Clerici. At antiqui, considerantes illa Christi verba, *Gratis accepistis, gratis date*, & vocationem Petri ad pastorale Officium per notabilia illa verba ter repetita, *Petse amas me?* judicarent Clericos evangelicam ministeria debere obire *Gratis*, nec ob alium finem, & aliamve mercedem laborare, quam ut *Christum lucrifaciant*; & quamquam ipsis stipendia debeantur, non tamen tanquam *Merces laborum* suorum, sed per modum sustentationis necessitate in victu & vestitu, &c. & consequenter non esse superfluum dominos, sed nudos dispensatores in usus ab Ecclesia & beneficiariis intercos; atque in hunc tantum modum & non aliter intelligendum ajunt Apostolum LL. ec. unde Doctissimus Etlus in 1. ad Timoth. 4. v. 13. advertit: *Neque significat Apostolus hac parte, subsidium temporale habere rationem Mercedis, quam Praedicator Evangelicus pro*

labore et opere suo recipiat; id enim esse vendere Evangelium, quod Gratis debet annuntiaris; sed sensu Apostoli est, sicut Operarius dignus est Mercede, unde vivat, ita & Evangelii Ministrum dignum esse honorario subsidio, unde sustentetur. Tantum enim in hac comparatione spectatur sustentatio operanti debita. Unde & Christi Matth. 10. eandem sententiam adferens pro mercede Cibum nominavit; Dignus est, inquit, Operarius Cibo suo. Quo mercedis, & sustentationis discrimine posito, si Benefactores, & Fundatores Beneficiorum bona sua non alia intentione Ecclesie Ministris contulerint, nisi ut inde honeste vivant, & superflua in pios usus dispensent; sique Ecclesia ita & non aliter frui Clericos vult suis bonis, in apico esse videtur, illos fructus superfluos intutu Ecclesie acquiritos teneri in pios usus elargiri, non tantum ex caritate sub peccato mortali obligante, uti fatentur recentiores, sed etiam ex *justitia*; & consequenter si eos dilapident, non tantum habere peccatum in collo, uti loquuntur, sed etiam onus restitutionis in dorso. *Illum enim, qui contra voluntatem concedentis bona concessa dispensat, ad restitutionem teneri omnia jura clamant.* Quod autem Ecclesia bona à Fidelibus sibi collata non aliter ac praescripto modo fruenda concesserit, Fidelesque illa hac intentione Ecclesie contulerint, ex decretis Pontificum, Conciliorum, & omnium Patrum loquendi modo manifestam sit, nec negari poterit à quopiam cordato, qui auctoritates praesentit. Titulo allatas sine praedictio expendit. Qui modus loquendi, & decernendi cum idem permanens in Patribus, Conciliis, &c. post factam bonorum Ecclesiasticorum divisionem, Beneficiorumque creationem, etiam eadem mens Ecclesie & Fundatorum perseveraverit est necesse; cum hoc solo discrimine, quod sicut Episcopus ante illam divisionem superflua communis caussa ex justitia in pios

usus

usibus debebat erogare, ita post divisionem factam quilibet Beneficiarius superflua particularis caussa ex justitia in eandem usus dispensare obligetur. Unde à severioribus Canonistis arguuntur Patroni contrarie sententia, quod non satis pendentes naturam Ecclesiasticorum Officiorum, intentionemque Ecclesie, ac Fundatorum, sed mercenariis temporalibus Clerum comparantes, ex hoc non satis firmo principio in re maximi momenti ab antiquis recesserint, alioque suis argumentis apparentiam multam habentibus, quin efficaciam, si Cleri officia ita considerentur, in suam sententiam pertraxerint. Confirmari possunt dicta ex eo, quod incredibile sit, pienssimos Imperatores, Reges, Principes, alioque fundasse tot Beneficia, quae tam manifeste superfluos habent redditus, alio fine, & aliague intentione, praeterquam ut per sacras ac Deo consecratos Cleri utriusque manus in egentium necessitates, alioque pios usus expendantur. Hinc est, quod Saeculo IX. munificentissimi Imperatores Carolus & Ludovicus Ecclesiarum bona habita non solum conservare, verum etiam multa, Deo opulante, conferre optaverint, suisque Successoribus severissime interdixerint illorum sub quocumque praetextu invasionem. En verba eorum ex lib. 1. suorum Capitularium c. 83. apud Gratianum 16. q. 1. c. 59. *Quia juxta Sanctorum Patrum traditionem novimus res Ecclesie vota esse Fidelium, pretia peccatorum, & Patrimonia pauperum, cuique (Ecclesie) non solum habita conservare, verum etiam multa, Deo opulante, conferre optamus (notent adversarii causalem, ob quam Imperatores Ecclesiis multa conferre optaverint, & ex illa manentem generalem Fundatorum Beneficiorum intentionem). Ut autem ab Ecclesiasticis (Personis) de dividendis rebus Ecclesie suspicionem dudum conceptam amoveremus, statuimus, ut neque nostris, neque filiorum, & Deo dispen-*

sante, Successorum nostrorum temporibus, qui nostram, vel progenitorum nostrorum voluntatem, vel exemplum imitari voluerint, ullam penitus divisionem aut jacturam patiantur. Ut posterior Capituli pars illustretur, notanda sunt, quae Correctores Romani in hoc Capitulum annotarunt. Sic autem habent: *In Capitulis autem MSS., quae ab Episcopis Provinciarum Rhemenfis ac Rothomagensis Ludovico Regi missa fuerunt, haec habentur ad hunc locum pertinentia: Quia vero Carolus Princeps Papini Regis pater, qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Ecclesiarum ab eis separavit atque divisit, pro hoc solo maxime est aeternaliter perditus. Nam S. Eucherius Aurelianensis Episcopus, qui in Monasterio S. Trudonis requiescit, in oratione positus, ad alterum Saeculum raptus, & inter caetera, quae Domino sibi ostendente conspexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab Angelo ejus custode responsum est: Quia Sanctorum judicatione, qui in futuro judicio cum Domino judicabunt, quorumque res abstulit, & divisit, ante illud judicium anima & corpore sempiternis penis deputatus est, & recipit simul cum peccatis suis penas propter peccata omnium, qui res suas & facultates in honore & amore Domini ad Sanctorum loca in luminaribus Divini cultus, & alimonis Servorum Christi, ac pauperum, pro animarum suarum redemptione tradiderant. — Quod cognoscens filius ejus Pipinus, Synodum apud Liptinas congregari fecit, & quidquid de rebus, quas Pater suus abstulerat, potuit, Ecclesie reddere procuravit. — Unde & D. Carolus Imperator adhuc in Regio nomine constitutum Edictum fecit, nimirum, mox allatum. Hanc tamen damnationis Caroli Martelli narrationem ceu fabulam refellit Nat. Alex. Sec. VIII. hist. Eccl. c. 7. §. 4.*

9. Ex dictis hoc & precedentibus nu-

meris



meris momenta illorum, qui Clericos ajunt esse dominos fructuum superfluum, valide infirmantur.

Nihil enim eos juvat textus Apostoli in favorem suę sententię afferri soliti; intelligendi enim sunt de necessaria sustentatione, non de mercede, cujus fiant proprietarii (N. 8. h. t.), & similiter intelligendi sunt Canones aliquorum Conciliorum. Nec ipsos juvat bonorum Ecclesiasticorum divisio sub Simplicio (ut falso arbitrantur N. 8. tit. 6.) facta, & inde ductum argumentum: quod sicut ante divisionem communis eorum habebat dominium, ita post illam singuli Beneficiati singularum portionum facti sicut heri; et omnium enim Secularium Patrum, ac Conciliorum Canonibus probatum videtur, Episcopos ante divisionem ex intentione Ecclesię & Benefactorum fuisse ex *punita* obligatos residuum, post competentem Cleri sustentationem, in pauperes alioque pios usus expendendi. Sicut ergo Clericus ea tempestate non aliud jus habuit in Cassam communem Ecclesię, præterquam honeste sustentationis; ita non plus juris accepit, postquam ipsi stabili portio fuit assignata, bene vero omnis: quemadmodum prius Episcopus superflua communis, eadem superflua sicut particularis portionis in pauperes, alioque pios usus expendendi. Eo vel maxime, quod facta bonorum Ecclesiasticorum divisio, portio pauperum cum illa Cleri fuerit confusa, cum amplius non existeret, nec dici irrefragabiliter possit, illam existere in Hospitalibus, cum certe non omnia Hospitalia ex bonis Ecclesiasticis sint fundata, nec omnes pauperes in Hospitalibus alantur, nec Fundatorum, dum Beneficia a deo pringua erigerent, intentio fuerit, ut soli pauperes Hospitalium ex superfluis alantur, sed tot quidem, ad quos eadem superflua se extendunt, &c. Non videtur etiam subsistere eorum responsio ad Canones ante divisionem bonorum Eccle-

stasticorum conditos, illos nimirum Paucavi avatis, tritavique esse reliquendos, cum ante dictam divisionem conditi fuerint; replicatur enim primo, naturam bonorum Ecclesiasticorum post illam divisionem non esse immutatam (N. 6. 7. 8. h. t.). Replicatur secundo, Canones præfatos Seculo XI. à Gratiano in suum decretum esse relatos, quod decretum partem Corporis Juris moderni efficit; & si legalem ex integro non obtinet auctoritatem, ejus tamen Canones eo vigore certo pollent, quo eorum fontes, unde desumpti sunt (lib. 1. Tit. 2. c. 5. N. 15. t.); placeant autem aspiciere fontes laudatorum Canonum, & eos aliter revereri discent, quam ut ad Pascvii avatos relegentur. Nec minus tenet responsio dari solita ad Capita ex decretalibus N. 7. h. t. seu post factam divisionem allata; ea nimirum intelligenda esse, quod Cleri non sint Domini bonorum Ecclesię, hoc est, portionis pro fabrica Ecclesię, &c. segregate, non vero bonorum superfluum Beneficii Ecclesiastici. Replicatur enim primo, auctoritates in decreto Gratiani post eandem divisionem canonizatas contrarium aperte statuere. Secundo, id ipsum aperte etiam statuunt Capita hujus Tituli, si absque præjudicio expendatur. Nec valet dicere, his Capitulis nudum contineri præceptum superflua in pios usus erogandi cum domino componibile; contrarium enim ex intentione Ecclesię & Fundatorum jam evictum est. Unde Patres & Concilia, dum prætendunt Beneficiarios ex iustitia obligari superfluos redditus in pias causas profundere, nequaquam exaggeratim loquuntur, uti prætendunt; quis enim sentiet Patres voluisse conscientis Beneficiatorum laqueos pedicasque parare? sed ita loquuntur inspecta natura Ecclesiastici Ministerii, & inde manantibus Beneficii, Ecclesię quoque & Fundatorum intentione; quam num. illi, num recentiores Theologi melius assecuti sunt, iudicio Lectorum relinquatur.

10. Concilium Tridentinum nullatenus declaravit Beneficiarios esse dominos proprię talis portionis bonorum suo Titulo annexę; quin contrarium videtur sensisse.

Fidenter nimis Patroni contrarię opinionis ad hoc ultimum generale Concilium Seculo XVI. celebratum provocant, quod unica particula fructus suos utatur Sess. 24. c. 12. item Sess. 23. c. 1. de Ref. quibus decernit, Beneficiatos à Residentia sua absentes pro rata absentię fructus non facere suos, sicut & eos, qui intra bi-mestre accepti Beneficii Professionem Fidei non emittunt. Id enim optimo jure facere potuit, quin questionem hanc scholasticam desinendo (quod scilicet in similibus materiis eidem solemnē fuit) Beneficiatos horum fructuum dominos declaraverit. Cum enim juxta hodiernam disciplinam non minus plenam administrationem, nec minus liberum usum habeat quilibet Beneficiatus respectu portionis bonorum suo Titulo annexę, quam olim habebant Episcopi circa prædia & bona Ecclesię suę, non mirum, si & Beneficiatos proventuum Ecclesiasticorum Dominus credatur, & vulgari modo loquendi habere Dominium, seu fructus suos facere dicatur, tamen procuratoriam dumtaxat revera obtineat: eo quod tam liberam eorum dispensationem, etiam cum facultate suis usibus applicandi adificatur, ut soli Deo rationem dispensationis reddere obstrictus sit. Nec credo, quod sacra Congregatio contrarium usquam declaraverit, aut declaratura sit, si consideretur, & similiter intelligendus est Bonifacius VIII. c. 1. de Clericis non residentibus in 6. Recte autem usa est sacra Synodus termino *Fructus suos*; ut Beneficiatos distingueret à Monachis, qui ob defectum liberę dispositionis, etiam in causis pias rerum sibi obventientium, non habent in particulari liberam dispositionem. Quid autem zelosissimi Patres Tridentini circa æconomiam reddituum Ec-

clesiasticorum sentiant? non ex ambiguo termino occasionaliter prolato, sed ex decreto hac de re expresso edito, colligamus. Sic autem sonat Decretum Sessionis 25. de Ref. c. 1. *Quapropter exemplo Patrum nostrorum in Concilio Carthaginiensi non solum jubet (S. Synodus), ut Episcopi modesta supellectilię & mensa, ac frugali victu contenti sint, verum etiam in reliquo vita genere, ac tota ejus domo caveant, ne quid appareat, quod à S. hoc Instituto sit alienum; quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præferat. Omnino vero eis interdicit, ne ex rebus Ecclesię consanguineis, familiaribus suis augere studeant, cum & Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quę Dei sunt, consanguineis doment; sed si pauperes sint, ut in pauperibus distribuunt; eas autem non distrabant, nec dissipent illorum causa; imo quam maxime potest, eos S. Synodus monet, ut omnem humanum hunc erga Fratres, Ne-potes, propinquosque carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesię seminariū exstat, penitus deponant. Quę vero de Episcopis dicta sunt, eadem non solum in quibuscumque Beneficia Ecclesiastica tam secularia, quam regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione observari, sed & ad S. Romanę Ecclesię Cardinales pertinere decernit. Jam sic Sacra Synodus hoc Decreto renovat Canonem Apostolorum 41. non semel à nobis jam laudatum, alioque ipsi similes; atque tam hic, quam alii ante divisionem bonorum Ecclesiasticorum, Episcopus non declaratur dominus proventuum sacerorum, sed nudos administratores capitulaverunt, ut legenti ipsum hoc lib. tit. 5. N. 6. sicut & alios omnes hoc Titulo allatos manifeste patebit, nec negant contrarię sententię Patroni: ergo ad mentem Tridentini natura fructuum beneficium post divisionem factam non fuit immutata. Et hinc S. Synodus in hęc verba*



phrali Patrum omnium retro Secularium res Ecclesiasticas vocat res Dei, non Beneficiorum, nisi in quantum fragili eorum sustentationi deserviant; prohibetque ne eas in superfluo usus expendant. Concilium autem Tridentinum utique representavit Ecclesiam universalem: igitur res Dei contra intentionem Ecclesie, & Fundatorum, à quibus eas habent, dilapidantes, non tantum videtur peccare mortaliter, sed etiam ad restitutionem teneri, utpote substantiam suæ dispensationi creditam contra voluntatem Creditorum expendentes. Et hinc in Synodo Nonantulana A. 1688. habita à Cardinali de Angelis legitur: *Superfluos Ecclesie redditus in pijs usus expendant, memores illorum non esse Dominos, sed tantum commendataris, & administratores.* Et in Synodo Valiterna habita à Cardinali Gibo A. 1698. *Quicumque redditus Ecclesiasticos possident, noverint res Ecclesie nihil aliud esse, quam vota Fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, eorumque propterea Ministros se esse, non Dominos, ut quod illis superest, in pauperum necessitatibus erogent.* At ne quisquam existimet nos sentire, Concilium Tridentinum contrariam sententiam damnasse, qui toties jam inculcavimus, idem Concilium circa controversias Scholasticorum nihil definire voluisse; ea, quæ SS. Dominus noster Papa Benedictus XIV. in præclarissimo suo opere de Synodo Diocesana lib. 7. c. 7. N. 13. post relatas has duas Synodos, Nonantulanam nimirum, & Valiternam sapientissime subiungit, hic candidè exhibebimus, quæ ita sonant.

Licet autem nos ejusmodi Episcoporum effata haudquam reprehendamus, cum liberum illis fuerit sententiam amplecti, quam innumeri Theologi laudabiliter propugnant, & tutiorem esse, atque in praxi consulendam etiam alii, qui pro contraria stant Doctores, fateantur, inter quos Lessius de just. & jur. lib. 2. c. 4.

num. 42. & Davallius 2. 2. Div. Thom. p. 2. Tract. de Caritate & Eleemosyna qu. 8. art. 6. attamen consultius exilimamus, ut Episcopus in Synodo ablineat à questione decidenda, siquo calculo adiciendo alteri ex controversiis inter Catholicos opinionibus. In hoc autem proposito nos obfirmant Patres Concilii Tridentini. Scimus etenim enunciatum decretum Sess. 25. c. 1. de Reform. quo interdicitur Episcopis, ne ex redditibus Ecclesie contanguineos, familiareque suos augere studeant, ita prius fuisse effortatum, ut ejusmodi prohibitionis hæc ibidem adderetur ratio, videlicet, *quia Ecclesiasticorum proventuum Dispensatores tantum sunt, & tamen hæc postrema verba in generali Congregatione habita die 23. Novembris 1563. visa sunt Patribus expungenda, & res ipsa expuncta sunt; quoniam Cardinalis à Lotharingia Archiepiscopus Rhemonensis, Petrus Guercerus Archiepiscopus Granatenensis, alique Præsules illis intercessere, ne detrimentum afferret sententiæ, ut ipsi aiebant, valde communi, quæ Ecclesiasticorum etiam superfluo proventuum dominium Beneficentis attribuit.* Rem totidem verbis narrat Cardinalis Pallavicinus hist. Conell. Trident. lib. 24. c. 3. num. 4. neque inficiatur Paulus Sarpi ejusdem Concil. hist. lib. 8. quamvis ut indulgeat suo genio, aut impugandi, aut saltem obscurandi veritatem, decreto obstitisse asserat non Cardinalem à Lotharingia, neque Archiepiscopum Guercerum, sed Episcopum Salmonensem. Quod tamen saltem esse fatetur etiam modernus Auctor, qui Sarpi Historiam in Gallicum sermonem vertit, eodemque, quo Sarpus, infectus veneno, lividis notis aspercit, ut legere est toto. 2. p. 724. N. 22. Quocirca si Concilii Tridentini Patres noluerunt Questionem attingere inter Catholicos exagitatam, jure meritoque nos consulendum duximus Episcopis, ne illam in suis Synodis definiant, aut tamquam definitam assumant.

Ur-

Urgeant ipsi & inculcent suis Clericis ex Ecclesie stipendiis vicitantibus gravem obligationem, quam habent elargiendi pauperibus aliisve pijs usibus applicandi sibi redundantes Ecclesiasticos redditus, sed adhuc latentem hujus obligationis originem non investigant; ut enim aiebat Cardinalis Bellarminus in Epistola ad Theanensem Episcopum nepotem suum contr. 8. & ult. parum refert determinare, unde illud proveniat gravis obligationis vinculum, quo cateroquin omnes Beneficentis obstringi indubitanter scimus. Non disputo (inquit Bellarminus) questionem illam, an Prælati sint veri Domini reddituum Ecclesiasticorum, & an teneantur restituere, quæ male expenderunt. Parum enim refert, utrum Prælati damnetur ad inferos, quia peccavit contra iustitiam, an quia peccavit contra caritatem, non bene distribuendo facultates suas. Solum quæro, in quos usus debeat expendere suas Ecclesiasticas facultates, ut non amittat vitam æternam.

Jam quod Angelici Doctoris auctoritatem tum ex quodlibeto 6. q. 7. art. 12. ad 3. (quam retulimus supra N. 3.) tum ex 2. 2. q. 185. art. 7. allatam attinet; ad utramque non possumus non respondere ex eodem Sanctissimo Domino ac Patre Nostrò loco in continenti citato N. 10. Sic autem habet: Porro tam Authores primæ quam secundæ sententiæ sibi suffragari contendunt Angelicum Doctorem. Duplici in loco Sanctus Doctor hæc verbatim questionem, in Quodlibetis nimirum, & in Summa. In Quodlibetis, quæ circa annum 1257. ab eo scripta testatur Echard. de Scripitoribus Ord. S. Dominici tom. 1. pag. 272. & Touroa in vita S. Thomæ pag. 177. aperte adhæret posteriori sententiæ. Etenim Quodlibeto 6. q. 7. art. 12. ad 3. hæc habet: Aliter dicendum est de illis Ecclesiasticis bonis, quæ principaliter sunt attribuenda necessitatibus pauperum, & ex consequenti ne-

Tom. II.

cessitatibus Ministrorum, sicuti sunt bona Hospitalium, & aliorum hujusmodi; & aliter de illis bonis, quæ sunt principaliter attributa usibus Ministrorum, sicuti sunt præbendæ Clericorum, & alia hujusmodi; nam in primis bonis peccatum committitur non solum ex abusu, sed etiam ex ipsa rerum conditione, dum aliquis in suos usus assumit, quod est alterius: & ideo tenetur ad restitutionem tamquam defraudator rei alienæ. In secundis vero bonis non committitur peccatum, nisi per abusum, sicut & de bonis patrimonialibus dictum est; unde non tenetur quis ad restitutionem, sed solum ad penitentiam peragendam.

Post exaratam Quodlibeta suadente Clemente IV. qui die 5. Februarii 1265. fuerat Pontifex renuntiatus, operam dare cepit Angelicus suæ conferendæ Summæ Theologicæ, & eundem Secundæ circa annum 1269. absolvit, uti profertur Echard. cit. loc. & Touroa pag. 236. In hoc autem postremo opere, nempe 2. 2. q. 185. art. 7. sententiam retraxit, quam in Quodlibetis docuerat, contendunt plerique ex iis, qui primam opinionem propugnant. Verum, ut ingenue loquamur, in hoc ipso Theologico Summæ loco, quem isti Doctores sibi favere ajunt, videtur Angelicus doctrinam confirmare, quam in citato quodlibeto 6. tradiderat: præmissa siquidem distinctione honorum, & differens de Ecclesiasticis proventibus Episcopi sustentationi assignatis, inquit: De his autem, quæ sunt specialiter suo usui deputata, videtur illis eadem ratio, quæ est de bonis propriis. Nihilominus tamen, quia hic S. Thomas non ita perspicue, sicuti alias solet, mentem suam explicuit, ideo Genietus, ne sibi contrarium fateatur Angelicum, ejus doctrinæ ad addidit, de ejusdem hæc in re sententia ita cit. loc. concludit: Licet autem Angelicus Doctor singulari quadam perspicuitate mentem suam ut plurimum aperte solet,

I

nul-



nullumque relinquunt de veritate opinionis & mentis fore dubitandi locum; fatendum tamen, illum in hac questione resolvenda verbis ita in speciem ambiguis usum esse, ut etiam infirmitas illius Discipuli significaverit, docuerintque, quod juxta ejusdem Sancti Doctoris mentem Beneficium non possunt esse domini reddituum Beneficiorum suorum; attamen

nonnulli reperti sunt, qui contrario plane modo illius mentem interpretati sunt, & fundamentum suae sententiae hauserunt ex Quodlibeto sexto. Inter relictos S. Doctoris Discipulos videatur Cajetanus in Commentario ad q. 185. art. 2. 2. 2. ubi S. Doctoris mentem contra dominium Beneficiorum exponit.

## TITULUS XXVI.

### De Testamentis & ultimis Voluntatibus.

1. Quamvis incapacitas testandi absolute non arguat carentiam domini, ut patet in mente capitis, furdis, & mutis, in impuberibus, &c. qui testari jure prohibentur, sunt tamen rerum suarum proprietarii; fons tamen primarius hujus incapacitatis est dicta domini carentia. Nullus autem vel hospes in Jure Canonico est, qui neget Clericis facultatem testandi de bonis consideratione Ecclesiae acquisitis omnibus saeculis fuisse respective interdictam; sed his solum est circa motum hujus prohibitionis. Videtur autem Ecclesia facultatem testandi Clericis tam constanter inhibuisse, quia censuit eos non esse dominos fructuum beneficiorum ultra necessariam, ac honestam sustentationem remanentium, id quod ex subsistentibus Canonibus per saeculorum intervalla conditis dijudicandum erit.

2. Prioribus V. Ecclesiae Saeculis prohibiti sunt Episcopi, & consequenter etiam Clerici de bonis intuitu Ecclesiae acquisitis testari, eo quod judicarentur eorum tantum esse dispensatores.

Ad probandam propositionem primo loco asserimus Canonem Apostolorum 39. (lib. 1. tit. 2. N. 24.) in quo habetur: *Manifeste sunt privatae res Episcopi, si modo privatas habet: manifesta item sunt Dominica, ut privatas quidem res*

*Episcopus, cum moriatur, quibus vult, & quomodo vult, relinquendi facultatem habet, &c.* non vero res Dominicas, seu intuitu Ecclesiae acquisitas, quae illatio quidem non habetur in textu, sequitur tamen ex antithesi posita: si queratur disparitas, illa est, quia Patres Antiocheni, ex quorum Canone 24. praefatis Canon à Irvato Clemente compilatus est, ut ostendit Doctissimus Gibertus Tom. 1. Corporis Juris Eccl. per Regulas naturali ordine digestas pag. 54. judicabant Clericum equidem habere dominium in Patrimonia, non vero in res consideratione Ecclesiasticae Ministerii acquisitas. Sic autem habet Canon laudatus Concilii Antiocheni: *Sint autem manifesta, quae ad Ecclesiam pertinent cum cognitione Presbyterorum & Diaconorum, qui sunt circa eum Episcopum, ut sciant, & non ignorent, quae sint propria Ecclesiae (hoc est, communis, non fabricae), ut nihil ipsi latent: ut si contingat Episcopum à vita migrare, iis manifestis existentibus, quae ad Ecclesiam pertinent, ne ea interdicant & pereant: nec quae sunt propria Episcopi, praetextu rerum Ecclesiasticarum vexantur.* Concinit eodem Saeculo IV. Concilium Carthagenense III. Can. 49. apud Grat. 12. q. 3. Can. 1. inquit: *Ut Episcopi, & quicumque Clerici, qui nihil habentes ordinantur, de-*

*debeant omnia, quae post ordinationem comparantur, Ecclesiae conferre; si autem ipsi proprie aliquid liberalitate alicujus, vel successione cognitionis obvenit, faciant inde, quod eorum proposito congruit.* Quem Canonem referens Cardinalis Baronius ad A. 397. scribit: *Occasio sciendi hujus Canonis fuit; cum redita pace Ecclesia ubique bonis afflueret, complures ex iis, qui eidem ministrabant, pietatem in quaesum convertentes, studio sanctitatis, & cura pauperum abjectis, divitias colligendi ardore dumtaxat flagrabant. Quam mercenariam affectionem in iis suppressere volens, eos erudit, Apolliticum munus ex Patrum traditione non esse obeundum propter mercedem temporalem; neque Laicos Fideles suam substantiam Ecclesiae gazophylacio eo sine conferre; neque Ecclesiam alium usum harum rerum Ministris suis concedere velles, quam ad debitam sustentationem necessarium, cum non debeant predicare, ut manducare, sed manducare, ut predicare valeant. Et haec sunt mens Ecclesiae primorum quatuor Saeculorum circa Testamenta Clericorum. Quam exacte conabantur exequi Episcopi tam Orientis, quam Occidentis, quorum exempla refert Thomassius p. 3. lib. 2. cap. 38. 39. quaeque inconcussa permansit Saeculo V. In Concilio enim Chalcedonensi A. 451. celebrato act. 10. perfecti est accusatio quatuor Edessae Ecclesiae Presbyterorum adversus Ibam ejus civitatis Metropolitanum. Reas autem hinc etiam agebatur, quod Suffraganeo suo Danieli Episcopo commoveret, qui Testamento nepotibus Matrona cuiusdam, quam amabat, ea legasset bonis, quae ab Ecclesia obtineret: quique sibi retinuerat hereditatem Diaconi, quamquam spondidisset, omnia se in pauperes erogaturum, quod ex Ecclesiasticis preventibus ea provenissent. Cum vatum illud inconvulsus sit, quod Ecclesiae redditibus partum sit, ad Ecclesiam necessario redire debere. Omnibus ergo*

Episcopis, Ecclesiaeque Ministris per Saeculum Saeculorum de Clericorum Testamentis laxare. Inter quos mira hujus perfusionis specimina dedit S. Augustinus, quae vide apud Thomass. L. cit.

3. Absoluta testandi prohibitio de bonis intuitu Ecclesiae acquisitis Clericis prioribus V. Saeculis facta, continuata fuit usque ad Saeculum VIII.

Et quidem Saeculo VI. Justinianus Imper. Cod. de Episc. & Clericis l. 34. Licentiam, inquit, habet Episcopus, quicumque ante Episcopatum probatus fuerit habuisse, & quicumque post Episcopatum jure cognitionis usque ad quartum (gradum) ad eum pervenerint, ad quos voluerit, ultima voluntate transmissere. Cateris vero alio modo acquisitis ab eo dominio Ecclesiae reservatis, nisi in utilitatem Ecclesiae, vel opera pietatis consumptae sint. Eadem distinctione habita in administratoribus cujuscumque loci Religiosi. Item, si quis Episcopus aut Minister Ecclesiae moriatur sine Testamento, & successore legitimo, vel legitima (in res proprias Episcopi, vel Ministrum) Successore comperit Ecclesiae, in qua constitutus fuit. Hac certe lege, inquit Thomass. l. cit. non expunguntur nisi Episcopi, Abbates, & Administratores rerum Sodalitum alicujus; nec ea Clerici costringuntur exerceri, cum eo aeo tam late pateret Beneficiorum, quam Clericorum nomen. Solis enim tunc & parvis distributionibus Clerici doabantur, quorum ex parvissima difficultate potuissent agri & praedia coem. At, ubi postea non spualis solum & distributionibus gravis sunt Beneficiorum, sed agris etiam & latifundiis beneficio suo illigatis, jam tunc sane & ipsi Administratores esse coepere, & inconcussa administrationum lege nulli sunt, idonea sibi seposita sustentatione, reliqua spargere omnia in pauperes. Cum enim oblationum & hostiarum Deo dicatarum una sit semper natura & conditio, ut



Religionis & Caritatis impendantur, nam quam hinc fas est, secularis opulentie instrumeta parari. Unde est idem Iustinianus Nov. 123. c. 19. precipiat Clericos ceteros, res quolibet modo ad eorum dominium venientes habere sub sua potestate, ad similitudinem castrensium peculiorum, & donare secundum leges, & in his testari, sicut sub Parentum sint potestate; id tamen nequaquam intelligendum est de rebus intatu Ecclesie, sed aliunde his Clericis obventibus; alias melioris conditio fuisset, quam Episcopi, quorum quarta portio suo usui addicte id oneri imminabat, ut ex ea hospites adventu & peregrini aleretur. Privilegium igitur hac lege solum dare videtur Clericis Iustinianus, ut de peculio suo sibi industria comparato ad similitudinem castrensium peculiorum, etiam sub Patria potestate constituti, testari valeant. Quamvis Græci Clerici tum sibi aliam continentiam abrumperent, & liberos procreantes, sumptibus ex distributionibus Ecclesiasticis subinde parecerent, eosque seponerent, ut haberent, quod filii transmitterent. Hinc religiosus eadem Iustinianus leges in Occidente observabantur; unde Gregorius I. lib. 4. ep. 22. ad Cyprianum Diaconum scribit: *Quia ipse (Theodorus Episcopus) Testamentum dicitur condidisse, subtiliter ne quid de rebus Ecclesie sue consumpsisset, te oportet inquirere. Et si quidem eum exinde aliquid incongrue minuisse didiceris, ita age, ut res ipsæ ab eo, cuius interest, modis omnibus reparentur.* Et lib. 6. ep. 1. cum Ecclesie Ravennatis Clerus Gregorium equestris Civitatis Episcopus Testamentum edidisset, Ecclesie utilitatibus, & Legibus ipsis Cæsaris inimicum; Mariniano ejus Successori præcipit, ut eo, que de Ecclesia sua, vel de acquisitis in Episcopatu rebus contra legem fieri statuta disposuit, nec auctoritatem præbeat, nec aliqua in his ratione consentiat. Si quid autem de

propriis rebus, que ante Episcopatum habuit, firmum per omnia robur obtinere necesse est. Non meminit his, alique similibus locis Gregorius M. Clericorum, quod cum parvis distributionibus, & alimentorum sportulis ceteri Beneficarii fruerentur, non facile videbantur congerere ex his posse, quo & tolerarent vitam, & domos præterea agrosque sibi compararent. Interim ratio prohibitionis ad eos quoque excurrit Gregorii M. Sanctionibus Concilia Gallie, Hispanie, & Africe his facultis concordant; & Gallie quidem Agathense Can. 6. Lugdunense II. Cap. 2. Parisiense V. Can. 10. Quo & Testamenta Clericorum a locutionibus Legum eximantur, & quasi prima lineamenta describuntur novæ Testamentorum forme, quam Jus Canonicum invexit primo. Clericis, post etiam Fidelibus Laicis ad declinandas ambages, & verusitas in re tanti ad rem privatam publicamque momenti. Item Episcopus c. 7. & 8. In Hispania Synodus Tarraconenfis Can. 12. Sicubi defunctus fuerit Episcopus intestatus, a Presbyteris & Diaconibus de rebus ipsius inventarium fideliter conscribatur, a minimo usque ad maximum, &c. non ergo proximi defunctorum Episcoporum ad eorum ædes accedebant, non hereditate se interponebant: unde colligere licet, qualia tum fieri solent ab Episcopis Hispania Testamenta. Et in Concilio Valentino Can. 3. prohibentur propinqui intestati Episcopi aliquid de rebus ejus occupare: Ne forte cum hereditariis rebus, etiam aliqua ad Ecclesiam pertinentia, vel permixta usurpent. Quæ res dilucidius adhuc declaratur in Concilio Hispanensi I. Can. 1. & 2. Concinnant Concilia Tolentina IV. & IX. alia que bene multa, Clericos de rebus occasione servitii Ecclesiastici acquisitis testari prohibentia.

4. Eadem disciplina perseveravit sub Carolo M. & ejus sæpe usque ad Sæculum X. fraudibusque subinde repagula objecta.

Con-

Concilium Francofordiense A. 794. Can. 41. ait: *Et propinqui vel heredes Episcopi res, que ab Episcopo sunt acquisita, aut per comparationes, aut per traditiones, postquam fuerit ordinatus, nequaquam post ejus obitum hereditate debeant, sed ad suam Ecclesiam Catholicæ. Ille autem, quas prius habuit, nisi traditionem ad Ecclesiam ex eis fecerit, hæredibus & propinquis succedant.* Concilium item Parisiense A. 829. c. 26. Quoniam multi Episcoporum, amore propinquorum suorum de rebus sibi commendatis, suo, aut quorumvis amicorum nomine, prædia vel mancipia emunt, & ut in propinquorum suorum jus cedant statuant; & ob hoc & jura Ecclesiastica convelluntur, ministerium sacerdotale festinetur, imo à subditis detrahatur, & contemnitur: placuit omnibus, ut hoc deinceps avaritiæ genus caveatur, &c. & postquam Episcopus factus est, quascumque res de facultatibus Ecclesie, aut suo, aut alterius nomine quolibet conditione comparaverit; decrevimus, ut non in propinquorum suorum, sed in Ecclesie, cui præsit, jura deveniant. Id ipsum ibi statuitur de Parochiis his verbis: *Similiter & de Presbyteris, qui de Ecclesiarum rebus, quibus præsent, prædia eo modo emunt, faciendum statuimus. Quoniam multos Presbyterorum occasione taliter emptiarum rerum Ecclesias, quibus præsent, expoliasse, & à suo ministerio multis modis exorbitasse, & se diabolo mancipasse, multisque Laicorum ex hoc fallo in scandalum damnationis & perditionis protaxisse cognovimus. Hæc similesque his facultis facte sanctiones, quibus Cleri disciplinæ in Galliis aliisque Regionibus collapsa restituebatur, illatae sunt in Capitularia Regum Francorum, atque per ea confirmata. Neg minor circa idem punctum fuit Ecclesie Græcæ zelus; in ea siquidem obviam videtur fuisse sollicita cautela illius difficultati, ob quam in Ecclesia Latina Testamenta Clericorum su-*

binde permilla sunt, nimirum *severendi bona propria Cleri à bonis intuitu Ecclesie acquisita.* Sic enim habet Ballamon Scriptor Græcus in Can. 22. Chalced. Tunc dicitur Episcopus res habere, & de eis obitum hereditate posse, quando, ut vult 50. Canon Apostolicus, cum primum fuit electus, que sunt sua propria, & que Episcopatus, descripsit. Nisi enim ita fecerit, omnia, que sunt ejus, ad Ecclesiam pertinent. Adit Ballamon, eo semel inventario conscripto, est præfinito fato intestatus obeat Episcopus, videtur sibi proximos ejus succedere; quamquam mordicus hæverent alii Carthaginensi Canoni, quo intestati Successor Episcopi omnia ejus in potestate habet. Scitillimè rursus idem Ballamon docet, ubi Carthaginensis Canon ipse Ecclesie adjudicat omnia mobilia Episcopi mortantis, post ordinationem parta, exceptis iis, que ad eum devenissent donatione, legato, vel hereditate ipsi separatim obtingente, non tam stricte id ad reliquos Clericos trahendum esse. Rationem vero eam esse, quod acquirere de novo quidquam haud possit Episcopus, nisi vel ex reditibus Ecclesie sue, vel ex obventibus sibi successioneibus. At Clericis artes suppetere longe plurimas congerende pecunie, si quamvis arte præcellat, si libros exscribat, si pueros literarum rudimentis imbuat, si calamus, manumque ei commodet, cui sit à secretis; ex quibus innoxius artibus si pecuniam, opesque lucratur, & hinc fundus coemant, jure cogi non poterit heredem sibi accipere Ecclesiam. Quibus omnibus expensis, in dubium nemo vocaverit, quin Jure Canonico & Civili Græcorum & Latinorum in id conspiratum, id usi his seculis receptissimum fuerit, ut mobilia & immobilia omnia Episcoporum, & quorumque Clericorum ex opibus & reditibus Ecclesiasticis parta, post eorum obitum Ecclesie juris essent.

5. Absoluta prohibitio testandi ex bonis

nis



ni intuitu Ecclesie acquisitis etiam, ad causas pias Clericis à sacris primorum Sæculorum Conciliis, Romanisq; Pontificibus facta, atque usque ad Sæculum XI. continuata, manuenta fuit hoc & sequentibus duobus sæculis: quamquam illis rigor prætorum Canonum, & quantum ad pia legata, & eaque modica, ex dictis preuentibus Ecclesie facienda tantisper relaxari cœperit.

Prima pars majori ex parte demonstrata jam fuit Titulo precedenti N. 6. ubi docuimus tempore Gratiani, qui Sæculo XII. floruit, hanc fuisse communem omnium sententiam: unde & quæstionem V. cause 12. sui decreti absolute inscribit: *Testamenta vero non licet eis conferre, nisi de rebus propriis.* Superfunt porro & inuidiosissima documenta, quæ persuadent usque ad A. 1300. prætorum Canones, & decreta Juris Canonici novi, seu Decretalium vigorem pristinum illibatam retinuisse, nec Clericos potuisse sive integra valetudine, sive Testamento mobilium etiam suorum quidquam legare, nisi Ecclesie, vel pauperibus: nec proximos donare potuisse, nisi ut inopes, & pro inopia modo, vel obsequii, quod ab illis sibi præstitum esset. Unde Synodus Diocesana Colonienfis can. 5. statuit: *Clerici bona maxime immobilia, & que per Ecclesiam sunt adepti, sive per modum Testamenti, sive alias, non transferant ad Filios vel Nepotes, aut ad alios suos sanguineos, sed relinquunt ea Ecclesie, à qua sunt profecta. Sed intuitu elemosynæ pauperibus, Religiosis, & pii loci, & illis, qui ipsis seruiunt, sive consanguinei sint, sive alii, juxta seruitii meritum de mobilibus dare possunt.* Post que ibidem concedit Synodus, ut pro arbitrio suo legent, ac dispenſent hereditarias res omnes, & quas sibi ipsi industria addeçere, non ex bonis Ecclesiasticis. Denique excommunicatione hic percelluntur Clerici, qui mobilia Ecclesie cognata reliquerint, dederintque.

Concordant ex alio pro Sæculo XIII. Decretales hujus Tituli, & quidem cap. primi summariam sic habet: *Episcopus de rebus patrimonialibus testari potest, de rebus vero Ecclesie seu intuitu Ecclesie questis testari non valet.* Et Capituli 7. *De bonis per Ecclesiam acquisitis Clerici testari non possunt.* Cætera longum esset hic referre. Quin Sæculo adhuc XIV. cognati Clericorum non succedebant vel Testamento, vel quavis ratione alia in bona, quæ ex Ecclesie proventibus provenissent. Sic enim habet Concilium Toleranum A. 1324. can. 5. *Statuimus, quod nullus Clericorum bona intuitu Ecclesie acquisita filii, vel filiius suis det, vel conferat inter vivos, vel Testamento contra Canonum instituta dimittat præcipientes omnibus Episcopis in virtute S. Obedientiæ, quod iura super hoc edita diligenter obseruent.* Et Constitutiones Archiepiscopi Tolerani de A. 1322. Parta, inquit, *Ecclesiasticis obsequiis bona, ea dare, legareve filiis, quamvis justis, nefas esto.* Constit. Concilii Tarraconensis de A. 1329. prohibentur Clerici, ne quos sibi privatos scribant hæredes sive Clericos, sive Laicos; sive proximos, sive extraneos. Nec enim id voluisse Concilia ea, que testandi copiam fecere de rebus Ecclesie.

Quantum ad II. partem Alexander III. c. 8. h. t. concessit, quod Clerici viventes & sui compotes moderate valeant aliqua de bonis ipsis non ratione Testamenti, sed elemosynæ intuitu erogare in agritudine constituti. Unde emollicii cœpit prætorum vigor Canonum, ut Thomastius L. cit. ut testari de rebus mobilibus fas esset. Gliscienti ei indulgentia ab Alexandro III. restitum est, utpote à quo concessum tantummodo illud fuit, ut moderate inde fierent elemosynæ: Non ratione Testamenti, inquit, sed ratione elemosynæ; & c. 9. h. t. *De his tamen, que consideratione Ecclesie percoperunt, nullum*

nullum de jure facere possunt Testamentum. At consuetudo dandi aliquid ex bonis intuitu Ecclesie partis per modum elemosynæ, cui jus aperte subscribit, utpote intra modum se cohibenti, nec extra circumscriptos limites spatiatis, hæc, inquam, consuetudo jam modi & finium horum impatiens, usu postea ad ipsam conditionem Testamentorum invaluit, valetque etiamnum, ut tamen jure decretalium nusquam dici possit confirmata, inquit idem ibidem. Qui & subdit: *Quia ex Concilio Altemensi in libris Decretalium edicitur: Si Presbyteri, Episcopi, ceterique Clerici ante obitum suum de bonis hereditariis suis nihil stuerint, Ecclesiam illis ab intestato hæredem futuram. Si ante obierint, Altari, cui seruiunt, omnia sanctificentur perpetuo, & in jus Ecclesie tradantur.* Lib. 3. Tit. 27. cap. 1. & 2. Et capiti rubrica & glossa clausulam addidit à textu ipso valde alienam, qua videlicet Decretum illud ad Clericos arctatur, quibus nulli sunt proximi, & qui intestati obeunt. *Si decedat intestatus, & non habet consanguineos.* Sed quam consentit hoc decretum iis temporibus, quibus & rubricæ & glossæ conscriptæ sunt, seu Sæculo XIV. tam immaniter dissentit ab ipsius Canonis sententia, & ab usu eorum temporum & locorum, quibus sub Gregorio IX. libri ipsi Decretalium orbi Christiano promulgati sunt, nimirum ad initium Sæculi XIII.

6. Post An. 1406. seu Sæculo XV. invalere consuetudo cœpit, ut cognati hære litates adirent Clericorum & Beneficiorum, ampliatione quadam ejus consuetudinis, quam jus tolerabat, ut aliquid eis legaretur, tamquam egenis & famulis; non tamen omnes adhuc Ecclesias pervasit eodem Sæculo.

Usum invaluisse in Gallis, quod Præfules ea in Ecclesia testari valerent, executorumque suorum Testamentorum constiturere, ex declaratione Caroli VI. A.

1381. emanata, aperte colligitur; sic enim habet: *Licet de jure, usu, & consuetudine, & communi observantia notorie observatis, Episcopis Regni nostri testari liceat, & in suis Testamentis executores ordinare.* Item ex Constitutione, quam idem Galliarum Rex A. 1406. edidit, in qua legitur: *Nisi forte in illis locis Regni, ubi de usu & consuetudine notorie observatis licitum sit Prælati ipsis, & aliis Viris Ecclesiasticis secularibus de ipsdem bonis facere Testamentum: quibus etiam ab intestato in dictis bonis secundam consuetudinem & observantiam su prædictas sui succedunt hæredes.* Id quod confirmat Joannes Galli q. 16. & 290. *De consuetudine notoria, inquit, & notorie observata in Regno Francie, in Patria consuetudinaria, Episcopi, Presbyteri, Curati, & alii Beneficiati in acquiritis per ipsos antequam essent Beneficiati, vel post, sive mobilia, vel immobilia, habent hæredem, vel successorem propinquorem, scilicet de eorum genere.* Habemus ergo primo in Gallia ampliationem ejus consuetudinis, quam Jus c. 8. h. t. tolerabat, ut aliquid propinquis, atque famulis legari possit tamquam egenis & bene meritis à Beneficiariis, dum allatis autoritatibus edocemus, laudatam licentiam in absolutam testandi facultatem transiisse. Habemus II. hæc libertatem soli usui ac consuetudini innixam fuisse, de consuetudine notoria, &c. Habemus III. quod hoc Jus consuetudinariam ne quidem in Gallia hæc adhuc Sæculo fuerit sumiter stabilitum ex iis verbis: *Nisi forte in illis locis Regni, ubi de usu & consuetudine, &c.* Quin Carolina Constitutio de A. 1406. Successoribus Beneficiorum defunctorum substantiam ab ipsis relictam obvenire vult, non hæredibus, ut ad intentionem fundatorum, & prætorum Canonum, in pauperes, necessitateque Ecclesie expendatur: *Cum, inquit, fructus Ecclesiarum, & Beneficiorum quorumcumque, etiam vacantium,*



tam secundum dispensationem Concilio-  
rum generalium & Jurium, quam secun-  
dum piam intentionem fundatorum ordi-  
nati sint ad sustentationem Ministrantium  
in divinis, ipsiusque divini cultus aug-  
mentum, alimentacionem pauperum, re-  
dempcionem captivorum, Ecclesiarum,  
sacrorumque Aedificiorum reparacionem,  
terrarum & possessionum Ecclesie cultu-  
ram, jurium ipsorum conservacionem,  
ceterorumque onerum incumbenium sup-  
portacionem. Hinc etiam est, quod juxta  
tenorem Constitutionis ejusdem Galliarum  
Regis de A. 1381. ipsi quoque haeres  
Beneficiorum ad similia onera subeun-  
da obligantur: Qui Executores (verba  
sunt Constitutionis) aut saltem Episco-  
porum haeres ad faciendum reparaciones  
aedificiorum Episcopatum, dum casus eve-  
niunt, per Judices & Officiarios nostros  
compellantur.

Secunda propositionis pars vel ex eo  
patet, quod usus & consuetudo testandi  
in Clero ne quidem in Gallis, unde pro-  
gressum habuit, generaliter invaluerit.  
Quae insuper aditus potest ex eo, quod  
in aliis Christianae Ecclesie Regnis prae-  
hoc tempore pervenerit usus, quo in  
nullam successioneis partem veniebant  
Beneficiorum cognati, nisi paupertatis,  
& famulitii Jure ac modo. Id quod col-  
ligit Thomassinus L. cit. ex Concilio Haf-  
niensi A. 1425. Can. 18. quo bona Cleri-  
corum ab intestato decedentium dividi  
jubentur secundum Canonum sacrorum  
sanctiones. Item ex Concilio Salsburgensi  
A. 1422. Can. 40. quo servitus est in  
Clericis, Laicisque, qui obtentu Patro-  
natus invadebant spolia mobilium, &  
immobilium Beneficiorum hinc excedentis,  
atque ita Ecclesiam spoliabant. Item ex  
Concilio Eboracensi A. 1466. cui execra-  
tioni fuit eorum perversitas, qui paulo  
ante mortem sua largiebantur omnia, ut  
ne superesset quidem, quod ad repara-  
ciones latis esset: ex quibus equidem con-  
jecturare licet, Saeculo XIV. generalem

usum testandi in gratiam propinquorum,  
&c. in Ecclesia universali necdum inva-  
luisse; sed nequaquam concludi, reliquis  
extra Gallicanam Ecclesiam ab hoc usu  
immunes fuisse: Concilium enim Detur-  
sanum A. 1419. expresse vult valere Tes-  
tamenta secularium Beneficiorum, si  
Canonice Instituti & Legibus Synodalibus  
consentiant. Idem esse censum, verba  
sunt Canonis, de bonis Clericorum sa-  
cularium decedentium, si juxta formam  
Provincialium vel Synodalium Consti-  
tutionum sua ordinaverint Testamenta, vel  
ultimas voluntates. Synodi ergo hujus  
Saeculi jam non vetabant simpliciter à  
Clericis condi Testamenta, sed modos  
testandi praescribebant. Inter quos praeci-  
pui erant, ut haberent licentiam ab Episco-  
pato, ut constat ex Constitutionibus Episcopi  
copatus Leodiensis A. 1449. à Nicolao V.  
confirmatis, atque ne eis bonis beneficia-  
libus ad causas profanas testarentur.

7. Eodem Saeculo XV. permittit est  
testantium Beneficiorum conscientiae  
potestas testandi conformiter Juri Canoni-  
co, & consuetudini à Decretalibus non  
improbatae. Seu valida & legitima habe-  
bantur absolute Testamenta Clericorum,  
onerata eorum manente conscientia gra-  
vissima necessitate observandae Juris Re-  
gulae, & Canonicae consuetudinis con-  
venienter Libris Decretalium. Qui novus  
usus Saeculo XVI. convulsi, ac latus  
serpsit, Ecclesia solum tolerante.

Priori propositionis parti suffragatur  
Rainaldus ad Annum 1431. ubi narrat,  
Cardinales, qui electioni Eugenii IV. in-  
terfuerunt, inter alia Capita, in qua ju-  
ramento seiplos adogere, ut ea futuris  
etiam Pontifex observaret, hoc quoque  
sanxisset: Quod bona Dominorum Cardi-  
naliū, Praelatorumque, nec non alio-  
rum Cortesiarum in Curia decedentium  
nullo modo occupabit, vel occupari pa-  
tietur; sed permittet juxta Juri dispo-  
sitionem & consuetudinem, quae in multis  
Regnis & Regionibus servantur, fieri exe-  
cutio-

cutiones juxta voluntatem decedentium,  
relinquendo conscientias eorum distribu-  
tionem honorum, ad eos quomodolibet  
pertinentium. Non ergo jam hic onerantur  
Diaconi, aliive, ut segregent bona  
Beneficiorum Ecclesie intuitu acquisita à  
Patrimonialibus, industrialibus, &c. ut  
olim fieri consuevit; sed conscientie Testan-  
tium relinquuntur, an ipsi hanc secretio-  
nem fecerint, & ad intentum sacrorum  
Canonum bona per Ecclesiastica officia  
parta in pias causas, reliqua ad libitum  
distribuant.

Secunda pars ita eruitur, quod Con-  
cilia hujus saeculi de facultate testandi  
Clericis, tamquam de re usu recepta lo-  
quantur, ipsique id unum inculcent, ne  
facultates intuitu Ecclesie partes aliter,  
quam in pias causas, Testamento dispen-  
sent. Sic enim habent Constitutiones Syn-  
odicae Stephani Poncherii Episcopi Parisi-  
ensis An. 1503. editae: Prohibemus Cleri-  
ci eorum rebus male uti, & de bonis  
eorum Ecclesiasticis testari & legare aliis  
locis & personis, quam eorum Ecclesiis,  
si voluerint sacrilegium & ultionem evi-  
tare divinam, sicuti sacrae sanctiones pro-  
hibuerunt. Et à Cardinali Campegio Ger-  
maniae Legato Apostolico A. 1524. inter  
complura reformatae Ecclesie Capita vi-  
tio datum est Episcopis quibusdam, quod  
inestimatorum Clericorum etiam Patrimo-  
nia invaderent. Inhibemus insuper, ne  
imposterum Episcopi Clericis legitime ab  
intestato decedentibus in Patrimonialibus  
bonis aut industrialibus propriis succedere  
possint, aut debeant, cap. 23. Similiter  
Concilium Colonense A. 1536.  
& Toletanum A. 1566. providet casibus  
iis, quibus Clerici ab intestato discedunt:  
igitur supponant in iis facultatem testan-  
di, restrictam tamen quantum ad pro-  
ventus Ecclesiasticos ad causas pias, &  
onerata desuper eorum conscientia, quae  
sola substantiam Ecclesiasticam à Patrimo-  
niali optime, fereque tantum fecer-  
nere valet.

Tom. II.

Tertia pars allatae propositionis ita in-  
telligenda est, quod Ecclesia toleret Tes-  
tamenta Clericorum absolute, quia non  
potest facile discernere bona eorum Pa-  
trimonialia ab acquisitis consideratione  
Ecclesie, non vero quod toleraret apertam  
dissipationem proventuum Ecclesi-  
asticorum, etiam Titulo praescriptionis  
vel consuetudinis coloratam, si defectus  
praedictae discretionis tolli posset. Patres  
enim Tridentini, licet haud ignorarent  
in multis Regnis Testamentis Clericorum  
de proventibus Ecclesiasticis, etiam in fa-  
vorem Parentum non egentium, tolerari  
& valida reputari; nihilominus Episco-  
pis, aliisque quibuscumque Beneficia Ec-  
clesiastica obtinentibus omnino interdicitur,  
ne ex redditibus Ecclesie consanguineos  
familiaresque suos agere studeant; sed  
si pauperes sint, ut pauperibus dis-  
tribuant. Propter sola igitur odia litium  
ex defectu praefatae discretionis necessario  
oriendarum, Testamenta Clericorum de  
proventibus Ecclesiasticis in usus profanos  
quantum ad executivam annullationem  
tolerantur, non aliter; manente inter-  
terim obstricta Testatorum conscientiae  
inviolabili vinculo intentionis Fundato-  
rum, repagulo Sacrorum Canonum om-  
nium Saeculorum, & ipsa natura bonorum  
ac proventuum Ecclesiasticorum. Nec  
umquam Patroni sententiae, quod nimi-  
rum Beneficenti patrocinante praescriptio-  
ne, vel consuetudine possunt testari licite  
& valide de bonis Ecclesie conside-  
ratione acquisitis in usus profanos, se-  
tueri possunt privilegio à Sixto IV. A.  
1474. Bulla VIII. primitus impedito, quo  
permittitur Clericis, qui vitam ducere,  
& sedem desigere Romae assentirentur,  
vel rure vicino ac suburbanis ad 10. us-  
que lapidem; ut vel superflites, vel ap-  
petente morte proximis suis darent, le-  
garentque acquisitiones, & fructus, re-  
dundantes Beneficiorum suorum, utque  
iis intestatis proximis succederent. Quod  
privilegium Julius III. A. 1549. Bulla V.

M

&amp;



& Paulus V. A. 1606. Bulla XVIII. confirmarunt. His ipsis enim Privilegiis testati sunt Pontifices *Jure communi* veritatem esse Clericis hujusmodi testamentum, posse tamen cohonestari, si ejusdem concessio sobria *maius Ecclesia universalis bonum* promotura speretur; quod certe intenderunt dicti Pontifices, dum rara hac facultate atrahere voluerunt homines in urbem toto Christiano orbe Principem, sed *pene desertam*, id quod eorum Constitutiones testantur; non vero obtineri potest per consuetudinem aut prescriptionem, eo quod hæc ex sua natura capax esset, totius Ecclesie bonorum in usus profanos expendendorum facultatem tribuendi & iustificandi; nullo emolumento, quin maximo sponse Christi detrimento inde secuturo. Standum igitur potius videtur sententiis Patrum, Pontificum, Conciliorumque primorum, & posteriorum sæculorum circa dispensationem bonorum consideratione Ecclesie partorum, quam subtilitatis quorundam recentiorum Casuistarum; eo vel maxime, quod, quantum ad Testamenta attinet, ex dictis hoc Titulo sile clarior sit, Clericos per 12. Sæcula de bonis Ecclesie consideratione acquisitis nequaquam testari potuisse, modicum deinde conferendi in vivis conjugumve familiaribus ut *egentibus* concessum fuisse, hanc concessionem posthac consuetudine facultatem testandi ad pias causas peperisse, ac tandem in præsentem disciplinam testandi absolute operata Testatoris conscientia adolevisse, nec ullum Juris communis vel recentioris textum adduci posse, qui id ex professo sanciat; quodque ex Titulis de Præbendis, & Peculio Clericorum à nobis commentatis satis

apparet, Clericos non esse dominos reddituum Ecclesiasticorum superfluum.

8. Quemadmodum autem mox laudato Titulo de Peculio Clericorum in pertractanda historice quidem magis, quam scholastice questione illa: *An beneficiati sint domini fructuum beneficalium superfluum?* sententiæ negativæ subscribentes: nihilominus *contrariam sententiam* in suo valore ac pondere reliquimus; atque in hanc finem Sanctissimi D. N. Benedicti XIV. discursum imparialem ex præclarissimo ejus opere de Synodo Diocesana lib. 7. c. 7. N. 13. adduximus: ita sententiam illam, quam ex Recentioribus propugnant Covarruvias, Garcias, Glettle, Schambogen, Schmalzgraber, & Pichler: *Quod nempe Privilegio, vel consuetudine introduci possit, ut Clerici de bonis beneficalibus superfluis etiam ad causas profanas, & quidem non tantum valide, verum etiam licite testari valeant*; censura aliqua notare non præsumimus. Præsertim cum laudati Authores in variis Diocesisbus consuetudinem illam testandi vigere adfirmant; eamque in Alma Archi-Diœcesi Pragensi obtinere illustris subællii Doctores ejusdem Almæ Archi-Diœcesos colligant ex Synodo Archi-Diœcesana Pragensi ab Illustrissimo Sbigneo Berka A. 1605. habita. Titulo de Testamentis Clericorum, ubi habetur: *Clerici omnes Speculares hujus Metropolis & Archi-Diœcesis nostræ, etiam Beneficia Ecclesiastica cujusvis generis obtineant, liberam quidem habent testandi facultatem ex privilegio antiquissimis, & immemorabili consuetudine; sed de bonis Ecclesie nomine acquisitis nullo modo testari seu disponere poterunt.*

## TITULUS XXVIII.

## De Sepulturis.

1. IN hoc Titulo principaliter agendum venit de loco, de ritibus, de jure Sepulture Fidelium Christianorum, deque suffragiis pro lisdem ab Ecclesia Romana fieri solitis. Locus, in quo nunc sepeliuntur Fideles Defuncti, est locus determinatus ac religiosus, ilque vel Crypta Ecclesie, vel ager eidem contiguus, aut alias ad Sepulturas determinatus, qui cœmeterium, seu dormitorium appellatur. Ritus generales, atque præcipui Sepulture Catholicorum in Ecclesia Romana sunt, quod eorum corpora, seu etiam Tumbæ aspergantur aqua benedicta, incensentur thure, Psalms ac Hymnis Defunctis parentetur. Per Jus sepulture intelligitur tum Jus eligendi locum Sepulture ex parte sepeliendorum, tum Jus sepeliendi Defunctos ex parte Parochorum, simulque percipiendi intuitu functionum funebrium illam pensionem, quam hodie taxam stola appellamus. Suffragia denique pro mortuis consistant in Missæ Sacrificiis, aliisque à Ritualibus præscriptis piis precibus Deo Optimo Maximo pro sublevamine Defunctorum persolvi solitis. Quæ pleraque cum à Novatoribus nostri temporis immo-dice cavillari soleant, eorum antiquitas, universalitas, & rationalitas jam ostendenda venit.

## §. I.

## De Loco Sepulture.

2. IN ipsis Ecclesie inenarrabilis Defunctorum corpora apud Romanos tum comburebantur, tum sepeliebantur; apud Judæos vero sepeliebantur.

Legem XII. Tabularum, in qua edicitur: *Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito*, ea tempestate quan-

tum ad combustionem cadaverum apud Gentiles adhuc obtinuisse, colligitur ex Minutio Felice, qui refert ab his probro fuisse talium Christianis, *quod execrantur rogus, & damnent ignium sepulturam.*

Secunda pars colligitur ex Sepultura tum Lazari, Joan. 11. tum Christi, Matth. 17. tum Stephani, Act. 8.

3. Neo-Christiani tum ex Judaismo, tum ex Gentilitate conversi primis statim temporibus videntur adoptasse Sepulturam Judæorum, ac illam ignium Gentilium sollemnem reprobasse.

Id præter allata, allaque Martyrum primitivorum Sepulture exempla, suadet à mox citato Minutio Felice allata exprobratio, quam illis faciebant, quod crederent eos ideo non tradere igni Defunctorum corpora, ne perirent; quibus scitissime reponit Minutius Felix, hanc Christianæ genti morem non ex infusa illa manare formidine, ne corpora pereant, que utique vel ardeno, vel putrescendo æque pereunt; sed ex veneratione, & observantia consuetudinis longe antiquioris, & religiosioris inhumandi, quam comburendi. *Non, ut creditur, ullum damnum Sepulture timeamus, sed & veterem, & meliorem consuetudinem humani frequentamus.* Verba sunt ipsius. Et usum comburendi Defunctorum corpora Sæculi IV. sine prolixo exolevisse testatur Macrobius illius ætatis Author lib. 7. cap. 7. iniquens: *Licet urendi corpora Defunctorum usus nostro tempore nullus sit.*

4. Nascente sub Judæorum, Gentiliumque persecutionibus Ecclesia, Fideles Defuncti non in aliquo determinato loco, sed vage plerumque sepeliebantur.

Jam supra retulimus lege XII. Tabularum



& Paulus V. A. 1606. Bulla XVIII. confirmarunt. His ipsis enim Privilegiis testati sunt Pontifices *Jure communi* veritatem esse Clericis hujusmodi testamentum, posse tamen cohonestari, si ejusdem concessio sobria *maius Ecclesia universalis bonum* promotura speretur; quod certe intenderunt dicti Pontifices, dum rara hac facultate atrahere voluerunt homines in urbem toto Christiano orbe Principem, sed *pene desertam*, id quod eorum Constitutiones testantur; non vero obtineri potest per consuetudinem aut prescriptionem, eo quod hæc ex sua natura capax esset, totius Ecclesie bonorum in usus profanos expendendorum facultatem tribuendi & iustificandi; nullo emolumento, quin maximo sponse Christi detrimento inde secuturo. Standum igitur potius videtur sententiis Patrum, Pontificum, Conciliorumque primorum, & posteriorum sæculorum circa dispensationem bonorum consideratione Ecclesie partorum, quam subtilitatis quorundam recentiorum Casuistarum; eo vel maxime, quod, quantum ad Testamenta attinet, ex dictis hoc Titulo solum clarius sit, Clericos per 12. Sæcula de bonis Ecclesie consideratione acquisitis nequaquam testari potuisse, modicum deinde conferendi in vivis conjugumve familiaribus ut *egentibus* concessum fuisse, hanc concessionem posthac consuetudine facultatem testandi ad pias causas peperisse, ac tandem in presentem disciplinam testandi absolute operata Testatoris conscientia adolevisse, nec ullum Juris communis vel recentioris textum adduci posse, qui id ex professo sanciat; quodque ex Titulis de Præbendis, & Peculio Clericorum à nobis commentatis satis

apparet, Clericos non esse dominos reddituum Ecclesiasticorum superfluum.

8. Quemadmodum autem mox laudato Titulo de Peculio Clericorum in pertractanda historice quidem magis, quam scholastice questione illa: *An beneficiati sint domini fructuum beneficalium superfluum?* sententiæ negativæ subscribentes: nihilominus *contrariam sententiam* in suo valore ac pondere reliquimus; atque in hanc finem Sanctissimi D. N. Benedicti XIV. discursum imparialem ex præclarissimo ejus opere de Synodo Diocesana lib. 7. c. 7. N. 13. adduximus: ita sententiam illam, quam ex Recentioribus propugnant Covarruvias, Garcias, Glettle, Schambogen, Schmalzgraber, & Pichler: *Quod nempe Privilegio, vel consuetudine introduci possit, ut Clerici de bonis beneficalibus superfluis etiam ad causas profanas, & quidem non tantum valide, verum etiam licite testari valeant*; censura aliqua notare non præsumimus. Præsertim cum laudati Authores in variis Diocesisbus consuetudinem illam testandi vigere adfirmant; eamque in Alma Archi-Diœcesi Pragensi obtinere illustris sublellii Doctores ejusdem Almæ Archi-Diœcesos colligant ex Synodo Archi-Diœcesana Pragensi ab Illustrissimo Sbigneo Berka A. 1605. habita. Titulo de Testamentis Clericorum, ubi habetur: *Clerici omnes Speculares hujus Metropolis & Archi-Diœcesis nostræ, etiam Beneficia Ecclesiastica cujusvis generis obtineant, liberam quidem habent testandi facultatem ex privilegio antiquissimis, & immemorabili consuetudine; sed de bonis Ecclesie nomine acquisitis nullo modo testari seu disponere poterunt.*

## TITULUS XXVIII.

## De Sepulturis.

1. IN hoc Titulo principaliter agendum venit de loco, de ritibus, de jure Sepulture Fidelium Christianorum, deque suffragiis pro lisdem ab Ecclesia Romana fieri solitis. Locus, in quo nunc sepeliuntur Fideles Defuncti, est locus determinatus ac religiosus, ilque vel Crypta Ecclesie, vel ager eidem contiguus, aut alias ad Sepulturas determinatus, qui cœmeterium, seu dormitorium appellatur. Ritus generales, atque præcipui Sepulture Catholicorum in Ecclesia Romana sunt, quod eorum corpora, seu etiam Tumbæ aspergantur aqua benedicta, incensentur thure, Psalms ac Hymnis Defunctis parentetur. Per Jus sepulture intelligitur tum Jus eligendi locum Sepulture ex parte sepeliendorum, tum Jus sepeliendi Defunctos ex parte Parochorum, simulque percipiendi intuitu functionum funebrium illam pensionem, quam hodie taxam stola appellamus. Suffragia denique pro mortuis consistant in Missæ Sacrificiis, aliisque à Ritualibus præscriptis piis precibus Deo Optimo Maximo pro sublevamine Defunctorum persolvi solitis. Quæ pleraque cum à Novatoribus nostri temporis immo-dice cavillari soleant, eorum antiquitas, universalitas, & rationalitas jam ostendenda venit.

## §. I.

## De Loco Sepulture.

2. IN ipsis Ecclesie inenarrabilis Defunctorum corpora apud Romanos tum comburebantur, tum sepeliebantur; apud Judæos vero sepeliebantur.

Legem XII. Tabularum, in qua edicitur: *Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito*, ea tempestate quan-

tum ad combustionem cadaverum apud Gentiles adhuc obtinuisse, colligitur ex Minutio Felice, qui refert ab his probro fuisse talium Christianis, *quod execrantur rogus, & damnant ignium sepulturam.*

Secunda pars colligitur ex Sepultura tum Lazari, Joan. 11. tum Christi, Matth. 17. tum Stephani, Act. 8.

3. Neo-Christiani tum ex Judaismo, tum ex Gentilitate conversi primis statim temporibus videntur adoptasse Sepulturam Judæorum, ac illam ignium Gentilium sollemnem reprobasse.

Id præter allata, allaque Martyrum primitivorum Sepulture exempla, suadet à mox citato Minutio Felice allata exprobratio, quam illis faciebant, quod crederent eos ideo non tradere igni Defunctorum corpora, ne perirent; quibus scitissime reponit Minutius Felix, hanc Christianæ genti morem non ex infusa illa manare formidine, ne corpora pereant, que utique vel ardeno, vel putrescendo æque pereunt; sed ex veneratione, & observantia consuetudinis longe antiquioris, & religiosioris inhumandi, quam comburendi. *Non, ut creditur, ullum damnum Sepulture timeamus, sed & veterem, & meliorem consuetudinem humani frequentamus.* Verba sunt ipsius. Et usum comburendi Defunctorum corpora Sæculi IV. sine prolixo exolevisse testatur Macrobius illius ætatis Author lib. 7. cap. 7. iniquens: *Licet urendi corpora Defunctorum usus nostro tempore nullus sit.*

4. Nascente sub Judæorum, Gentiliumque persecutionibus Ecclesia, Fideles Defuncti non in aliquo determinato loco, sed vage plerumque sepeliebantur.

Jam supra retulimus lege XII. Tabularum



larum vetitum fuisse, ne quis in urbe sepeliatur, vel comburatur; hanc legem pro urbe Roma latam, ab Imperatore ad omnes Imperii urbes propagatam fuisse ait Ulpianus. Quem Imperatorem fuisse, Antoninum Pium affirmat Lampridius. Sepulcra tradit Varro plerumque iuxta vias publicas locata fuisse, ad mortales mortalitatis suae admonendos, Lib. 5. de lingua Lat. scribens: Sepulcra ideo secundum viam sunt, quo praeerentes admoncant, & se fuisse, & illos esse mortales. Et hunc morem, hancque legem tum temporis secutos fuisse Christianos ex actis Martyrum patet, utpote in quibus frequenter occurrit: Sepultus est via Appia, via Aurelia, &c. septimo, decimo, &c. ab urbe lapide. In agris itaque, speluncis, & cryptis tempore persecutionum Christiani mortuos suos sepeliabant. Quamvis Christianorum pietas occisorum Martyrum corpora saepe raperet, & domi suae intra urbem sepeliret; uti saepe occurrit in Martyrologio. Et Romae pro sepulturis Martyrum delectae fuerint à Christianis ibi agentibus arenae Cryptae extra urbem, in quibus Martyrum corpora recondebantur, atque ibi à Christianis clanculo sacra tenebantur. Hae Cryptae, quae modo Coemeteria, interdum areae, tumba, catacumba, catatumba, vel Cryptae arenae, ex loci natura nomine comparato, dici consueverunt, fed coemeterium usitatus, uti notat Baronius ad Annum Christi 226. qui ibidem ex libro de Romanis Pontificibus, aliisque ex locis 43. similia coemeteria enumerat. Qui & ad Annum Christi 129. magnificum coemeterium à Priscilla via salaria tertio ab urbe Lapide constructum describit: *Mirabile dictu, inquit, vidimus, saepiusque iuravimus Priscilla coemeterium, haud pridem inventum, atque resosum via salaria tertio ab urbe lapide: quod nullo magis proprio vocabulo dixerimus pro ejus amplitudine, multique atque diversis ejus-*

*dem viis, quam subterraneam Civitatem: quippe quod ipse ingressa primaria via ceteris amplior pateat, qua hinc inde vias diversas habeat, easdemque frequentes, quae rursus in diversos viculos dividantur, & angiportus: rufus, ut in Civitatibus, statim locis velut fora quaedam, ampliora sint spatia ad Conventus sacros agendos, eademque Sanctorum imaginibus exornata; nec desunt, licet nunc obstructa, ad lumen recipiendum desuper excisa foramina. Ex qua descriptione velim notet eruditus Lector contra novos Iconoclastas Calvinistas tempore Baronii inventum Priscilla coemeterium, repertum fuisse Sanctorum imaginibus exornatum, simulque admiretur stupendam primorum Christianorum industriam, qui in media saevissimarum persecutionum procella noverunt subterraneas usque Civitates pro latebris, pro sacris Christianorum, pro sepulturis Martyrum clanculo exstruere.*

5. Reddita Ecclesiae pace Fideles in urbibus sepeliri coeperunt, idque vel in ipsis Ecclesiis, vel prope illas in coemeteriis.

Hujus rei occasionem dederunt decantatae in historia Ecclesiastica translationes corporum, sive Reliquiarum tum Apostolorum, tum Martyrum ex suburbanis aut agrestibus in urbana sepulcra, aedificis, quae Ecclesiis superaedificata honorificata, sedes Martyrum, vulgo vero Martyria appellata. Quae Martyrum sepulcra cum in ipsis Civitatibus permitterentur, nonnullorum fallax, & arguta solertia, ut habet lex 6. cod. Theodosi de Sepulcro violato, contendeat, hae Sepulcra à lege generali, vetante loca Civitatis Sepulturae deputari, esse excepta; quasi in hisce saltem Sepulcris Martyrum privatorum quorumcumque cadavera sepelire liceret. Ab his, aliisque Ecclesiis, teste Thomassino p. 3. lib. 1. c. 65. N. 5. cessantibus persecutionibus coemeteria sejuncta fuere; sed in dies magis magisque vicina evasere. Id quod ex Oprato Mi-

levi.

levitano, qui post Saeculi IV. medium floruit, adstruit, Donatistis lib. 6. exprobrante, usurpatis ab illis Catholicorum Ecclesiis, ut & coemeteria aliquando invaderent, prohiberentque Fideles sepeliri. Ad hoc Basilicas invadere voluistis, verba sunt ejusdem, ut vobis solis coemeteria vindicetis, non permittentes sepeliri corpora Catholica. Cur autem privati quique sub ipsa respiratione Ecclesiae admodum desideraverint apud Martyrum loca sepeliri, constat ex lege Theodosiana jam citata, partim nimirum urbanae Sepulturae praesidio à Martyribus ipsis, ut mox insinuavimus, petito, partim pietatis motu desiderantes & corpora sua post mortem corporibus Martyrum sociari, nonnumquam forsitan & ambitione. De quo desiderio videri potest S. Augustinus de 8. Dulcitii quaestionibus quaest. 2. qui & scripsisse librum de cura pro mortuis, cum interrogatus literis fuisset, utrum prolix quique post mortem, quod corpus ejus apud Sancti alicujus memoriam sepeliatur, testatur lib. 2. retract. c. 64. quae interrogatio sat ipsum populi desiderium rursus insinuat.

6. Usus iste sepeliendi promissuos quosque in urbibus in vel apud Sedes, sive Ecclesias Martyrum contra leges Romanas invalescens, à Theodosio M. Constitutione A. 381. edita sublatus est.

Refertur haec Constitutio L. 6. cod. Theod. de Sepulcro violato, sequentis tenoris: *Omnia, quae supra terram urnis clausa, vel sarcophagis corpora detinentur, extra urbem delata ponantur, ut & humanitati instar exhibeant, & relinquunt incolarum domicilio sanctitatem. Voce instar speciem vel effigiem humanitatis, sive mortalitatis juxta graecam interpretationem Imperatorem intellexisse notat Gothofredus; quo lex constat, eam esse ipsi motiva, quae lex tabularum, & Antonina Sepulcra in viis publicis condituere, eadem ex urbibus proseripuisse, alterumque insuper addidisse, ut nimirum*

*relinquatur incolarum domicilio sanctitas, non illa quidem, quam olim fingebant Gentiles, persuasi Diis superis sacra solo aspectu vel contactu rei funestae contaminari, uti notat hic Gothofredus; sed sanctitas à factore corporum mortuorum nato Civitates inspicere, uti observat Iliodorus lib. 14. Orig. c. 12. ubi vetitae sepulturae in Civitate hanc rationem reddidit: Ne factore ipso corpora viventium contacta insciantur. At illhoc periculum cautelis evadere posse Vespillonis, hodierna praxis docet. Hinc.*

7. Saeculo VIII. à Leone Imperatore Nov. 53. data fuit plena libertas vel intra, vel extra urbem Sepulturam eligendi, quae indicatur, Legem Theodosianam de non sepeliendo in Civitate consuetudine fuisse contemptam ante hoc Leonis Decretum.

En ejus tenorem. *Ne igitur, ait, ullo modo inter civiles Leges haec Lex censatur, sancimus: quin potius, ut à consuetudine recte contemnitur, sic etiam decreto nostro proferat reprobatum.*

8. Acris insisterent tum Leges, tum Canonis contra Sepulturam promissuam in ipsis Ecclesiis.

Ad hanc insipientiam permoti sunt Authores tum Legum, tum Canonum primo- rum Christianorum Imperatorum exemplis, qui teste, S. Chrysolomo hom. 26. in 2. ad Corinth. *pro magno habere, si juxta Apostolorum saltem vestibula corpora ipsorum sepelirentur, ferentque Reges Piscatorum Janitores. Unde non alibi, quam in vestibulo templi Apostolorum Sepultus est Constantinus M. honorificum sibi ratus, si vel Janitor eorum haberetur. Uti constat ex vita ejus lib. 4. ab Eusebio descripta c. 60. & 70. Si haec Capita ad mentem Chrysolomi exponantur, qui suis oculis quotidie eadem Sepulcra conspexit, & consequenter vera narrat, dum L. cit. ait: *Nam & hic quoque Constantinum filium ejus ita demum ingenti honore se affecturum exsultavit, si eum in**

Pif



Piscatoris vestibulo conderet. Quoque Imperatoribus sunt in aulis Janitores, hoc in Sepulchro Piscatoribus sunt Imperatores. Atque illi quidem velut domini interioris loci partes obtinent, hi autem velut ecclesie & vicini praeclare secum agi putantur, si vestibuli Janua ipsa assignetur. Igitur ad Saeculi IV. finem, quo vixit Chrysostomas, vel ipsi Imperatores in vestibulo Ecclesiae tantummodo sepeliabantur, cujus honoris participes quoque fuerant Episcopi, teste Theodoro libro I. c. ult. de eodem Constantino scribente: *Depositus est in Ecclesia Apostolorum, quam ipse eo consilio edificaverat, ut Imperatores, ac Pontifices ab Apostolorum reliquiis haud procul absisterent.* Hoc itaque primorum Imperatorum exemplo factum est, ut Christianorum Sepulchra non ipsae Ecclesiae, sed loca prope ipsas Ecclesias designata & concessa fuerint: idque tam intra, quam extra urbes, ubicunque Ecclesiae Parochiales sive publicae essent extractae, quae loca olim & nunc illatis dicuntur cimiteria à graeco verbo *κοιμησις*, quod dormire significat; cum juxta Apostolum 2. ad Thimotheum c. 4. fideles decedentes non mori, sed dormire censentur, dum inquit: *Nolo vos ignorare de dormientibus.* Et quamquam eidem concessioni, quantum ad Sepulchra in cimiteriis intra urbem, obstitit subinde Lex Theodosiana, contraria tamen consuetudo ex motivis supra N. 6. allatis eidem constanter obstitit, donec lege contraria Saeculo VIII. firmata fuerit, ut vidimus N. 7. Ad Sepulchram inter limina ipsa Ecclesiae Saeculo VI. prohibuit Concilium Braccarense Can. 18. inquit: *Placuit, ut corpora Defunctorum nullo modo in Basilica Sanctorum sepeliantur, sed si necesse est desoris circa murum Basilica usque adeo non abhorret.* Nam si firmissimum hoc privilegium usque nunc retinet Civitates, ut nullo modo intra ambitum murorum cujuslibet Defuncti corpus humetur, quanto magis

hoc venerabilium Martyrum debet reverentia obtinere. Et à Ferrando Diacono Saeculi VII. Authore observatum est in vita S. Fulgentii, hunc primum in Ecclesia Sanctorum Apostolorum tumulatum fuisse, quamquam praefata consuetudine id haecenus invaluisse, ut ne Episcopi quidem ibi terrae mandarentur, necum Laici. *Primum plane, verba ejusdem sunt cap. ult. in eadem Basilica Pontifex promeruit, ubi nullum mortuum, neque Sacerdotem, neque Laicum sepeliri, consuetudo sinebat antiqua.* Quamvis diffiteri non possimus, Episcopos aliosque spectatae sanctitatis viros sicut ante, ita & post Legem Theodosianam in Ecclesiis fuisse sepultos, ab Imperatoribus & Episcopis oris exemplis Fidelium in Ecclesiis ipsis tumulandorum. Sic S. Ambrosius sub altari ipso, quod quotidianis frequentabat Sacrificiis, recondi post mortem voluit, ac postmodum dexteram SS. Martyrum Gervasio & Protasio cessit, Episc. 1. juxta quem & ejus Soror Marcellina humari voluit, Baron. ad A. 383. Et Haec in Epitaphio Paulae inquit: *In media Ecclesia spelunca Salvatoris est posita. Fratrem suum Caesarium in Ecclesia Martyrum sepulchrum fuisse perhibet Nazianzenus Oratione 10. Qui mos Saeculo VIII. incrementa sumpsit in dies majora, ut mox videbimus.*

9. Saeculo VIII. mos sepeliendi ipsos quoque Laicos in Ecclesia tum apud Latinos, tum Graecos invaluit, & tandem obtinuit, frustra obstantibus Conciliis & Episcopis.

Quantum ad Latinos de consuetudine in Galliis narrat Theodulphus: *Antiquus in his Regionibus in Ecclesia sepeliendorum mortuorum usus fuit, & plerumque loca divini cultui mancipata, & ad essendas Deo hostias preparata, cimiteria, sive Polyandrea facta sunt.* Unde volumus, ut ab hac re deinceps abstinetur, & nemo in Ecclesia sepeliatur, nisi forte talis sit persona Sacerdotis, aut cu-

jus-

juslibet hominis, qui per vitae meritum talem vivendo suo corpori defuncto locum acquisivit. Concordat Concilium Arelatense VI. A. 813. Can. 21. Plurimum reseruit ejusdem anni Concilium Moguntinum Can. 10. inquit: *Nullus mortuus infra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi aut Abbates, aut digni Presbyteri, vel Fideles Laici.* Ejusdem tenoris est Capitulare Caroli M. hoc anno editum. Temperamentum excogitavit Concilium Nantenense Can. 6. quo & votis Fidelium fieret satis, nec tamen in Ecclesiis quicumque humaretur, vestibula ipsa Ecclesiarum, vel porticus eis adjunctas Sepulchris promiscuis deputandum. Hincmarus vero Archiepiscopus Rheimensis Tom. 1. pag. 713. neminem vult à Presbyteris in Ecclesia sepeliri sine consensu Episcopi, exceptis hujusmodi dumtaxat personis, quas sigillatim & privatim in Synodo se signasse affirmat. In Italia vero jam tempore Gregorii M. liberum Laicis fuisse Sepulchra sibi eligendi in Ecclesia ex dialogis ejusdem Pontificis constat, ubi postquam narasset Ecclesiam Mediolanensem Defensorem hominem impium, in Ecclesia nihilominus tumulatum, noctu à Demonibus inde abstractum fuisse, subdit: *Ex quo te colligendum est, quia si quos peccata gravia depriment, si in sacro loco sepeliri se faciant, restat, ut etiam de sua praesumptione judicentur; quatenus eos sacra loca non liberent, sed etiam culpa temeritatis acuset.* Hinc Saeculo IX. Nicolaus Papa I. percontantibus Bulgaris, an fas sit Christianos in Ecclesia sepeliri? sequentia in responsis dedit: *Si est Christianus intra Ecclesiam sepeliendus inquiritis, haec S. Papa Gregorius quaestionem absoluit, dicens, cum gravia peccata non depriment, hoc prodest mortuis, si in Ecclesia sepeliantur; quod eorum proximi quoties ad eadem sacra loca conveniunt, suorum, quorum sepulchra aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia depriment,*

non ad absolutionem potius, quam ad majorem damnationis cumulum, quorum corpora in Ecclesiis ponuntur.

Quantum ad Ecclesiam Graecam ex Jure Orientali Leuclavii Tom. 1. p. 323. colligitur, frequentissimas post Saeculum VIII. fuisse Orientalium etiam Laicorum in Ecclesiis Sepulchra; ibidem enim refertur à Cabañala Dyrracheno Archiepiscopo propositam fuisse quaestionem: *An aequo animo ferendum sit, Christianos Graecos in Latinorum, & Latinos in Graecorum Ecclesiis sepeliri, & tum Psalmodiam, tum reliquum pompam utriusque gentis promiscuo agmine celebrari?* Cui quassito respondens Joannes Citrus Episcopus, supponit Christianos promiscue sepeliri in Ecclesiis, & circa modum hujusmodi Sepulchrorum tantum differit. Balsamon tamen in responsionibus ad interrogationes Marci Alexandrii segregat Ecclesias, quae solemniter consecratione dedicatae fuerint ab Episcopo cum Chrismate & reliquiis Martyrum, ab Oratoris, quae non ita consecratae fuerint; atque in his Oratoris Sepulchra fieri approbat, non in Ecclesiis dedicatis juxta legem illam in Basilicis: *Nullus in Ecclesia sepeliatur mortuus; & juxta antiquum decretum; Non licet quemquam sepeliri in Ecclesia, ubi scilicet corpus Martyris depositum est.* Ibid. pag. 382. interrogatio 38. Ex quibus omnibus apparet, in utraque Ecclesia à Sepulchris Imperatorum, & Episcoporum in Ecclesiis, vel earum porticibus, aut Oratoris, descensum sensim fuisse ad Sepulchra piorum Laicorum, ac subinde ad inhumationem in Templorum cryptis Christianorum promiscue, qui mos hodie dum obtinet.

10. Locus, in quo humanum communiter Christiani, seu cimiterium, est locus religiosus, & jurisdictioni Episcopi subiectus.

Apud Romanos quislibet locum suum proprium reddebat religiosum, si in eum mortuum sepeliebat, aut saltem partem

eius



ejus principalem, puta caput, ut ait Jurisconsultus in L. 44. ff. de Relig. & Sump. funerum; non tamen totum, sed quatenus corpus humatum fuit, ut dicit Celsus L. 2. ff. eodem. Hodie apud Catholicos locus non efficitur religiosus per ipsam corporis humani inhumationem: sed per preces & benedictiones Sacerdotales prius religiosus redditur, & benedicitur, ut in illum corpora Catholicorum inferantur. Quando vero hic ritus consecrandi seu benedicendi cœmeteria initium sumpserit? incertum est: interim videtur S. Gregorius Turonensis, qui ad finem sæculi VI. floruit, libro de gloria Confessorum cap. 106. benedictionis hujus meminisse. Refert enim, quod cum ipse monuisset Abbatissam Monasterii Pictaviensis, ut corpus B. Radegundis Francorum Reginae sepeliret, illa responderit: *Et quid faciemus, si Episcopus urbis non advenerit, quia locus ille, in quo sepeliri debet, non est Sacerdotali benedictione sacratus?* Hoc enim responsum non obscure innuit, ibi etiam moris fuisse, ut locus Sepulturæ præviè sacretur, & quidem benedictione Sacerdotali, seu Episcopali. Et quid prohibet dicere, cœmeterii consecrationem cum ipsa quodammodo Ecclesiæ consecratione esse; seu potius cœmeterium tamquam partem & appendicem, aut verius aream vel porticum ipsius, una quasi consecratione cum ipsa Ecclesiæ consecratum fuisse? quod innuere videtur Innocentius III. in cap. 2. de consec. Eccl. Similiter declarat Bonifacius VIII. quod polluta Ecclesiæ etiam pollutum cœmeterium contiguum, tamquam nimirum Ecclesiæ accessorium, ut ibidem significat. Exstat quidem in hodierno Pontificali specialis ritus seu forma benedictionis cœmeterii per Episcopum faciente; sed quo tempore hæc formula præscripta sit, ignorare se dicit Clarissimus Van Espen p. 2. Juris Ecclesiastici universi Tit. 38. N. 22. hoc interim constare ait, cœmeterium

per solemnem benedictionem esse loco profano Religiosum effici; imo tamquam Ecclesiæ appendicem etiam de jure immunitatem localem esse indutam. Id quod adstruit ex Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. decernente, ut cessent in Ecclesiis earumque cœmeteriis negotiationes, & præcipue mundinarum ac fori cujuscumque tumultus: *Omnis in eis secularium Judiciorum strepitus conquiescat, nulla ibi causa per Laicos criminalis agitur, sunt loca eadem à Laicorum cognitionibus aliena.*

11. Ecclesiæ eos, cum quibus non communicavit in vivis, etiam à communione cum Fidelibus in Sepultura constanter excludit.

Inter hos primo loco veniunt Pagani, de quibus in Synodo Aurelianiensi cap. 3. apud Gratianum dist. 1. de consec. can. 27. statuitur: *Ecclesiam, in qua paganus sepultus est, non liceat consecrare, neque Missas in ea celebrare, sed jactari foras, & mundari oportet.* 2. Hæretici aut alii Excommunicati, de quibus cap. 12. h. t. summarium habet: *Si ossa Excommunicatorum sunt sepulta in Ecclesiastico cœmeterio, & discerni possunt, debent exhumari & projici.* Et cœmeteria, in quibus Excommunicatorum corpora sepeliri contingit, reconcilianda erunt aspersione aque solemni benedicta, sicut in dedicationibus Ecclesiarum fieri consuevit. Tertio notorie interdicti, infantes Fidelium sine Baptismo decedentes, catechumeni item, & alii peccatores, de quibus agunt Canonistæ præsentis Titulo.

## §. II.

## De Jure Sepeliendi.

12. Sicut in veteri, ita & in novo Testamento relicta est Fidelibus plena libertas circa electionem Sepulturæ. Veteres Patriarchas Sepulturas sibi elegisse ex actis Abraham, Isaac, & Jacob con-

constat. In Ecclesiâ autem sive Latina, sive Græca hæc eadem libertas circa electionem Sepulturæ altius liberis hominibus nunquam legitur restricta. Unde Gratianus 13. q. 2. postquam sibi can. 7. objecisset illud Melchiodis Papæ: *Piacuit per omnia magno Concilio, ut nullus proprii arbitrii temeritate aliam Ecclesiam, nisi cui usus antiquorum parentum Canonica institutio subjacere prohibetur, Sepultura causa adire procuraret;* Respondet: *Sed aliud est ex temeritatis superbia usum antiquorum Parentum non sequi, atque aliud rationabili occasione novam sibi Sepulturam eligere; — secundum Gregorium autem liberam habet voluntatem, qui certa rationis causa novum suo corpori quarit hospitium.*

13. Ecclesiâ nihilominus in casu, quo aliquis extra Parochiam sepeliri avertet, indemnitate Parochorum prosperit.

Et quidem in cap. 1. h. t. postquam Pontifex declaravit, exemplo Patriarcharum unamquamque in Sepulchro majorem esse sepeliendam, & ad exemplum Christi nulli negandam esse electionem Sepulturæ, addit: *Sed & quia dignus est operarius mercede sua, tertiam partem sui iudicii illi Ecclesiæ dari consuevit, in qua calcissimulo resti consuevit.* Similia statuuntur cap. 2. & 3. eodem.

14. Sicut extra casum liberæ electionis Sepulturæ, alteriusve Tituli Ecclesiæ Parochialis cœmeterium est proprius locus Sepulturæ Parochianorum; ita jus funerandi iuribus Parochialibus à remotissimis sæculis merito annumeratur.

Certe ipse Constantinus M. primus Imperator Christianus id juris in Pastoribus Ecclesiarum supposuit, dum magnæ Ecclesiæ Constantinopoleos 70. librarum auri reditum, eam ob causam, ut scilicet exequiæ sine sumptu & gratis fierent in urbe Constantinopolitana, & usque ad novos muros, & blachernas, constituit; quam legem, si Justiniano credimus, non edidit, sed confirmavit Anastasius Constant. II.

stantini in Throno Constantinopolitano Successor. Dicit enim in Novella 59. *quod Constantinus recte cogitavit disposuit, ut post hæc Anastasius firmavit, &c.* Quod Jus in Parochiis post hos Imperatores agnovit, quotquot de expensis funeralibus posterioribus sæculis dispositiones ediderunt Synodi, de quibus infra; ipsiisque Jus Canonici præsentis Titulo. Et merito: cum enim Parochus vita durante curam spirituales suorum Parochianorum suslineat, ipsique loco Patris sit, æquum est, ut & Defunctos non deserat. Et hinc passim videmus circa solas Ecclesiæ Parochiales cœmeteria edificata, & auctoritate Episcopi dedicata.

15. Parochi per omnia Ecclesiæ sæcula nullum jus habebant quoddam pro Sepulchris à Fidelibus exigendi.

Quantum ad Sæculum IV. & V. id constat ex Lege Constantiniana ab Anastasio confirmata, quam mox adnumeravimus. Quam Constitutionem Sæculo VI. renovat Justinianus Cod. lib. 1. tit. 2. L. 18. Constitutio, inquit, *adignat magna Ecclesiæ Constantinopolitana 40. librarum auri reditum, eam ob causam, ut scilicet exequiæ sine sumptu & gratis fiant in Ecclesiâ Constantinopolitana.* Similia statuit Nov. 43. & enacletus 59. in qua conqueritur, dicens: *Plurimi plerumque audierunt nos, dicentes, non similiter causam procedere, neque sine mercede fieri Defunctorum exequias, sed exigi amare, & inveniri plurima foris nomina, & corpora, qua etiam invitati exigunt lugentes, & cogunt dare non habentes: hæc omnia julum judicavimus competenti correctione digna facere.* Ex quo apparet, donum Constantinianum Ecclesiæ Constantinopolitanae intuitu sepulchrorum factum, in alienos usus jam tempore Justiniani versum fuisse; quapropter idem Imperator eadem novella rursus constituit, ut prædicta Ecclesiæ ex officinis mille & centum ab omni onere liberis, & redita ab Anastasio adjecto, impensas funerum



suppeditet, nihilque causa funeris ab hereditibus exigatur. Cumque rursus lapsa temporis hac Constitutio negligenter, Leo sapiens Legem tulit, ut quæ de his jam olim edita Constitutio fuit, immota & inviolata permaneat. Sed non soli Imperatores, verum etiam Pontifices Sepulcrorum, eorumque exequias gratis fieri voluerunt. Scribit Sæculi VI. sine, vel septimi initio ad Januarium Episcopum S. Gregorius lib. 7. indict. 2. Ep. 16. *Quæstio est nobis charissima famina, quod ad ea rōd. solidos pro filia sua Sepulcrum fraternitas vestra non erubescat exigere, atque ei supra doloris gemitum majorem dispendii student inferre molestiam: quod si ita se veritas habet, quia grave nimis, & præcul est à Sacerdotii officio, pretium de terra concessa putredini quaerere, & de alieno velle facere luctu compendium; ab hac se petitione fraternitas vestra continet, & molestia ei de cetero non existat. Deinde narrat, quomodo ipse vitium hoc extirpare studuerit, & quod exemplo etiam Gentilium Episcopi excitari debeant, ut Sepulcrum gratis auant: Hoc autem vitium, inquiens, & nos, postquam Deo auctore ad Episcopatus honorem accessimus, de Ecclesia nostra omnino vetuimus, & pravam denique consuetudinem nequaquam usurpari permisimus: memores, quia dum Abraham à filis Emor, hoc est, Ephron filio Sear Sepulcrum pretio ad huiusmodi corpus conjugii postulari, pretium accipere renuit, ne commodum videretur de cadavere consecutus. Si ergo tante considerationis paginus vis fuit, quanto magis nos, qui Sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Referunt 13. q. 2. c. 12. Similia habet lib. 7. ep. 4. in qua morem aliquid exigendi pro Sepulcris vocat illicitam antiquam consuetudinem. Cui Sæculo IX. adimplatur Leo IV. in ep. de cura pastorali, Hincmarus Rhemensis in literis ad Hedericūphum Laudunensem Episcopum, Concilium Meldense Can. 72. aliaque relata 13. q. 2.*

Can. 14. & 17. quibus insistentes posteriores Synodi, & Summi Pontifices uno consensu exactiones omnes pro sepeliendis mortuis non tantum prohibuerunt, sed ut simoniacas reprobant; idque non obstante quæcumque contraria consuetudine. Et quidem in Decretalibus cap. 8. de Simonia exstat decretum Concilii Turonensis sub Alexandro III. sequentis tenoris: Pro Sepultura quoque, & Christianis & Olet receptione nulla cuiusquam precii exactio attentetur; — nec sub obtentu cuiusquam consuetudinis reatum suam quisquam tueatur, quia diuturnitas temporis non diminuit peccata, sed auget. Similia sub durioribus terminis ingeminat cap. 9. eodem Titulo. Sicut & cap. 13. h. t. Et post Concilium Tridentinum S. Carolus in suo Concilio Mediol. 1. de funeribus & exequiis statuit. Exequiarum, Sepulcrum, & anniversariorum causa nemini quidquam percipi, aut exigere liceat, neque etiam petere, vel quid aliud committere, quod simoniacas labis, aut fordidæ avaritiæ suspicionem habeat. Similia exemplo Caroli decreverunt in suis Synodis alii Episcopi.

16. Fontalis origo, unde questus hi funerales à sacris Canonibus tam constantiter damnati pullularant, ambitioni secularium in Ecclesiis sepeliri auentum adscribi debet.

Cum enim vigore Canonum præsentium, Sæculo VIII. veteratæ in Ecclesiis terræ mandari, vel utcumque condi, nisi Martyrum cineres, Sanctorum pignora; inde, inquit Thomassinus, & Episcopi, atque Abbates, nec non & si qui ex Presbyteris & Laicis singulari innocentiam morum clariffent: ceterorum Fidelium exarist æmulatio, ut vel pretio saltem victuum premia assequerentur. Quæ specialis emptio Sepulcræ anam facile præbuit humanæ naturæ, cui natura esse soler aurī sacra fames, funeraalia pacta indifferenter inuehendi, à Synodis & Pontificibus omni tempore exfilita, & rejecta.

rejecta. Quæ funerales exactiones, telle eodem L. cit. causa princeps existerunt contentiones inter Ecclesias ipsas, atque inter Clericos, & Monachos, circa Laicorum, maxime vero Nobilium, Sepulcras. Cum antea nihil horum hos inter feruere, ac ne suspicio quidem, ne quid hinc detrimenti Parochiis importaretur.

17. Concilia atque Pontifices exactiones funerales damnantes, spontaneas oblationes Fidelium occasione exequiarum factas, laudabilesque consuetudines inde natas nullatenus rejecerunt, quin mordicus retineri sanxerunt.

Et hinc S. Gregorius M. L. à nobis N. 15. relato subdit: Sed si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conceditis, si quidem Parentes ipsius, proximi, vel heredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, accipi non vetamus. Peti vero vel exigi aliquid omnino prohibemus. Concilium item Triburienſe apud Gratianum 13. q. 2. c. 12. dum omnibus Christianis terram mortuis vendere interdicit, & debitam Sepulcrum denegare, hoc interdictum limitans, subdit: Nisi forte proximi & amici Defuncti gratis aliquid dare volunt. Concilium quoque Ravennatenſe Canonem suum tertium ad hanc amulſum concinnavit, inquiens: Et si quis sacri Ordinis de Sepultura mortuorum aliquid acceperit, nisi forte, quæ sponte ab amicis vel propinquis mortuorum Ecclesie fuerint collata, hac maledictione tenentur obnoxii. Et Bituricenſe A. 1031. Can. 12. Nullus pretium pro Baptismo, neque pro Penitentia danda, neque pro Sepultura accipiat, nisi quod Fideles sponte dare, vel offerre voluerint. Circa hæc decreta, quarum plura à Gratiano Sæculi XII. medio in suum decretum sunt relata, cuius usus paulo post factus est communis tum in Scholis, tum in iudiciis, notat Thomass. L. cit. N. 6. in fine, nullam adhuc mentionem fieri laudabilium consuetudinum, quæ nimirum gratuitas Fidelium occasione funerum oblationes ali-

quantisper faceeret debitas: & subdit: Nec sere Gregoriani Decretalium Libri, nisi voluntarias memorant oblationes, quarum ibi delineatur faciendi partitio inter Parochialem Ecclesiam, & illas alias, ubi quis elegit inhumari. Et quamvis Pontifices, quarum decreta hoc Titulo relata, jam tertiam, jam mediam, jam quartam partem pro locorum & temporum consuetudine velint de iure obvenire Ecclesie Matrivi, in causa electæ à Defuncto extranea Sepultura; modus tamen loquendi semper tenet ad summam, quam Defunctus, occasione Sepultura faciende, sponte ac voluntarie reliquit.

18. Laudabiles illæ consuetudines Ecclesiarum, earumque Rectoribus occasione funeris aliquid largiendi, assententia Juris, si non in corpore Juris clausa, saltem potest ejus compilationem emanatæ, firmatæ fuit, ac deimam certa quota per modum sumpſit Parochiis debiti determinata.

Determinatio laudabilium harum consuetudinum sub nomine taxæ stolæ postremis his Sæculis inolevit, quando ea, quæ prioribus spectabantur, ut elemosinæ, tamquam pensiones quadam alimentarias, in quibus major jam species iustitiæ & necessitatis imago subluceat, considerari cœperunt, necessitate hanc immutationem inducente; ut enim præclare disse-ri Cl. Van Espen p. 2. tit. 38. c. 4. N. 40. postquam decimæ Personales deserunt, & decimæ reales ac mixtæ scilicet ad Monasteria & Capitula Canonicorum devolute fuerit, necessitas quoddammodo coegit, consuetudines has offendendi stabilire, ipsique Laicos quasi costringere ad ipsas oblationes hæcæntes consuetas, ut Parochorum, & Ecclesiarum Parochialium necessitatibus provideretur; creditaque fuit aquum esse proprio Pastori tam pro officio exequiarum, quam reliquis caritatis officiis Defuncto, vita ejus durante, impensis, debitum honorarium post mortem præstari, ut loquitur Syn. Prov. 2. Cameracensis tit. 12. c. 8. quæ exequiarum



caritatisque officia olim remunerabantur vel decimis, vel Imperatorum munificentia (N. 15. h. t.) compensabantur. Unde S. Carolus dum L. N. 15. cit. quidpiam pro exequiis exigi prohibet, mox subdit: *Pias tamen in his consuetudines servari jubemus, cujus rei (atque etiam executionis) Episcoporum curam suscipiat.*

Quantum ad 2. p. frigiditas Laicorum erga decentem sustentationem suorum Pastorum, & subinde etiam avaritia tum Clericorum, tum Monachorum, qua duo posterioribus his seculis scandalosus lites circa Sepulchra non semel excitaverunt, in plerisque statuminationem, seu determinationem quotæ, quæ taxa-holæ appellatur, induxit. Quæ vel ex hoc ipso (modo iusta ac competens sit) magnopere commendabilis est, quod dictis duabus passionibus in corrupto humano genere ad finem usque mundi distributive perseverantiam modum ponat.

19. Jus sepeliendi Fideles, de quo Parochi fundatam in Jure habeat intentionem, ex privilegio competit Regularibus.

Regulares ante Sæculum IX. privilegio mortuos intra septa Monasterii sepeliendi prædictos fuisse, aperte constat ex lib. 1. ep. 12. S. Greg. M. ad Episc. Urbevet. ubi ait: *Sepeliri ibidem* (hoc est intra septa Monasterii) *mortuos, vel celebrare Missas, nulla ulterius habita contradictione permittas.* Unde hallucinantur, qui epocham horum privilegiorum ad Sæculum IX. protrahunt. Hoc verum est, Sæculo IX. dum lucrose fierent Sepulture, variisque Titulis utiles, lites sæpe numero exortas esse Monachos inter & Clerum Sæcularem. Quibus occurrere studeerunt hoc & sequentibus Sæculis varia Concilia, præsertim quantum ad indemnitatem Parochis ex talibus Sepulturis procurandam (N. 13. h. t.), unde orta est præsens disciplina: ut nempe corpus Defuncti, qui Sepulturam apud Regulares elegit, non possint Regulares sine requisitione

& presentia Parochi levare, & ad fins Ecclesiæ deferre, nisi Parochus requisitus consentire vel venire recuset. Non tamen tenentur corpus prius deferre ad Parochiam. Exequias & actus funerales ipsi peragunt, non Parochus. Et tandem hæres taxam suam Parochi nihilominus solvant. De quibus Canonistæ.

20. Hoc jus sepeliendi à primis Ecclesiæ Sæculis Clero vindicatum est, seu actio religiosa pietatis.

Id Sæculo III. testatur Tertullianus in lib. de anima: *Cum in pace dormisset, & morante adhuc Sepultura, interim oratione Presbyteri componeret, &c.* Et Sæculo IV. S. Hieronymus, dum mulierem capite plexam à Clericis terræ mandatum commemorat: *Clerici, inquiens, quibus id officii erat, cruentum linteum cadaver obvolvunt, & fossam humum lapidibus confluentes, ex more tumultum parant.* Ex quibus patet, his sæculis non tantum functiones caremionales funerum, verum ipsas etiam Sepulturas à Clericis respective ut plurimum peractas fuisse. Quæ tamen posteriori functione succedentibus Sæculis hominibus Laicis, & quidem vilibus, commissa fuit, functione caremionali præcum ac benedictionum penes Clerum remanente. Vide lib. 1. Tit. 11. N. 6. de fossariis pristinis.

### §. III.

De Ritibus Generalibus Sepulture Catholicorum.

21. Inter Ritum Generales Sepulture Catholicorum primo loco passimus orationes à sacerdote super Defunctum fieri solitas.

Ritus iste descendit ex Fidei articulo in utraque Ecclesia recepto de existentia Purgatorii: quo supposito rationalis est non enim aptus pietatis officia animæ Defuncti impendimus, quam dum ergastulo ejusdem, quod ad tempus reliquit, precibus parentamus.

22. Ritus iste ex Apostolica traditione manavit, atque in Christianorum Sepulturis in utraque Ecclesia constanter observatus est primis IV. Sæculis.

Primum partem adstruit Tertullianus lib. de Corona c. 13. ubi ait: *Oblationes pro Defunctis, pro natalitii annua die facimus; & cap. 4. Harum & aliarum hujusmodi disciplinarum (quas inter cap. præcedenti oblationes, & lib. de anima orationem Sacerdotis super Defunctum enumerat, ut N. præced. vidimus) si legem expostulas Scripturarum, nullam invenies: Traditio tibi prætendatur auctrix, consuetudo confirmatrix, fides observatrix.* Quantum præjudicat hæc autoritas Patris celeberrimi Sæculi III. initio florentis, & de recepta Ecclesiæ disciplina testantis autoritas erroneæ Protestantium de Purgatorio opinioni, cordatus Lector dijudicet. Non igitur mirum, quod his & similibus testimoniis circa alia quoque capita Religionis, nos inter & ipsos controversa, ex Sæculo usque II. Christiani ævi desumpta, pressi recentiores adversarii superstitionis Regnum, contra quod eorum Principi sentere, jam illo Sæculo in Ecclesiæ radices egisse adfirmare cogantur. Quæ equidem illorum frons sine fronte, mirum est, quantum me in orthodoxa Patrum nostrorum fide circa laudata capita confirmet, quantoque compassionis affectus erga misere deceptos, iustaque indignationis erga omnes, qui eorum erroribus olim quomodocumque occasione præbuerunt, in animo meo excitet.

Secunda pars, quantum ad priora duo Sæcula ære Christiana, jam adstructa est ex Tertulliano mox laudato, & confirmari valide potest autoritate S. Dionysii Apostolorum discipuli lib. de Eccl. Hierarch. c. 7. ubi ait: *Accedens Venerandus Antistes præcem sacram super mortuum peragit; & precatur divinam clementiam, ut cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata Defuncto,*

*et cumque in luce statuat & regione vivorum.* Quid dicent ad hoc testimonium negatores Purgatorii? Libri omnes Dionysii adscripti non sunt ab Acropagita editi? at probabilis sunt. Et gratis admisso, quod non sunt, etiam iuxta ipsos Sæculo IV. posterioribus non sunt.

23. Ritus iste per Sæcula posteriora usque ad præsentem diem in utraque Ecclesia inconcussa perseveravit.

Hæc propositio pro Sæculis nostro ævo propinquioribus non eget probatione, cum non negetur ab adversariis; adferenda proinde solum sunt testimonia illorum Sæculorum, quæ ad priora quatuor propius accedunt. Et quidem, quod Ecclesiæ Latinæ concernit, in Sacramento à S. Leone M. qui Sæculo V. Ecclesiam rexit, confecto, atque ex codice ante annos 1000. conscripto, à Maratorio edito, col. 451. longo ordine exhibentur orationes super Defunctos. Item in Gelasiano ex ejusdem ætatis codice à Thomasio publici juris facti, atque à Maratorio edito col. 747. §. 91. ponitur oratio post obitum hominis. Item oratio, antequam ad Sepulchrum deferatur; & iterum priusquam sepeliatur. Autem hoc Sacramentum Gelasio, qui Gregorium M. integro Sæculo in Sede Apostolica antecessit, adscribendum sit, hæsitare incipi ex eo, quod in Canone ibidem col. 696. relato legem illa verba: *Diesque nostros in tua pace disponas;* quæ tamen verba Canonii iussu Gregorii M. primum addita fuisse, testatur Breviarium Romanum ad 12. Martii Lectione 6. Cum Leonino & Gelasiano Sacramentario Gregorianum conspirat, dum col. 215. cit. edit. orationes ante & post sepulchrum corpus Defuncti præscribit.

Quantum ad Ecclesiam Græcam Rituale Græcorum, à Doctissimo Gourio editum, tantas à pagina 432. usque ad pag. 478. pro Defunctis præscribit preces, ut non nisi insanus negare possit, illos non credere Purgatorium: & quidem



deum omnium prima sic habet: *Deus spirituum & omnis carnis, qui, morte conculcata, diabolum expugnasti, & vitam mundo largitus es: ipse Domine anime servi tui N. Defuncti in loco lucido, in loco amano, in loco refrigerii, unde dolor, & gramma, suspirium omne exulat, da requiem, &c.* Pro maiori tamen luce huc transibit, qua Goarius in Notis ad officium Exequiarum. N. 3. animadvertit. Purgatorii vocem, inquit, ut & Græcorum quidam respuunt, rem ipsam alii non admittunt: adversus eorum nuperum errorem nuperi quoque Græci decertant, Cariophyllus præsertim & Arcadius, opere de Purgatorio specialim edito. Omnia vero armorum huiusmodi, qua alii tractant, copia, telum fortius in obstrinatam præve sententium mentem conquirendum non censeo, præter id quod ipsi suis verbis orationibus, & votis depromunt. In Liturgia siquidem quotidie non minus mortuorum, quam viventium memoriam agunt, pro quibus, nominibus etiam eorum de diptychis non levi momento recitatis, meritas offerunt. Sabbati officium Necroloma Tropæia complectitur, Annis insuper singulis, ante magnam Quadragesimam, vigilia Pentecostes, & primo mensis Octobris sabbato legunt: Officium cunctarum ad sæculo dormientium Christianorum. Uniuscuiusque præterea recens Defuncti memora studiose recollitur, precibus, & Sacrificiis Deo oblatis tertio, nono, & quadragesimo die. At quod præ cæteris conveniunt, argumentum est, quod tum hic, tum sextentis aliis locis orant. Græci, ut anime mortui detur requies: ut è tenebris eruant in loco lucido, ab æsto in loco amano, ab intolercandis ardoribus in loco refrigerii, ubi exulant dolor, tristitia, & gemitus, Deus eam constituit.

24. Ritus celebrandi Missæ pro Defunctis non est junior ritu fundendi preces pro isdem.

De illo liquet ut communi, atque

à Patribus accepto Sæculi III. medio loquitur S. Cypranus ep. 66. ad Clerum & plebem Furnitanam, dum ait: *Episcopi antecessores nostri religiosè considerantes, & salubriter providentes, consueverunt, ne quis frater excedens ad tutelam, vel curam Clericam nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec Sacrificium pro dormitione ejus celebraretur.* Qui fuerunt illi Cypriani antecessores, qui exosam istam Missam de requie eorum Defunctis negarunt? Si non Apostolorum discipuli, nepotes certe. Nec tantum Ecclesiæ Latine, sed etiam Græcæ ritum huic ridiculum (scilicet) à superstitionis his Apostolorum commensalibus edocta fuit: unde Sæculo IV. Cyrillus Hierosolymitan. Catech. Mystag. 5. inquit: *Deinde pro defunctis SS. Patribus & Episcopis, denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi sunt, maximum credentes animarum suarum, pro quibus offertur peccatio sancti illius & tremendi, quod in altari positum est, Sacrificii; in quo Christum pro nostris peccatis mactatum offerimus, ut & nobis & illis eum, qui est benignissimus, propitiū reddamus.* Proh! Papista jam Sæculo IV. sed ne hilo quidem melior ipso est S. Chrysostomus; sic enim hom. 41. in ep. 1. ad Corinth. scribit: *Non sunt enim hæc temere excogitata, neque frustra eorum, qui excesserunt, in divinis mysteriis meminimus, & pro istis accedimus rogantes Agnum propositum, qui mundi peccatum tulit; sed ut eis in aliquo sit consolatio: neque abs re is, qui adjat altari, dum veneranda peraguntur mysteria, clamat: Pro omnibus, qui in Christo dormierunt, & is, qui pro ipso celebrant memoriam. Similia habet hom. 3. in ep. ad Philip. hom. 21. in acta Apoll. Concordant supra citata Sacramentaria Missæ pro Defunctis præsentia, Patresque ac Concilia omnium Sæculorum usque ad nostra tempora, quæ vide relata apud Nat. Alex. hist. Eccl. Sæc. IV. dissert. 45.*

25. Hymnorum quoque ac Psalmorum usus in Sepulturis Christianorum antiquissimus est.

In Sacramentario Gregorii M. sub Rubrica de Agenda mortuorum legitur: *Post hæc continuatim canantur Psalmi, & postea dicantur capitula.* Quin Sæculo II. morem mortuos sepeliendi totius Cleri psallentis præcedente cæta jam ceptam fuisse, constat ex actis Marcelli Pontificis & Martyris, qui corpora Martyrum cum Presbyteris & Diaconis, cumque Hymnis & Canticis sepelire solemne habuit, ut narrat in Pontificum Romanorum vitis Ciacovius. Accensæ quoque faces adhibuit, nec pompe externis emicantis solemnitate reculasse pristinos Patres, Cypriani acta commonstrant. Ita B. Cypranus passus est, ajunt illa, ejusque corpus propter Gentium curiositatem, in proximo positum est cum cereis & scholariibus, in arcis Macrobbii Candidi Procuratoris, cum voto & triumpho magno. Ritus eundem circa Paulam Sæculo IV. observatum testatur Hieronymus. *Quæ translata est, inquit, Episcoporum manibus, & cervicem foretro subjicientibus, eum alii Pontifices lampades, cereosque præferrent, alii Choro psallentium ducerent.* Sed solemnitas & copiositas hæc omnia in Ecclesiæ Græcæ observabatur. Tanta enim cantanda & oranda in officio exequiarum ab eorum Rituali præscribantur, quæ duratione ad minus ternæ vel quaternæ nostras Sepulturas excedunt. Rubrica, quæ ad rem præsentem facit, sic sonat: *Et siquidem cuncta ad exequias requisita jam sunt disposita, continuo benedictionem subjungit Sacerdos. Et incipimus canere Sanctus Deus cum omni tremore & compunctione. Et codaver effervescentes ad Ecclesiam proficiscimur, præcedentibus Sacerdotibus cum cereis, & Diacono cum thuribulo. In hoc ritu funerandi Græcorum à ritu moderno Latinorum discrepat, quod Græci in suis funeribus frequentissime repetant vocem*

illam lætitiæ *Alleluja*, hymnum quoque Angelicum *Gloria in Excelsis Deo* adhibeant, cujus loco in Ecclesiæ Latine triste nunc resonat *Requiem*, cum flebilis *Miserere*; quamvis primis Sæculis Latinos etiam in funeribus usus fuisse cantico *Alleluja* nos doceat Hieronymus de morte Fabiola scribens: *Tum fama volans tanti præcuratoris luctus, totius urbis populum ad exequias congregabat. Sonabant Psalmi, & avaria tellus Temporum in sublimi quærebatur Alleluja.* Est etiam apud Hægonem Menardum in notis ad Gregorii Sacram officium, cujus hæc sunt primordia: *In primis cantatur Psalmus: In exitu Israel de Ægypto, cum Antiphona, vel Alleluja.* Nec tamen Græcorum signa lætitiæ, nec tessera tristitiæ Latinorum in funeribus Fidelium unum vel alterum ritum reddunt irrationabilem, cum Fidelis Defunctus spectari possit & ut filius veteris Adæ tristitem mortem sentiant, in totam ejus posteritatem latam, expertus, alioque caducitatis rerum humanarum suo fato admonens, & fortassis in flammis purgantibus debitas penas luens, quibus omnia signa tristitiæ congruunt: & ut in spem filiorum Dei per lavacrum Baptismatis adoptatus, atque in Christo Salvatore suo Defunctus, cui, utpote hujus vitæ miseris perfuncto, & jam æternæ beatitudinis certo, gratulandum sit.

26. Thuris in funeribus Christianorum usus æque antiquus est, ac ille Hymnorum, & Psalmorum, ac Cæcerorum accensorum, quin antiquiora de eo præstant documenta.

Thuris & aromatum copiam in funeribus Christianorum consumi solitam Sæculo III. scribit Tertullianus in Apologetico adversus Gentes c. 42. *Thura plane non emimus; si Arabie queruntur, scient Sabæi, puris & charioris suas merces Christianis sepeliendis proficisci, quam Diis fumigandis.* Et S. Ephrem in suo Testam. ita habet: *Oro vos quoque dilectissimi, ne cum aromatis me sepeliatis; date*



evaporationem fumi boni odori in domo Domini: me orationibus vestris comitami, & aromata Deo offerre. Et Nili Junioris defuncti discipulus Bartholomeus funus ejus describens: Totam noctem illam, inquit, in Psalmis & funereis Hymnis cantandis peregrimus: mane vero cum cereis, & incenso, & cantibus, lactulo sublato, corpus extulimus.

27. Græci in suis funeribus æque ac Latini ritum injectionis terræ super sarcophagum Defuncti observant; de aqua tamen benedictæ asperione, apud Latinos ultatæ, nulla in eorum Rituali fit mentio, sed ejus loco olei infusione utuntur.

Primum partem docet rubrica postrema officii exequiarum, in qua legitur: Et cadaver in monumento deponitur. Sacerdos vero terram batillo tollens superinficit Cadaveri. Et S. Bernardus serm. 26. in Cant. Indutus, inquit, Sacerdotibus salutem orationem propria ore compleri: terram meis manibus ex more jaci super dilectam corpus, terram & ipsum futurum.

Alterâ pars ex eodem Rituali Græcorum L. cit. adhibetur: pergit enim Rubrica: his peractis cadaveri superinfundunt Lampadis oleum, aut è thuribulo cinerem, nulla mentione asperionis æque benedictæ facta. Qui ritus, quando in Latina Ecclesia experit, me latet. Antiquissimum esse suspicari licet, quod usus aque lustralis jam Sæculo V. ad varias functiones religiosas adhiberetur, ut suo loco ostendemus.

28. A primis Ecclesiæ Sæculis oblationes pro Defunctis à Fidelibus peragebantur.

Harum oblationum (de quibus susus alibi) meminit Tertull. lib. de monogamia c. 10. ubi de officio viduæ Fidelis erga maritum ita scribit: *Etiam vero & pro anima ejus orat, & refrigerium interim adposulat ei, & in prima resurrectione consortium, & offert annuis diebus*

dormitionis ejus. Similia habet lib. de exhort. cast. cap. 11. & S. Cyprianus ep. 66. ad Clerum & Plebem Furoitanam: *Ideo Victor, cum contra formam nuper in Concilio à Sacerdotibus datam Geminium Faustinum Presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est, quod pro dormitione ejus apud nos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in Ecclesia frequentetur.* Pro ejus intelligentia notandum est ex Thomassino p. 3. lib. 1. cap. 12. quod sicut Fideles vivi excommunicati, aut certis criminibus obnoxii ab oblationibus faciendis, ita & mortui hujusmodi à participandis arctati sunt; eo quod illæ oblationes essent tessere communionis Fidelium, & juris ad participandum corpus Christi, de quibus suo loco susus.

#### DISSERTATIO DOGMATICA, An Ritus Sepulturæ Catholicorum sint rationabiles?

29. DE Ritibus hucusque enumeratis, atque ab universali Ecclesia approbatis contra Novatores nostros dispositionem suscipimus, non de abusus particularium hominum occasione funerum committi solitis. Consistuntque in precibus Sacerdotum, ac Missæ Sacrificio pro Fidelibus Defunctis Deo offerri solitis. In Hymnis item ac Canticis, quibus iidem parentamus. Thuris quoque fumigatione, aque lustralis asperione, ac terræ super tumbam injectione. Ac demum in Fidelium oblationibus, ac elemosinis pro animabus Defunctorum fieri consuevis.

30. Qui notas historicas de his ritibus præsentis s. datas legerit, fortasse mirabitur hæreticos nostri temporis eo audaciter devenire potuisse, ut ea irrideant, quæ tamen Sæculo III. inter Fideles, tanquam à Patribus accepta, communi usu absque ulla hesitatione celebrabantur, qualiter de ritibus funeralibus majori ex parte demonstratum est. Sed scire oportet,

eorum receptiores, dum videant se circa controversa Religionis capita ex auctoritatibus Sæculi II. & III. premi, & quidem, postquam beneficio criticæ Historiæ Ecclesiasticæ in orbe Catholico plenam meridiem nacta est, vehementer; Patrum suorum stabile refugium, Ecclesiæ nempe Catholico-Romanæ Sæculo V. à Christo apostatate coepisse, usque eo perducere, ut Regnum superstitiosum Sæculo III. quin II. Christiano Orbi irrepissile circa plurima nos inter & ipsos controversa capita præterant. Quo solo traditionis vim ac energiam se subterfugere confidunt ingrati posterii Patrum horum Sæculorum, qui sanguine suo fidem Christi ad nos derivarunt. Unde Fleischerus in sua manu ductione ad Jus Ecclesiasticum Protestantium c. 12. non formidat de oblationibus Fidelium pro defunctis tempore Tertulliani, & Cypriani, seu Sæculi III. initio communiter, adeoque certissime ex traditione majorum fieri solitis pronuntiare: *Dieses war also zu denen Aberglaubischen Zeiten, ein vortheiliches Mittel die Kirchen zu bereichern, indeme ein jeder gerne alle das seinige hingab, umb den Himmel zu erlangen, und auch die seinigen aus dem Fegfeuer zu erretten.* §. 18. *Hoc itaque superstitiosus illis temporibus excellens erat medium Ecclesiæ ditandi; quoniam consequendi Regni Cælestis, susque à Purgatorio liberandi gratia, sua quilibet lubens conferebat.* Quo loco Jurilconsultus ille Heterodoxus non tantum gravissimam superstitiosam calumniam impingit Ecclesiæ adolescenti, verum etiam falsum aperte committit, dum oblationes Fidelium ditandarum Ecclesiarum causa introductas (sit venia verbo) mentitur. De quo argui potest ex Tit. 5. hujus libri de Præbendis, & Titulo seq. dum de oblationibus acturi sumus, redargueturi. Non immerito proinde aliquot ab hinc annis à quodam viro docto, professione externa Lutheranæ, re tamen fortasse Naturalista,

Tom. II.

dicitur est mihi, quod primus passus ad abjicienda religionis revelata præjudicia Catholico faciendus sit per susceptionem Lutheranismi; eo quod reformatio Protestantium contra apertam traditionem Christianorum, etiam nascentis ipsius Ecclesiæ facta, homini à præjudiciis libero, & consequenter Novatorum dictatum placitis primorum Christianorum præferre non valenti, facile eam inspiret indifferantiam, qua omnibus revelatarum religionum jugum portantibus compatiatur. Hæc ille.

31. Nos, qui nolumus esse sapientiores Patribus nostris, & periculosas novitates devitare volumus, firmiter persequi contra omnes profanos de evidentia credibilitatis mysteriorum nostræ fidei, & contra Dominos Protestantes de insubilitate visibilibus Ecclesiæ, Ritus enumeratos circa Sepulturam Fidelium defendendos suscipimus, non tantum ex eo, quod fere omnes nascenti Ecclesiæ coevi sint, id quod jam præstitimus; verum etiam quod nihil à ratione ianocua cæremoniæ alienum contineant, quamvis ad amussim Wolfstanam lib. 1. tit. 8. à N. 29. exhibitam expendantur.

32. Et quidem, quod preces Sacerdotis, Missæ Sacrificium, & oblationes pro Fidelibus Defunctis exhiberi solitas attinet; hi Ritus, supposita veritate dogmatis de exilentia Purgatorii, prono alveo flunt, atque justificantur. Causam autem Catholicorum sententia frontem prevalentem exporrigit placitis negativis Protestantium, & tamen ibi legitur: *Virum fortissimum Judam, facta collatione, misisse duodecim millia drachmas argenti Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiose de Resurrectione cogitantem;* — ubi &

O

sub.



subditur: *Sancta ergo & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* Demum autem, quod Author horum librorum historicum nudum egerit, non inspiratum hominem, cuius tamen contrarium à nostris Criticis demonstratur; id saltem evincemus, Judæos nobiscum contra Novatores existentiam Purgatorii credidisse, ad publice professos fuisse, animas ibi detentas Fidelium oblationibus, Sacrificiisque jvari posse. Quod quantum prejudicium afferat doctrine contrarie à Luthero homine in Schem Apostolicam, atque in indulgentiis ab eadem promulgatas animato impotentis furore profuse quodammodo, nemo non videt. Cui Testimonio si Jocus illum famosum ex Matth. cap. 12. addamus, utriusque Testamenti paginis Purgatorii existentiam adstruam secure affirmabilis. Sic autem sonat: *Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum S. non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Supponit igitur Christus evidenter aliqua in futuro seculo remitti peccata; at non in inferno, ex quo nulla est redemptio, neque in Cælo, quo nihil inquinatum introibit: igitur in tertio loco, quem Purgatorium appellamus.

33. Sed quid dicant Domini Protestantes ad argumentum, quod suppositis his Scripturæ textibus est peremptorium, quodque omnes illorum subtilitates, quibus cuncte retro herpes, dum sacri eloqui autoritatibus premerentur, sese tueri soleant habuerunt, exiustat, esseit, profertur. Ad argumentum, inquam, ex traditione Ecclesie visibilis ab incunabulis suis adque nostra tempora ininterrupte derivata, que docet tam aperte existentiam Purgatorii? Et quam ex ipsis precibus Sacerdotum, Missæ Sacrificiis, & oblationibus Fidelium seculo III. quin II. pro Defunctis fieri solitis iam demonstravimus? Numquid superstitionis arguet

ipsam juveneam Christi sponfam? Ego pro parte mea, dum tam claros Scripturæ textus pro existentia Purgatorii concipio, eorumque sensum per securissimam primorum Christianorum traditionis regulam assequor; periculosos Novatoribus, sacri eloqui aliquo positivo contrario textu nequaquam mixis, & traditionem Patrum sibi observantem habentibus nuntium, remitto, & prefatos Sepulcræ ritus seipsis iustificatos probos.

34. His autem iustificatis, Hymni, Psalmique à primis Christianis in parentando Fidelibus Defunctis adhiberi soliti probari debeat, esto in finem, ut animabus Defunctorum proficiat, adhibiti fuerint. Discrimen autem Ecclesie Græcæ cum Latina circa prefatos Hymnos, & Psalmos iam iustificatum est h. t. N. 25. injectio item terræ super tumbam Defuncti ex S. Bernardo N. 28. Nec cereis accensis, aut incenso adhibito Sepulcris notio rationabilis exereonia dicit, cum præter alia prioribus lumen fidei in defuncto laxille, & posteriori fumigeram vanitatem rerum caducarum mentibus astantium ingeramus, vel commotiones per exereonia vivificate earum necessitatem non tantum in bene ordinata Republica, verum etiam in Religione inducunt: quemadmodum demonstrat Wolfius loco supra à nobis laudato. Sed neque est explodenda oleorum super defunctos effusio à Græcis usurpata, sicut nec aquæ lustralis aspersio Latinis solemnibus. Rationabile enim esse exereonia Græcorum S. Dionysius, vel certe Author aliquis seculi IV. cap. 7. de Eccl. Hierarchia demonstrat, dum ait: *Memento quia secundum divinam regenerationem ante sacrum Baptisma prima fuit Symboli participatio data iniuncto post integrum vestis denudationem, & unctio-nis oleum. His demum omnibus peractis, oleo respergitur obdormienti; & tunc quidem ad sacra certamina initiatum olei unctio evocabat: hunc vero dum effunditur,*

aitur, ostendit pugnis omnibus perfunditur, omnique ex parte perfectum illum, qui obdormit, quasi certaminis coronam adeptum. Nec cavillari potest aspersio aquæ benedictæ à Latinis adhiberi solita, quemadmodum ex solutione objectionum patet.

## Solvuntur Objectiones.

35. **P**rimo lapidem offensionis inveniant in precibus illis, quibus Ecclesia tum intra, tum extra Missæ Sacrificium pro Defunctis orat: *Ut liberentur de morte aeterna in die illa tremenda, quando Cæli movendi sunt & terra, dum venerit Christus judicare seculum pro ignem.* Item in Offertorio Missæ pro Defunctis: *Libera animas omnium Fidelium Defunctorum de penis inferni, & de profundo lacu, libera eas de ore leonnis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurem.* Denique ante Sepulcrum Defuncti: *Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio.* Non ergo eum, quasumus, tua iudicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei Christiana commendat. Quo iure, inquit, Ecclesia orare potest in die obitus Defuncti, ut eum cum reliquis animabus in extremo die Iudicii liberet à morte aeterna? quæ partiale Iudicium Dei, & hoc irrevocabiter iam, circa ipsum creditur absolutum. Quæ prudentia peit, ut eripiat ab ore leonnis, ne eum absorbeat tartarus? Quæ ipsam credit aut jam absorptum, & tunc non amplius juvabilem, aut non absorptum, & tunc jam extra periculum, ne ore leonnis infernalis absorbeat. Quæ denique fronte rogat Christum, ne intret cum servo suo in iudicium, neve eum sua iudicialis premat sententia, quem in ipso momento mortis iam iudicatum constituit?

36. Ad hoc argumentum, quo etiam

pretendunt, ex precibus Ecclesie à primis Ecclesie seculis pro animabus Fidelium Defunctorum sancti solitis, nequaquam colligi posse Purgatorium, cum ex iis iure colligi etiam possit damnatorum animas ex inferno eripi posse, vel suspensionem eorum, qui in statu gratiæ, & caritatis decedunt, manere salutem ad diem usque Iudicii; respondet Natalis Alexander hist. Eccl. Sac. IV. differt. 45. in qua ex locis sacre Scripturæ à nobis relatis, ex consensu Patrum omnium Seculorum, atque ex ininterruptis precibus Ecclesie pro animabus Fidelium Defunctorum cunctis retro ætatibus Deo Opt. Maximo fundi solitis, existentiam Purgatorii invicte omnino ac fassissime demonstrat; preces Ecclesie mox laudatas referri ad illud inflans, quo animæ à corpore migrant, quæ migratio tunc in memoriam revocatur, cum has orationes Ecclesia fundit, non quidem ut earum liberationem ex inferno pœnis obtineat, sed ut ipsis pœnatum, quas in Purgatorio subeunt, mitigationem, vel integram remissionem impetret: quæ mitigatio, vel remissio beneficium est ad illud consequens, quo ipsas divina miseratio conferendo eis perseverantia donum servavit, ne damnationem aeternam acciderent. Sic Ecclesia, Mysteria Christi celebrando, tempus illud revocat in memoriam, quo nondum perfecta erant, sed à Patriarchis, Prophetis, vel Apostolis, & iustis illorum temporum Viris desiderabantur, vel expectabantur; & eorum voces mutata, illorum confirmationem postulat, non quidem in se & absolute spectatorum, quia de illorum non dabitur adimplerione; sed quoad illorem factus, & gratias ex illis scaturientes, quas membris Christi, illis suis postulat applicari. Eo tendunt preces illæ, quæ Adventus tempore fiunt: *Rorate Cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Salvatorem: & similes, quæ in festis Nativitatis Domini, Passionis,*



& Resurrectionis canuntur: quæ Myſteria illa ab Eccleſia ita celebrari, & recoli ſupponunt, quali adhuc adimplenda eſſent, nondum adimpleta. Qua de re S. Auguſt. Ep. 23. ad Bonif. Ep. ita ſcribit: *Nempe ſape ita loquimur, ut Paſcha propinquant dicamus craſſiam, vel perſequentiam Domini Paſſionem, cum ille ante tam multos annos paſſus ſit, nec omnino niſi ſemel illa paſſio facta ſit. Nempe ipſo die Dominico aſcimus; hodie Dominus reſurrexit; cum ex quo ſurrexit, tot anni tranſierunt. Cur nemo tam ineptus eſt, ut nos ita loquentes arguat eſſe mentitoſ; niſi quia ipſos dies ſecundum illorum, quibus hæc geſta ſunt, ſimilitudinem nuncupamus, ut dicatur ipſe dies qui non eſt ipſe, ſed revolutione temporis ſimilis ejuſ; & dicatur illo die fieri, propter Sacramenti celebrationem, quod non illo die, ſed jam olim factum eſt? nonne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo, & tamen in Sacramento non ſolum per omnes Paſchæ ſolemnitates, ſed omni die populis immolatur; nec utique mentitur, qui interrogatus reſponderit immolari. Hæc S. Auguſtinus, in quotidiano Miſſæ Sacrificiis Chriſtum inveniunt immolari affirmans. Et certe non diſſentiunt hæc in parte Eccleſiæ Proteſtantium à Catholica, dum eodem modo Adventum Domini, Paſſionem & Reſurrectionem, ac Feſta Pentecoſtalia concelebrant, ut eorum Concionalia aperte produunt.*

37. Aliam reſponſionem, in idem tamen redeuntem, ibi adhibet Author egregius; Eccleſiam nimirum ea quandoque à Deo poſtulare, de quibus certiffima eſt, vel quorum jam eſt poſſeſſione donata, ut vehemens deſiderium, ardentiffimumque amorem præſtiti jam à Deo beneficii offendant, cujuſ appendices ab eo precatur. Id quod exemplo Eccleſiæ Græcæ in Liturgia poſt verba Chriſti, quibus Euchariſtia conſecratur, preces fundentis, ut Deus faciat panem pretioſum Cor-

pus Chriſti ſui, confirmat. Ex quibus omnibus, Ritus precandi pro Defunctis in obſeſſione allati, à nota irrationabilis cæremoniæ plene juſtificatur.

38. Secunda petra ſcandali Proteſtantibus eſt, aſperſio aquæ benedictæ ſuper cadavera mortuorum, aut eorum tumbas fieri ſolita; et quod credamus per aſperſionem hujusmodi, ſeu per virtutem aquæ precibus Eccleſiæ benedictæ Fide- libus defunctis impetrari locum refrigerii, lucis, & præcis; è ſepulcris vero, & cæmetæriis omnem infeſtationem malignorum ſpirituum procul abigi.

39. Sed aquæ luſtralis benedictionem, ejuſque ad dæmoneſ pellendos vim, alioſque effectus nos eſt Apoſtolica Traditione credere lib. V. Tit. 28. demonſtrabimus. Quid de ea habeat Clemens, ſeu alius Auctor Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 8. c. 29. hæc interin opponimus: *De aqua autem & oleo — conſtituo ego Matthei, ut benedicat Epicoſopus aquam aut oleum. Sin vero non adſit, benedicat Presbyter præſente Diacono. Quando autem aderit Epicoſopus, aſſiſtanti Presbyter & Diacono. Hunc vero in modum dicat: Domine Sabbath, Deus virtutum, Creator aquarum, miſericors, & hominum ſtudioſe, qui dediſti aquam ad potum, & expurgationem, — & nunc per Chriſtum ſanctifica hanc aquam — nomine illius, qui obtulit, & da vim effectivam ſanctitatis, morborumque expulſivam, Demonum fugatricem, omnium infidiarum proſtigatricem, per Chriſtum Spem noſtram. Non tamen diſtremur ritum trine aſperſionis vel turificationis non eſſe æque antiquum, ac alioſ enumeratos; nulla enim mentio ſit trine turificationis, uti nec aſperſionis aquæ luſtralis in Rituali Ratholdi, quod ſub finem Sæculi IX. ſcriptum credit Menardus, indicium, hoſ Ritus eſſe recentioris inſtituti, aut ſaltem in Eccleſia, ad cujuſ uſum hoc Sacramentarium erat ſcriptum, tunc nondum fuiſſe receptoſ.*

Ri.

Rituale Romanum uniuſ tantum aſperſionis, & turificationis meminit. Scitur enim nihil adeo varium olim fuiſſe pro

varietate Eccleſiarum, quam Rituum ac precum ſimilium uſus.

## TITULUS XXX.

## De Decimis, Primitiis, &amp; Oblationibus.

1. Inter bona temporalia, quibus in primitiva Eccleſia aiebantur Altaris ſancti Miniſtri, principem locum tenebant decimæ, primitiæ, & oblationes Fideſium, de quibus præſens agit Titulus. Cum enim lege naturali onus alendorum ſacerorum Miniſtrorum ſibi incumbere noſſent primi Chriſtiani, eamque legem à Chriſto diſcretis verbis legerent confirmatam, utpote qui Apoſtoliſ Matth. 10. v. 10. aperte ſuaſit: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas, &c. rationem ſubdens: Dignus eſt enim operarius cibo ſuo; atque Luca 10. v. 7. illoſ juſſit manere in eadem domo edentes, & bibentes, que apud illoſ ſunt; eo quod dignus ſit operarius mercede ſua: ſimulque viderent, populum Judaicum ex mandato Dei, Miniſtroſ legis Moſaicæ deputatos decimarum, primitiarum, ſpontaneique oblationibus aluiſſe, facile in id quæſe erant inclinabileſ, & inclinati, ut ſimili economiæ Miniſtroſ Evangelii, qui, omnibus terrenis negotiis poſtpoſiti, in hoc ſolum eſſent intenti, ut ſpiritualia ipſiſ ſeminarent, de condigno ſuſtulerent; nimirum per decimas, primitiæ, & oblationes communi eorum Gazaphylacio factas. De quibus præſenti Titulo notas hiſtoricas damus.*

§. I.

## De Decimis.

1. Quamvis præſtatio alimentorum facris Miniſtriſ debita ſit jure naturali, & hinc præceptum de ſolvendis

Decimis in Lege Moſaica ſub hoc reſpectu fuerit morale, à Chriſto minime abrogatum, quin LL. mox citatiſ confirmatum; nihilominus, in quantum hæc præſtatio alligata fuerat ad decimam partem frugum, nullatenus morale fuit, ſed judiciale, neque à Chriſto ad novi Teſtamenti Miniſtroſ perductum.

Hæc ſententia eſt S. Thomæ 2. 2. q. 87. a. 1. in (-) ubi ait: *Sic ergo patet, quod ad ſolutionem decimarum homines tenentur, partim quidem jure naturali, partim etiam ex inſtitutione Eccleſiæ; que tamen, penſatiſ opportunitatibus temporum, & perſonarum, poſſet aliam partem determinare ſolvendam. Quæ Doctõriſ Angeliciſ conſenſu unanimi Theologorum & Recentiorum Canoniarum calculo probatur, & ubique gentium recepta eſt, exploſa quorundam antiquorum Canoniarum opinione, qui volebant populum Chriſtianum ad ſpecificam ac determinatam decimarum ſolutionem, non minus quam populum Judaicum præcepto divino, nulla conſuetudine abolendo, obligari, uti habet Cl. Van Eſpen Juſis Eccl. univ. p. 2. Tit. 33. c. 1. N. 4. & patet ex eo, quod Adverſarii nullum locum ex novo Teſtamento adducere valeant, qui legem Decimarum Moſaicarum ſeu materialium ad Chriſtianos extendat; confirmarique poſſet, quod juxta dicenda, Decimæ in naſcente Eccleſia non videntur fuiſſe in uſu, minus in præcepto, nec poſtremis hiſce Sæculis ubique vigeant.*

3. Non videtur ullo poſitivo teſtamento adſtrui poſſe, Fideleſ, duranteſ hiſce Inpe-



& Resurrectionis canuntur: quæ Myſteria illa ab Eccleſia ita celebrari, & recoli ſupponunt, quali adhuc adimplenda eſſent, nondum adimpleta. Qua de re S. Auguſt. Ep. 23. ad Bonif. Ep. ita ſcribit: *Nempe ſape ita loquimur, ut Paſcha propinquant dicamus craſſiam, vel perſequentiam Domini Paſſionem, cum ille ante tam multos annos paſſus ſit, nec omnino niſi ſemel illa paſſio facta ſit. Nempe ipſo die Dominico dicimus; hodie Dominus reſurrexit; cum ex quo reſurrexit, tot anni tranſierunt. Cur nemo tam ineptus eſt, ut nos ita loquentes arguat eſſe mentito; niſi quia ipſos dies ſecundum illorum, quibus hæc geſta ſunt, ſimilitudinem nuncupamus, ut dicatur ipſe dies qui non eſt ipſe, ſed revolutione temporis ſimilis ejus; & dicatur illo die fieri, propter Sacramenti celebrationem, quod non illo die, ſed jam olim factum eſt? nonne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo, & tamen in Sacramento non ſolum per omnes Paſchæ ſolemnitates, ſed omni die populis immolatur; nec utique mentitur, qui interrogatus reſponderit immolari. Hæc S. Auguſtinus, in quotidiano Miſſæ Sacrificiis Chriſtum inveniunt immolari affirmans. Et certe non diſſentiunt hæc in parte Eccleſiæ Proteſtantium à Catholica, dum eodem modo Adventum Domini, Paſſionem & Reſurrectionem, ac Feſta Pentecoſtalia concelebrant, ut eorum Concionalia aperte produunt.*

37. Aliam reſponſionem, in idem tamen redeuntem, ibi adhibet Author egregius; Eccleſiam nimirum ea quandoque à Deo poſtulare, de quibus certiffima eſt, vel quorum jam eſt poſſeſſione donata, ut vehementer deſiderium, ardentiffimumque amorem præſtiti jam à Deo beneficii offendant, cujus appendices ab eo precatur. Id quod exemplo Eccleſiæ Græcæ in Liturgia poſt verba Chriſti, quibus Euchariſtia conſecratur, preces fundentis, ut Deus faciat panem pretioſum Cor-

pus Chriſti ſui, conſirmat. Ex quibus omnibus, Ritus precandi pro Defunctis in obſeſſione allati, à nota irrationabilis cæremoniæ plene juſtificatur.

38. Secunda petra ſcandali Proteſtantibus eſt, aſperſio aquæ benediçtæ ſuper cadavera mortuorum, aut eorum tumbas fieri ſolita; et quod credamus per aſperſionem hujusmodi, ſeu per virtutem aquæ precibus Eccleſiæ benediçtæ Fide- libus defunctis impetrari locum refrigerii, lucis, & præcis; è ſepulchris vero, & cæmetæriis omnem infeſtationem malignorum ſpirituum procul abigi.

39. Sed aquæ luſtralis benediçtionem, cuiusque ad dæmones pellendos vim, alioſque effectus nos ex Apoſtolica Traditione credere lib. V. Tit. 28. demonſtrabimus. Quid de ea habeat Clemens, ſeu alius Auctor Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 8. c. 29. hæc interin opponimus: *De aqua autem & oleo — conſtituo ego Matthei, ut benedicat Episcopos aquam aut oleum. Sin vero non adſit, benedicat Presbyter præſente Diacono. Quando autem aderit Episcopos, aſſiſtanti Presbyter & Diacono. Hunc vero in modum dicat: Domine Sabbath, Deus virtutum, Creator aquarum, miſericors, & hominum ſtudioſe, qui dediſti aquam ad potum, & expurgationem, — & nunc per Chriſtum ſanctifica hanc aquam — nomine illius, qui obtulit, & da vim effectivam ſanctitatis, morborumque expulſivam, Demonum fugatricem, omnium infidiarum proſtigatricem, per Chriſtum Spem noſtram. Non tamen diſtremur ritum trine aſperſionis vel turificationis non eſſe æque antiquum, ac alios enumeratos; nulla enim mentio ſit trine turificationis, uti nec aſperſionis aquæ luſtralis in Rituali Ratholdi, quod ſub finem Sæculi IX. ſcriptum credit Menardus, indicium, hos Ritus eſſe recentioris inſtituti, aut ſaltem in Eccleſia, ad cuius uſum hoc Sacramentarium erat ſcriptum, tunc nondum fuiſſe receptos.*

Ri.

Rituale Romanum unius tantum aſperſionis, & turificationis meminit. Scitur enim nihil adeo varium olim fuiſſe pro

varietate Eccleſiarum, quam Rituum ac precum ſimilium uſus.

## TITULUS XXX.

## De Decimis, Primitiis, &amp; Oblationibus.

1. Inter bona temporalia, quibus in primitiva Eccleſia aiebantur Altaris ſancti Miniſtri, principem locum tenebant decimæ, primitivæ, & oblationes Fideſium, de quibus præſens agit Titulus. Cum enim lege naturali onus alendorum ſacerorum Miniſtrorum ſibi incumbere noſſent primi Chriſtiani, eamque legem à Chriſto diſcretis verbis legerent confirmatam, utpote qui Apoſtoliſ Matth. 10. v. 10. aperte ſuaſit: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas, &c. rationem ſubdens: Dignus eſt enim operarius cibo ſuo; atque Luca 10. v. 7. illos juſſit manere in eadem domo edentes, & bibentes, que apud illos ſunt; eo quod dignus ſit operarius mercede ſua: ſimulque viderent, populum Judaicum ex mandato Dei, Miniſtros legis Moſaicæ deputatos decimarum, primitiarum, ſpontaneisque oblationibus aluiſſe, facile in id quæſe erant inclinabiles, & inclinati, ut ſimili economiæ Miniſtros Evangelii, qui, omnibus terrenis negotiis poſtpoſitis, in hoc ſolum eſſent intenti, ut ſpiritualia iſtis ſeminarent, de condigno ſuſtulerent; nimirum per decimas, primitias, & oblationes communi eorum Gazaphylacio factas. De quibus præſenti Titulo notas hiſtoricas damus.*

§. I.

## De Decimis.

1. Quamvis præſtatio alimentorum facris Miniſtris debita ſit jure naturali, & hinc præceptum de ſolvendis

Decimis in Lege Moſaica ſub hoc reſpectu fuerit morale, à Chriſto minime abrogatum, quin LL. mox citatis confirmatum; nihilominus, in quantum hæc præſtatio alligata fuerat ad decimam partem frugum, nullatenus morale fuit, ſed judiciale, neque à Chriſto ad novi Teſtamenti Miniſtros perductum.

Hæc ſententia eſt S. Thomæ 2. 2. q. 87. a. 1. in (-) ubi ait: *Sic ergo patet, quod ad ſolutionem decimarum homines tenentur, partim quidem jure naturali, partim etiam ex inſtitutione Eccleſiæ; que tamen, penſatis opportunitatibus temporum, & perſonarum, poſſet aliam partem determinare ſolvendam. Quæ Doctores Angelici conſenſu unanimi Theologorum & Recentiorum Canonistarum calculo probatur, & ubique gentium recepta eſt, exploſa quorundam antiquorum Canonistarum opinione, qui volebant populum Chriſtianum ad ſpecificam ac determinatam decimarum ſolutionem, non minus quam populum Judaicum præcepto divino, nulla conſuetudine abolendo, obligari, uti habet Cl. Van Eſpen Juſis Eccl. univ. p. 2. Tit. 33. c. 1. N. 4. & patet ex eo, quod Adverſarii nullum locum ex novo Teſtamento adducere valeant, qui legem Decimarum Moſaicarum ſeu materialium ad Chriſtianos extendat; confirmarique poſſet, quod juxta dicenda, Decimæ in naſcente Eccleſia non videntur fuiſſe in uſu, minus in præcepto, nec poſtremis hiſce Sæculis ubique vigeant.*

3. Non videtur ullo poſitivo teſtamento adſtrui poſſe, Fideles, duranteſ Imp-



Imperatorum persecutionibus, seu per tria priora Saecula positivo aliquo Ecclesiae precepto adstrictos fuisse ad perfolvendum Clero decimas materiales, seu decimam partem suorum frugum, &c. Quin contrarium ex autoritate Actuum Apostolorum, Patrumque illorum Saeculorum aditru potest.

Prima pars ex silentio generali tum Scripturae, tum Auctorum illius aevi clarescit quae insuper laedatur:

Probando secundam. In actis enim Apostolorum c. 4. legimus, Fideles, quibus abundantior erat substantia, initio nascentis Ecclesiae, non tantum Ministros Ecclesiae, verum etiam egentes confratres facultates ex eis dividitae pretio per dispensationem Apostolorum, aliorumve aluisse, aut saltem largis elemosynis, à Ministris deputatis collectis, eorundem necessitatibus luceat. Sic enim legimus Actor. 4. v. 34. Neque enim quisquam egenus erat inter illos: quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferbant pretia eorum, quae vendebant. Et ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Et cap. 11. v. 29. & 30. Discipuli autem (Antiochiae commoantes) prout quisque habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantium in Iudaea fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad Seniores per manus Barnabae, & Sauli. Qui posterior modus succurrendi necessitatibus Ministrorum & pauperum Fidelium per elemosynas abundantium longe distinctus à decimis, primitiis, & oblationibus, de quibus praesenti Titulo commentationes historicas instituiimus, videtur perseverasse usque ad tempora Constantini M. uti patebit legenti Titulum V. huius Libri de Praebendis: quamvis ibidem non negaverimus, etiam ante hunc Imperatorem Ecclesiam praediis, fundisque stabilibus à Fidelibus subinde dotatam fuisse, primitiisque, & obla-

tiones ad altare iam his saeculis in communi usu fuisse infra simus probaturi. Ibidem relata confirmari possunt ex Sancto Cypriano Saeculi III. Patre, qui lib. de unit. Eccl. ait: *At nunc de Patrimonio nec decimas damus.* Et ep. 66. ad Clerum & populum Furnitanorum ostendere volens Sacerdotes per facularia negotia ab officio Altaris non esse abstrahendos, atque propterea in Veteri Lege assignatas fuisse decimas de fructibus terrarum, quae aliis Tribus erant assignatae, subiungit: *Quae nunc ratio & forma in Clero tenetur, ut qui in Ecclesia Domini ordinatione clerica promovetur, in nullo ab administratione divina avocetur, nec molestus ac negotiis secularibus alligetur: sed in honore sportulantium fratum, tanquam decimas ex fructu accipientes ab altari & Sacrificiis non recedant: sed die ac nocte caelestibus rebus & spiritui alii serviant.* Haec enim palam supponunt, tempore Cypriani sportulas vicem decimarum subisse. Postquam nimirum crescente in dies numero Fidelium, & Episcopis & Fidelibus in mentem venisset, expeditius fore, consultisque, ut fundi ipsi redirentur, uti perennes elemosynarum fontes deinceps futuri.

4. Haec sportulae, seu collectae Saeculo II. in extraordinarias, & in ordinarias auctoritate Episcoporum erant partitae.

Extraordinariae, urgente nova quadam necessitate, ab Episcopis indicbantur, à Fidelibus nihilominus spontanea caritate perfolvenda; puta, si quando ab infidelibus redimenda erat potestas congreganda in religiosas synaxes christianae multitudinis, &c. De quibus eos redarguit ab eorum communiione iam separatus infelix Tertullianus lib. de Ieiunio adv. Pscylli. & de fuga in persecut. sed immo-

Ordinariae à Fidelibus quolibet mensis, aut quolibet etiam die dominico in gazophylacium, arcam, corbonam, & au-

con-

coneam; (cujus curam & rationes probati quidam Seniores gerebant) dum divinis interessent, pro virili mittebantur. Unde circa Saeculi II. medium affirmat S. Iustinus Martyr, Fideles omnes ruris, urbisque convenisse quolibet dominico die ad solemne sacrum: quo expleto pro sua quisque substantia & pietatis modo conferebat in ararium quoddam sacrum, unde Pastor in pauperes & aegrotos, viudas & orphanos, hospites & peregrinos erogaret. *Qui copiosiores sunt, inquit, & volunt, pro arbitrio quisque suo, quod visum est, contribuunt; & quod ita colligitur, apud Praepositum deponitur: atque inde opitulatur pupillis & viduis, & his, qui propter morbum, & aliam ob causam egent.* Et Tertullianus: *Praesident probati quinque Seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti; neque enim pretio ulla res Dei constat; etiam si quod aere genus est, non de oneraria summa quasi redemptio religionis congregat. Medicam unusquisque sibi mensurae dicit, sed cum velit, & si modo possit, apponit; nam nemo compellitur, sed sponte confert.* Quibus ex locis duo notanda veniunt, quorum primum est, Corbonas quidem illas auctoritate Episcoporum fuisse erectas, Fidelesque ad elargiendas elemosynas exhortatos, ad harum tamen certam quotam, sive portionem neminem fuisse compulsum, aut, quemadmodum postea ad decimas, obligatum. Secundum, nullam his in locis fieri mentionem pecuniae ex corbona in Clerum distribuenda; cum tamen ex Cypriano supra relato in agrico sit, eos sportulantium fratrum catalogo fuisse adscriptos: ex quo apparet, eos pauperum nomine ab his Authoribus fuisse comprehensos, atque ut tales ab Ecclesia ex his gazophylaciis, ex praediis, vel etiam ex licito artificio, aut negotiatione, quorum meminerunt Scriptores, & Concilia horum Saeculorum apud Theodos. p. 3. lib. 1. c. 3. ac denique ex oblationibus

ad altare hac aetate iam fieri solitis, ut infra videbimus, fuisse alios.

5. Patres nihilominus horum Saeculorum Fideles ad decimas Clero elargiendas subinde exhortati sunt.

Id fecit Irenaeus lib. 4. cap. 34. sed fuisse illud exequitur Origenes hom. 11. in Num. ubi ait: Quomodo ergo abundantia iustitia nostra plusquam Scribarum & Pharisaeorum, si illi de fructibus terra suae gassare non audent, priusquam primitias Sacerdotibus non offerant, & Levitis decima separentur: & ego nihil horum faciens fructibus terrae ita abutor, ut Sacerdo nesciat, Levites ignoret, divinum altare non sentiat?

6. Relecta sub Constantino Imperatore Ecclesiae pace, quod Saeculi IV. initio accidit, frequentiores Patrum ad decimas Sacris Ministris perfolvendas, legimus exhortationes; nullis tamen adhuc Legibus hoc & sequenti Saeculo videtur fuisse sancitae.

Ad decimas in Ecclesia Graeca populum excitabat S. Joannes Chrysost. hom. 1. in ep. ad Ephesios dicens: Nam quid Iudaei non faciebant? decimas, & rursus decimas praebant Orphanis, Viduis, Proselytis: hic aut ille dat decimas: quanto hoc est plenum probro & dedecore, si quod apud Iudaeos non habebatur in admiratione, hoc apud Christianos factum est admirabile? Si tunc erat periculum decimas non relinquere, cogita quantum nunc sit? Inter Latinos vero Patres S. Hieronymus in commentariis ad Malachiam c. 3. quia decimas & primitias Levitis populus non reddebat, se ipsum dicit Dominus fraudem sustinere; — cur non in Ministris suis ipse decimas accipiat, & si non datur, parte sua ipse privetur? Idem urget S. August. in enarrat. in Psal. 146. dicens decimas vis & decimas exime, quamquam parum sit; dictum est enim, quia Pharisaei decimas dabant, jejuno bis in Sabbato, decimas de omnium, quae posside-



deo. Et quid ait Dominus? Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in Regnum caelorum. Similia repetit S. Pater, itemque S. Hieronymus alius in locis. Quibus concinit Julianus Pomerius de vita contemplat. L. 1. c. 21. ubi invehitur in Pastores sui amantes, gregis immemores, dicens: Lac & lanas ovium Christi, oblationes quotidianas, ac decimas Fideium gaudentes accipimus, & curam pacendorum gregum, à quibus perverfo ordine volumus pasci, deponimus. Ex quibus auctoritatibus, sicut etiam variis decimarum, etiam Monachis his Saeculis persolutorum, exemplis, discimus, & Patres exhortatos fuisse Fideles ad elargiendas in usum Cleri ac pauperum decimas, & has ab ipsis jamjam in hunc finem hinc inde parcius, largiusque persolvi solitas.

Quod autem isthaec disciplina haece Saeculis nulla Lege, nullove Canone sancita, ac stabilita fuerit, ex relatis Patrum exhortationibus satis colligitur. Praefertim ex illa S. Chrysostomi à nobis mox relata: ubi ait, elargitionem decimarum ab uno vel altero subinde factam in oculis aliorum esse aliqui mirabile. In quem locum Lupus Tom. 4. Scholarum in Can. pag. 195. ait: Ex quo videtes decimas tunc fuisse dumtaxat voluntarias & eas quippe non unusquisque, sed hic dumtaxat aut ille dabat, eratque opus admiratione dignum. Nec obstat sermo S. Augustino adscriptus de reddendis decimis, qui non tantum exhortationem ad offerendas decimas continet, sed & rigidum praecipit non obscure supponit Nam 3. dum ait: Decimae enim ex debito requirantur, & qui eas dare noluerit, res alienas invasit. Hunc enim sermonem S. Augustino esse positum Eruditiorum jam noscitur universitas. Neque propositionem nostram convellit Constitutionum Apostolicarum auctoritas, quae lib. 7. c. 30. praefcribunt: Dabis Sacerdotibus omnes primitias tor-

cularis & aere, vindemias & messis, bovum, atque ovium. Dabis omnem decimam papillo, & viduae, & pauperi, & profelyto. Has enim constitutiones Apostolicas suppositas, & Saeculo V. adhuc fere ignotas probavimus lib. 1. tit. 2. c. 2. §. 2. quamvis ibi adverterimus, eas disciplinam 4. primorum Saeculorum majori ex parte referre, cum ex illa ab Authore constare sint, qui etiam ex more apud Christianos his Saeculis vigente, quantum ad primitias, & oblationes, & hinc inde quantum ad decimas, presentem constitutionem procedisse videtur.

7. Saeculo VI. igitur in Latina Ecclesia decimarum usus, qui Saeculo V. ob Patrum ad eas in usum Cleri, Pauperum, ac miserabilium Personarum elargiendas, frequentes exhortationes jam multis in locis invaluit, atque fortassis in una vel altera Diocesi praecipuus fuit, Legibus Canonice passim sanciti capuit.

Hanc propositionem ita limitamus, quod Concilia hujus Saeculi decimarum onus Fidelibus imponenda passim ad consuetudines, & quidem antiquas, provocent, quodque eruditi, qui S. Augustino Epist. N. praeced. relata, in qua decimae supponuntur praecipua, abjudicant, eam Gratiano Arelatensi, qui sub finem Saeculi V. floruit, tribuendam patent. Itaque Maticensis Concilium II. A. 585. celebratum primum creditur fuisse, quod decimas materiales, seu decimam frugum partem sacris Ministris à Fidelibus persolvi discretis verbis praecipit, dum Can. 5. ait: Nunc autem paulatim praevicariatores Legum Christiani posse omnes ostenduntur, dum ea, quae divinitus sancita sunt, adimplere negligunt. Unde statumus ac decernimus, ut mos antiquus à Fidelibus reparetur, & decimas Ecclesiasticis famulantibus carceroniis populis omnis inferat: quas Sacerdotes in usum pauperum, aut in captivorum redemptionem praerogantes, suis orationibus pacem populo ac salutem impentent. Si quis autem

autem contumax nostris statutis saluberimus fuerit, à membris Ecclesiae omni tempore separetur. Decimas formales, seu congrua Clericis stipendia lege divina praecipua edicit praesens Concilium; materiales in hunc finem Fidelibus, consuetudine jam aliunde consecratis, praecipit. Post hoc vero decretum plurimi in Ecclesia Latina emanarunt Canones eandem decimarum solutionem urgentes & praecipientes. Sic in Capitulari Caroli M. A. 801. c. 6. decernitur: Ut unusquisque Sacerdos cunctos sibi pertinentes erudiatur, ut sciant qualiter decimas totius facultatis Ecclesiae divinis debite offerant. Admodum vero notandum est, quod e. 7. ibidem adjungitur: Ut & ipsi Sacerdotes populi suscipiant decimas, & nomina eorum, quicumque dederint, scripta habeant, & secundum auctoritatem Canonice coram testibus dividant, & ad ornamentum Ecclesiae primam eligant partem: secundam autem ad usum pauperum vel peregrinorum per eorum manus misericorditer cum omni humilitate dispensent: tertiam vero sibi partem ipsis soli Sacerdotes reservent. Concinit Concilium Taronenis A. 813. celebratum, cujus Canone 16. decernitur: Ut decimas, quae singulis dabuntur Ecclesiis per consulta Episcoporum à Presbyteris ad usum Ecclesiae & pauperum summa diligentia dispensentur. Imo, quod amplius est, ab eo tempore, non tantum Episcopi, sed & Imperatores & Principes populum ad solvendas decimas constrinxerunt; ut patet ex libro 2. Capitularium cap. 39. ex Capit. Wormatiensi sub Ludovico Pio A. 829. edito, tit. 1. c. 6. Plures quoque Canones decimas Clero à Laicis Fideliter pendendas praecipientes in suum Decretum Saeculo XII. retulit Gratianus 16. q. 1. & q. 7. ac alibi.

8. Apud Graecos Saeculo VI. Jus decimandi consuetudine Clericis fuit stabilitum, cui tamen intercessere Imperatorie sanctiones, ex quibus etiam natum

videtur, quod decimae in hac Ecclesia in desuetudinem abiverint, alia pensione Clericis substituta.

Prima Pars constat ex L. 39. cod. de Episc. & Cleric. ubi dicitur: Non oportet Episcopos, aut Clericos cogere quosquam ad fructus offerendi, aut angarias dandas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathematizare, aut denegare communionem, et idcirco non baptizare. Quamvis usus ista obtinuerit. Transgressor cadit ab Ecclesia, & administratione ipsius, & dat 10. libras.

Quantum ad 2. p. quamvis in laudata constitutione expressa habeatur limitatio, quod Constantinopoli & in ejus territorio solum obineat. Haec vero, verba sunt ejus, obtinent in sola Imperatrice (Civitate) & territorio ejus, & locis ad eam, qui à Patriarcha ordinantur, pertinentibus, aut ad ordinatos ab his Episcopis. Atque à Photio in Nomo-Canone Saeculo IX. observetur, ei constitutioni locum non esse, nisi Constantinopoli & Metropoliibus, quae ei subjiciuntur: nihilominus decimas in Orientali Ecclesia occasione hujus in desuetudinem subinde abivisse Saeculo XII. & XIII. testantur Innocentius III. cap. 32. h. t. & Honorius III. cap. 11. de transact. ubi in additamento, capitulo ex ejus constitutione à Romanis Correctoribus facta, legitur: Licet Episcopi Graecorum nec percipere decimas — consueverunt. Et confirmari potest ex eo, quod Nov. 4. & 43. Justiniani certa fuerint constituta tributa pro Sacerdotum alimentis, tareturque hujus tributi summa Saeculo XI. in Bulla aurea Isaaci Comneni, è qua taxatione apparet, hoc tributum vices decimarum facile supplere potuisse.

9. Decimae Saeculo IX. in Ecclesia Latina in necessitates Cleri, Fabricae, & Pauperum erant distribuendae.

Propositio haec extra dubitationem aleam posita est N. 7. hujus Tituli. Ex ea vero apparet, pauperes adhuc Saeculo IX. vero



habuisse in reditu Ecclesiasticorum portionem notabilis. Hæc tamen disciplina hoc jam Sæculo non ubique viguit, ut infra N. 11. videbimus.

10. Sequentibus sæculis, dum Clerus à vita communi magis semper magisque recederet, fabricisque Ecclesiarum sui fundi ad conservanda facta recta assignarentur, pauperumque portio determinata non amplius à Clero dispensaretur, (hoc lib. tit. 5. N. 14.) etiam decimæ in jus solum Parochorum per modum Canonice portiones transferunt, invaluitque axioma juris, quod Parochi habeant fundatam intentionem in jure ad percipiendas decimas; quæ disciplina in præsentem usque diem perseverat.

Hanc propositionem probant fere omnia capitula hujus Tituli ab Alexandro III. & Innocentio III. qui Sæculo XII. & XIII. Romanam gubernarunt Ecclesiam, majori ex parte edita, quæ Pastoribus immediatis jus decimandi contra quoscumque, etiam ipsos Episcopos, protegent. Summarium cap. 26. rem totam concipiet, utpote quod veteris discipline abrogationem, & recentioris œconomiam hinc nitide exprimit: *Sine deductione, iniquis, feminis, & sumptuum debent dominis, & colonis decimam solvere, & non cui voluerint Ecclesiam vel pauperibus, sed Ecclesie cui debentur; nec ab hoc excusantur propter malitiam Clericorum. Caput illud editum fuit ab Innocentio III. cui suffragatur jus novissimum Trid. Concilii, in cujus Sess. 25. de Ref. c. 12. edicitur: Non sunt ferendi, qui variis artibus decimas Ecclesie convenientes subtrahere moliantur: aut qui ab aliis solvendas temere occupant, & in rem suam vertunt, enim decimarum solutio debita sit Deo; & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadunt. Præcipit igitur Synodus omnibus cujuscumque gradus & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur,*

*imposterum Cathedrali, aut quibuscumque aliis Ecclesiis vel Personis, quibus legitime debentur, integre persolvant.*

11. Hæc disciplina introducta, Episcopi ipsi & Abbates decimas fundorum obstrictorum Parochis solis dare cogebantur.

Cum A. 813. ad Synodum Cabilonensem II. delata esset querela, quod quidam Episcopi & Abbates decimas non fuerent dari Ecclesiis, ubi illorum coloni Missas audiunt, decrevit sacer. Conv. Can. 19. *Ut Episcopi & Abbates de agris & vineis, que ad suum & fratrum stipendium habent, decimas ad Ecclesias deferri faciant; familia vero ibi decimas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni curriculum Missas audiunt.* Quod autem solis Parochis private etiam ad Seniores, seu, ut modo loquimur, Capellanos, tam jam deberentur decimæ, ex Concilio Metensi A. 888. celebrato manifestum sit, utpote in quo Canone 2. statuitur: *Ut deinceps nemo Seniorum de Ecclesia sua accipiat de decimis aliquam portionem, sed solummodo Sacerdos, qui eo loco servit, ubi antiquitus decimæ fuerant consecratæ, ipse eas cum integritate accipiat in sui sustentationem, & ad luminari concinnanda, & Basilicæ ædificia, vestimenta quoque sacerdotalia, & cetera utensilia suo ministerio congrua obtinenda.* Qui ea, quæ in Titulum V. hujus Libri de præbendis annotavimus attente mente persolverit, non mirabitur, Sæculo IX. tam diversa circa distributionem decimarum decerni, ut nimirum nunc Parochus, Clerus, fabrica, & pauperes jus in eas habere dicantur, nunc Parochus, excluso Clero, pauperibus tribui jubeantur, ad Ecclesie tamen fabricam, sacramque suppellectilem etiam applicande. Ibi liquidem monstravimus Sæculo IX. Beneficia curata quantum ad jus percipiendi proventus intra limites determi-

mi-

minate Parochiæ à dispositione Episcoporum coeppisse subtrahi, atque multis in locis stabiliri, ita ut Parochiani, qui prioribus Sæculis similes proventus ad Episcopos destinarent, pro rata Clero, pauperibus, atque Ecclesiarum fabricis applicandos, eos Presbyteris, qui sibi Sacramenta ministrabant, nec jam ad libitum, quemadmodum prioribus Sæculis, ab Episcopis erant amovibiles, conferrent; subinde cum onere partiendi eos in pauperes, atque Ecclesie fabricam, aut cooperantem Clerum, subinde vero (id quod sequentibus Sæculis stabilitum est) ipsis solis, velut Canonice portionem, persuetudos. Cum ergo decimæ principaliorem proventuum Beneficiorum Curatorum partem his Sæculis constituerint, non mirum, quod eorum naturam, quantum ad relatum œconomiam, fuerint secuta.

12. Sæculo IX. variis Titulis decimæ ipse ad Laicos devolutæ sunt.

Hos ordine referemus. Non autem loquimur hic de decimis profanis, quas Principes aut nobiles ab iis exigebant, quibus terras suas, præcipue incultas in emphyteusim dabant ea conditione, ut certa pars fructuum ab emphyteutis solveretur dominis directis, quæ pars fructuum subinde decima vocata fuit; cum census iste omni ex parte consideratus mere profanus sit. Neque de Nonis, quas hoc Sæculo quidam Laici spontanea liberalitate ultra decimas debitas solvebant Ecclesiis, cum hæc à Laicis in præjudicium Ecclesiarum vel ex hoc solo Titulo usurpari nequiverint. Neque de Nonis & decimis illis, quas illi Laici pendere debebant Ecclesiis, quarum prædia ex latitudine miseris illis temporibus vi invasant, aut à Regibus Francorum beneficium jure obtinuerant eo fine, ut sacra contra irruentes antique Saracenos, Normannos, aliosque Barbaros Ecclesiastico adjuti nervo efficacius tuerentur; cum eo in casu non ipsi decimas perce-

perint, sed ex massa proventuum Ecclesiasticorum usurpata, aut donata decimam partem Ecclesiis justissime restituerint. Sed de iis dicimus, quæ à primis & sequentibus Sæculis sacris Ministris à Fidelibus vel sponte vel precepto Ecclesiastico largiebantur intuitu Ministerii Ecclesiastici; quarum Laicos, nisi auctoritas Ecclesiastica accedat, esse omnino incapaces, neque eas ulla præscriptione aut longi temporis possessione sibi vindicare posse, uno quasi consensu tradunt Canonistæ, idque multorum textuum Juris Canonici auctoritate.

13. Cum Sæculo IX. Prædia Ecclesiastica plurima in manibus Laicorum haberent, priori jam Sæculo partim vi occupata, partim à Majoribus domus in Gallis, dum bella intestina omnia sus deque ibidem verterent, ex lege concessa, ut nonæ decimæque Clero exinde solverentur; hujus vero obligationis facile obliviscerentur, hæc violenta occupatio, vel regia concessio una ex præcipuis causis fuit, quod decimæ hoc Titulo Clero debite apud ipsos remanerent.

Leges æquissimas Caroli M. & Ludovici pii Capitalibus promulgatas, quibus sancitur: *Ut qui Ecclesiarum Beneficia habent, nonum de decimam ex eis Ecclesie, cupi res sunt, donent;* Cap. Car. M. l. 1. cap. 136. eodem Sæculo IX. à pluribus Magnatibus, aliisque Sæcularibus Beneficiariis fuisse spæcipensas, testantur innumera querela ab Episcopis, & Conciliis expropter ad eorum Successores directæ. Et quidem cum Patres Suesionensis II. Concilii viderent spem omnem præterclusam recipiendi è manibus Laicorum prædia Ecclesiastica, id saltem flagitarunt, ne decimis nonique suis Ecclesie frustrarentur: *Ut ex possessionibus, quæ Ecclesiastica certis iudiciis comprobantur, nec plene propter varias necessitates possunt cessare, saltem nonne ac decime tribuantur.* Can. 9. A. 853. Concilium Valentinum III. A. 855. eadem

P 2

dem



dem preces iteravit, convenienter Principum edictis: Sicut edictis Principum *justum est*. Can. 10. Verum Episcopi Rheimensis, & Rothomagensis Provinciarum ad Concilium Caristacum adunati A. 858. liberius querelas suas adfudere can. 7. scriptique ad Ludovicum Germaniæ Regem literis testificati sunt Carolum Martellum sacrilegæ hujus usurpationis auctorem fuisse: à Pipino ejus filio congregatam fuisse Synodum Liptinensem: ibi eum restituisse quicquid tum quidem in potestate habuit: cum agros vero fundique omnes reintegrare Ecclesiæ non posset propter bella, quæ tum flagrabant cum Gaifaro Aquitanæ Principe, adductis ab eo fuisse Episcopos, ut ea Beneficia precarii nomine concederent militibus, decimas, nonalque, & reparacionum expensâ persolventis, donec temporalius se daret occasio totius implendæ restitutionis. Alia Concilia idipsum urgentia vide apud Thomass. p. 3. lib. 1. can. 8.

14. Cum vero jam à Sæculo VIII. & sequentibus Laici non tantum prædia Ecclesiarum, sed multas insuper Ecclesias occupassent, quarum proventus ipsi traherent, Vicario, qui ob modicam pensionem spiritualia populis ministraret, constituto; hinc originaliter quoque factum est, ut decimæ harum Parochiarum Pastoribus alias legitimis collatæ, ipsi cederent.

Vide que diximus lib. 1. tit. 28. N. 4. de officio Vicarii. Distinguedas vero apprime vult Thomass. L. cit. c. 11. Decimas, quæ ex rapinis Laicorum Sæculo præsertim X. & XI. quibus sibi non tantum prædia Ecclesiarum, & Monasteriorum, sed ipsas quoque Ecclesias sacrilege vendicantur, ad ipsos ceu pingue corollarium pervenerunt; ab illis, quæ ex similibus prædiis, vel Ecclesiis à Carolo Martello, ejusque Successoribus Vallis, Patriæ tam profanæ quam sacræ descendendæ gratia, collatis, iisdem ob-

venerunt. His enim à Romanis Pontificibus atque Episcopis Sæculo XI. & XII. minime repetitis, bene vero priore, multis argumentis contendit Thomassinus L. cit. c. 11. contra Marcam in can. 7. Conc. Clarom. Quorum præcipua sunt, quod similia prædia lapsa 300. fere annorum ab hereditariis Laicorum vim jam dignosci potuissent. Quod Concilia Suesfionense, & Liptinense, quæ supra retulimus, Bonifacius Pape Legatus, Zacharias ipse Papa assensu tandem fuerint rerum Ecclesiæ usurpationi post tempora Caroli Martelli. Quod in sola Gallia ævo Martelli & posterorum res Ecclesiæ Militibus sunt transcriptæ; at Concilia Melisense & Romanum, aliaque Sæculi XI. & XII. expilatæ ejusmodi res Ecclesiæ in Italia, ac in reliquo Occidente repererint. Quod denique sub Carolo Martello & Pipino Commendæ maxime militares excitatæ fuerint in Abbatis: at prædones aliarum decimarum in Abbatis grassari non potuerint præ virum tenuitate, & consequenter solas invaserint Parochiales Ecclesias cum decimis suis.

15. Simoniz & incontinentiæ labes, quæ Clerum Sæculo X. & XI. pene omnem deturparat, latam quoque malevolis Laicis viam aperuit decimas Ecclesiasticas invadendi.

Calamitatem horum Sæculorum adumbravimus lib. 1. Tit. 6. in dissert. de investituris. Ubi vidimus Episcopos & Abbatis sub hasta venditas fuisse hominibus sordidis perumque & luxuriosis, quorum exemplo inferior Clerus animatus non erubuit eadem via intrare in beneficia inferiora, eaque libidinum monstris contaminare. Cum itaque in simoniaciis his provisionibus promovendis Nobiles Laici, Aulicique non parum profusa, qua pollebant apud Imperatorem, aliosve Principes, gratia, conferrent, Episcopi vero è re sua esse putarent Patronos iniquitatis regratificandi, Beneficia Ecclesiastica, Ecclesias ipsas, ac inde depen-

dependentes decimas, vel Titulo Commendæ, vel Titulo feudi iisdem contulere; quæ subinde ipsi quoque Laici ad exemplum Cleri æquali vel majori pretio coemebant, atque ad familiam suam transmittabant. Ut late enarrant tristitia illorum sæculorum monumenta.

16. Decimas has à Laicis his viis occupatas Ecclesiæ Sæculo XI. & XII. vindicare magnopere adlaborarunt Romani Pontifices, alique inferiores Præfules.

Quantum ad Gallias in Concilio Biturienti A. 1031. prohibiti sunt Nobiles, qui Feodos sibi velati quosdam pepereant ex Ecclesiis Parochialibus, ne Parochos tyrannica potestate opprimerent, neve illos iniussu Episcoporum suo arbitrari insisterent, vel delinquerent. Can. 21. & 22. Ibidem in Concilio Rheimensi, cui Leo IX. præerat A. 1049. vetitum est: Ne quis Laicorum Ecclesiasticum Ministerium vel Altaria teneat, nec Episcoporum quivis consentiret. In Concilio Tolosano An. 1053. can. 8. Nemo Laicorum Abbatiam Mongeborum, vel Clericorum Archidiaconatum, neque Præposituram vel honorem Presbyterii, neque ullos honores ad jus prædictum pertinentes, quæ suis usibus retinere; & si fecerit, excommunicationi subiacet. Et can. 11. Item de Ecclesiis in alociis Laicorum constitutis, ut tertia pars decimarum cum primitiis & Presbyterio & cæteris in potestate Presbyteri ad servitium ipsius Ecclesiæ sub Episcopi, vel Clericorum ditione permanent. Sic equidem de rebus suis cum raptoribus Laicis transigere cogebatur Clerus miseranda illa tempestate. Surrexit tandem acerrimus ille libertatis Ecclesiasticæ Vindex Gregorius VII. qui universim prohibuit, ne Laici aut invaderent, aut retinerent Decimas. Canonem 10. Concilii Romani à se celebrati huc transcribimus; ita vero sonat: Decimas, quas in usum pietatis concessas esse Canonica auctoritas demonstrat, à Laicis possideri Apostolica autho-

ritate prohibemus. Sive enim ab Episcopis, vel Regibus, vel quibuslibet personis eas acceperint, nisi eas Ecclesiæ reddiderint, sciant se sacrilegii crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere. Idem Pontifex lib. 9. ep. 3. laudibus extulit Regem Angliæ, qui Laicos compulsi ad Decimarum restitutionem, inquires: Laicis Decimas, quas detinebant, etiam juramento dimittere compulsi. Ex quibus apparet, malum hoc tum per totum fere Occidentem serpsisse. Gregorii zelum in revindicandis Clero Decimis imitati sunt ejus Successores Urbanus II. Callistus II. plurimaque variarum Nationum Concilia usque ad Concilium Lateranense III. A. 1179. celebratum. At at eos parum proficere monitionibus, excommunicationibusque suis ex eodem Concilii can. 14. colligitur, utpote quo Laici adhuc prohibentur decimas in alios Laicos transferre. Id tamen fatendum, & ante & post hoc Concilium plures Decimarum detentores periculo animarum suarum tactos eas restituisse, sed perumque Monasteriis; Pontificesque eorum saluti consulturos veteres Decimas iisdem relaxasse, modo à novis usurpandis continerent; unde Decimæ Monasteriorum, & infeudatæ prodierunt, de quibus jam.

17. Hæ Decimarum de manibus Laicorum vindiciæ causa fuerunt, cur his Sæculis plures Parochiales Ecclesiæ cum Decimis suis Monachis concessæ fuerint.

Dixi in propositione, causa una fuerunt; indubitatum siquidem est, & Romanos Pontifices, & Episcopos persæpe Parochiales Ecclesias Regularibus commendasse, ut Ecclesiis potissimum confulerent, uti apparet ex ep. 18. Leonis IX. & ex can. 6. Concilii Pictaviensis An. 1078. celebrati, in quo legitur: Ut Abbates, Monachi, Canonici Ecclesias, quas nunquam habuerunt, non emant, nec alio modo sibi vendicent, nisi



nisi consentiente Episcopo, in cuius fuerint Diocesi. In illis vero, quas haecenus absque calumnia habuerunt, reditus Beneficia obtineant. Presbyter tamen de cura animarum, & de Christianitatis ministerio Episcopo respondeat. Ex hoc Canone apparet Mouasteria hoc Saeculo consensu Episcoporum Parochiales Ecclesias obtinere potuisse, & de facto obtinuisse; insuper eas à Laicis infalutatis Diocesanis una cum decimis frequentius emisse, vel alia via sibi vendicasse. Cum enim post tot ac tantas Pontificum, aliorumque Præsulum admonitiones veritatis & iustitiæ sol illicescere coepisset cæcis illis ac sacrilegis Christi Patrimoniis de prædatoribus; exarsere tandem etiam illi ad abstergendum à se tantum dedecus, atque ad reddendas Ecclesias, decimasque usurpatas. Sed quoniam, inquit Thomasi L. cit. c. 10. cum Regno collapsa fuerat & Ecclesiæ disciplina, Nobiles illi nescio quo Cleri fastidio, qui non ita forsitan moratus tum esset, ut par erat, nec ea, qua olim sanctimonia morum respicerent, Monachis maluerit, quam Episcopis, vel Parochis eas restituere Ecclesias & decimas, quas retineri jam ulterius à se posse desperabant. Nonnulli pure & citra fides ulla restituerunt, alii pecuniæ quid ante extuderunt, quam optimam sibi prædam sument extorqueri. Pastores Ecclesiæ non ea erat tum vel autoritas vel potestas, ut sibi potius, quod suum erat, cogere restitui; ideo & necessario acquiescere, ut Monachis potius cederent res Ecclesiæ, quam diutius à Laicis profanarentur. Non multo post tamen subit animus, quanta ea jactura Cleri posthac foret, si pleræque Parochias & decimas Monachi obtinissent. Eo compulsi sunt Patres Concilii Pictaviensis supra laudati, & consilium mox aliorum Conciliorum, ut constituerent, ne impostero Monachi Ecclesias Parochiales, earumque decimas vel acciperent, vel redimerent, nisi con-

sentiente Episcopo, qui non ante assentiretur, quam profiteretur Monachi his Ecclesiis Parochiam à se vel Vicarium præstitutum iri, qui in procurando annuorum regimine Episcopo subesset. Sed de hac translatione Ecclesiarum, decimarumque ad Monasteria, unde tot jurgia Clerum regularem inter & facularem exarserunt, alibi fortassis prolixius.

18. Quamquam impossibilitas eruedi decimas è manibus singulorum usurpatorum, præsertim eas, quibus diuturno tempore jamjam potiti fuissent, Romanorum Pontificum longanimitatem eo perduxerit, ut Laicis decimas ante Concilium Lateranense III. sub Alexandro III. ad finem Saeculi XII. vel saltem ante Lateranense IV. sub initium Saeculi XIII. celebrata possessas, per modum feudii (id est, sub certis obligationibus Ecclesiæ præstandis) ulterius fruendas permitteret; hæc tamen indulgentia non est sola origo decimarum feudaliū, sed altius, atque à positivis concessionibus sunt repetende.

Rem acutius videntur tetigisse, quibus persuasum fuit, ceptas esse eas vel à privatis invadi, vel à Regibus donari à temporibus Caroli Martelli, & Posteriorum ejus, non sine obsequio aliquo Ecclesiæ præstando, & intacto penes eas jure possitimiti; Episcopos denique ipsos illis investisse Laicos, aut affectu privato indulgentes, aut milites, defensoresque Ecclesiæ parantes, ut essent militum canoni ad tuitionem Ecclesiæ parati, & ad Episcopos in exercitum Regum deducendos, cingendoque expediti. Nam ex antedictis certum est, Decimas Laicis à Regibus Gallie concessas, atque à Laicis in Gallia, Italia, Anglia, & toto fere Occidente fuisse occupatas, itemque non nisi egerime, neque omnes Ecclesiæ restitutas; quas providam postea indulgentiam Romanorum Pontificum post Innocentium III. condonasse, ut desperata tandem aliquando earum restitutione obsequi saltem aliquid à Laicis his præstaretur,

retur; & præsidio essent Ecclesiæ, qui ejus jam tuto fruerentur feudis, eorum clara exhibet economia, veteres decimas, seu illas, que ante dicta Concilia ad Laicos quomodocumque pervenerant, dissimulas, dum novarum usurpationem severissime ad nostra usque tempora prohibet. Episcopos vero his Saeculis plures Diocesum suarum decimas Laicis concessisse, & subinde ex non sat nobili sine perhibet Can. 2. 16. q. 7. Gregorio VII. à Gratiano tributus, in quo habetur: *Quidam Episcoporum non Sacerdotibus propria Diocesis decimas, atque Christianorum oblationes, sed potius Laicalibus personis conferunt, militum videlicet, sive servitorum, vel quod gravius est, etiam consanguineis.* Legendi etiam hac de re sunt S. Fulbertus ep. 20. S. Petrus Damiani L. 1. ep. 10. cum aliis à Thomasi L. cit. relatis. Ipsi Pontifices Romani Regibus Hispaniæ, aliisque Principibus jus decimarum ob servitia Ecclesiæ præstita vel præstanda concessere.

19. Decimas de jure communi ex possessis fundis non tantum dare tenentur omnes Laici, etiam Principes & Reges, verum etiam Monachi, quibus tamen ob eorum partem privilegia exemptionis à decimis solvendis prædema data fuere.

Primum partem unanimi consensu docent Canonistæ, quamvis huic oneri à Principibus hinc inde variis Titulis præscriptum sit.

Secunda habetur cap. 4. h. t. ubi Pontifex scribit, monendos & urgendos Monachos, ut decimas de terris cultis, in quibus olim domus constructæ fuerant, Ecclesiæ cum ea integritate persolvant, quæ priusquam in eadem Parochia morarentur, solabant persolvi. Et jam pridem dixit S. Hieronymus ep. 1. apud Grat. 16. q. 1. c. 6. *Alia causa est Monachorum, alia Clericorum. Clerici pascent oves, ego pastor: illi de altario vivunt, mihi quasi infructuosa arbori se-*

curis ponitur ad radicem, si minus ad altare non desero.

Tertiam partem suadent ipsa privilegia tum in corpore Juris, tum in Bulario Romano reperibilia, quæ hic longum esset referre; id solum annotasse sufficet, quod sub nomine Paschalis II. refert Grat. 16. q. 1. c. 47. ubi legitur: *Decimas à populo Sacerdotibus ac Levitis esse reddendas, Divina Legi sanxiti auctoritate. Ceterum à Monachis sive Clericis communiter viventibus, nulla ratio finit, ut milites, aut Episcopi, aut personæ qualibet decimas de laboribus, seu nutrimentis propriis extorquere debeant. Ceterum in multis Diocesisbus exolevit determinata illa decime partis frugum datio, sustentationi Parochorum applicanda, illisque ex aliis fundis de Canonica portione providetur; quod aperte innuit decimas materiales nequaquam, bene vero honestam Cleri sustentationem à Laicis præstandam, esse Juris Divini.*

## §. II.

## De Primitiis, &amp; Oblationibus.

20. **C**um primis Ecclesiæ Saeculis quemadmodum decimæ, ita & primitiæ frugum Clero ad exemplum Fideiium veteris Testamentis, à Fidelibus novi Testamenti spontaneæ ad exhortationem Pastorum, quemadmodum ceteræ oblationes, offerrentur; nec subsequentibus Saeculis, saltem in Decretalibus leguntur præcepta, sicut præcepta leguntur decimæ; sitaque, quæ decimis mediis Saeculis acciderunt, dum homines profani Ecclesiæ & Altaria Dei invadebant, etiam primitias tetigerunt, ubi ea in usu fuerunt, non est cur speciale commentationem de iis instituiamus. Ad oblationes igitur convertimur, quæ specialem hoc in Titulo merentur attentionem. Secernendæ vero sunt oblationes Altari deputatæ ab oblationibus aliis tapetum, an-



laorum, auri, argenticque, extra Altare Episcopis, Ecclesie Ministris, vel ipsis Ecclesiis à Magnatibus præsertim offerri solitis, atque ab oblationibus pecuniarum, seu collectis tam ordinariis, quam extraordinariis, de quibus supra h. t. N. 4. egimus. De solis enim prioribus notas historicas dabimus.

21. Ut populus ad ipsius incruentum Sacrificii oblationem se concurrere amplius ostenderet, atque una cum Sacerdote Sacrificium offerret; verusissimus in Ecclesia Christianorum mos fuit, ut qui ad Missarum solemniam conveniebant, suam unumquique partem Sacrificii offerret.

Hunc ritum circa Sæculi III. medium jam in usu fuisse non obscure colligitur ex S. Cypriano libro de operibus & elemosyna, ubi ait: *Locuples & dives es, & dominicum celebrare credis, que in dominicum sine sacrificio venis, que partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis.* Quæ verba Cypriani expendens vir eruditus Nicolaus Rigaltius scribit: *Sacrificia dicit elemosynas in usus Fidelium collatas. Inter elemosynas erant panes per Eucharistiam sacrandi. De panibus autem istis quandoque dicitur parvus & sterilis, hoc est, qui nihil contulerat in elemosynam, fuit Eucharistiam. Quod pudendum ait Cyprianus.*

22. Ad Altare vero solum panis & vinum offerri debuit, quæ à Sacerdotibus consecrata communicantibus postea distribuuntur.

Concilium Carthaginense III. A. 395. celebratum decernit: *Ut in Sacramento corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aquæ mixtum.* Item Ordo Romanus post tempora S. Gregorii conscriptus: *Transit Sacerdos ad suscipiendas oblationes. Interim Cantores cantant offertorium cum verbis, & populus dat oblationes suas, id est, panem & vinum, & offerunt cum*

*fanonibus candidis, primo masculi, deinde femine.* Fanones hic accipi pro panis oblongo ad offerendas, recipiendasque oblationes notat Mabillonius Tom. 2. Musæi Italici pag. 47. Has vero oblationes consecratas communicantibus fuisse distributas ex autoritate S. Cypriani N. præcedenti allata constat, atque ex dicendis in apicum deducitur. Ex canone autem Carthaginensi suspicari licet, Christianos Sæculi IV. ad Altare quædam obtulisse, quæ eo non pertinebant. Et revera Sæculo VII. in quibusdam Ecclesiis invaluerat consuetudo, ut uvæ ad Altare offerrentur, eaque cum speciebus consecratis populo distribuerebantur; id quod ne impostum fiat, prohibuit Synodus Trullana can. 28. Videntur autem nonnulli ex pravo canonis 3. vulgo Apostolorum intellectu existimasse uvas, seu botrum utrumque integrum posse consecrari. Sic enim sonat: *Si quis Episcopus vel Presbyter præter Domini de sacrificio ordinationem alia quedam ad Altare attulerit; mel, vel lac, vel pro vino feram, vel confecta, vel aves, vel aliqua animalia, vel legumina, præter ordinationem deponatur, præterquam nova legumina (apud Græcos præterquam novas spicas & uvas) tempore opportuno. Ne liceat autem aliquid aliud ad Altare offerre, quam oleum ad luminare, & incensum tempore S. Oblationis. Et can. 4. Omnis autem alius fructus domum mitatur, primitiis Episcopo & Presbyteris. Quorum Canonum hæc est summa, etiam juxta Græcorum commentarios, inquit Van Espen in tract. hist. Canonico p. 3. c. 3. §. 4. Ne quid aliud quidpiam in Sacrificio incruento ad Altare offeratur præter panem & vinum ab ipso Christo institutum. Permittit vero Canon novas spicas vel uvas tempore opportuno, id est, cum maturæ fuerint, offerri in Altari, eo quod ex spica & uva fiat materia Eucharistiae, nullatenus vero consecrandas, sed tantum benedicendas, ut explicavit*

Con-

Concilium Trullanum, & nos infra videbimus; sicut & oblationem olei & thuris ex sine assignato.

23. Hæ oblationes prioribus Sæculis, quo frequentiores erant communionibus Fidelium, etiam crebrescebant, eaque Pastores animarum magna religione urgebant.

Cum sub finem Sæculi VI. deprehendissent Concilii Matifonensis II. Christianos nonnullos ad Missarum solemniam accedere, nullam admoventes hostiam, decreverunt can. 4. *Ut in omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tam panis, quam vini, ut per has oblationes peccatorum suorum fuscibus carceant, & cum Abel, vel cæteris iuste offerentibus promerentur esse consortes.*

24. Oblationum panis & vini à Fidelibus in Ecclesia Latina inter Missarum solemniam frequentatarum usque ad Sæculum XII. habemus vestigia, post quod in desuetudinem videntur abiisse, substituta, que nunc in usu est, pecuniaria oblatio.

Pro Sæculo VII. disertissime affirmat Joannes Diaconus Eucharistiam consecrari solitam ex panibus ipsis, quos privati obtulissent. Matriona quedam (inquit in vita S. Greg. lib. 2. c. 42.) B. Gregorio per stationes publicas Missarum solemniam celebranti solitas oblationes obtulerat. — Panem, quem propriis manibus me fecisse cognoveram, tu Corpus domineum perhibebas. Et Sæculo IX. Concilium Nannetense can. 9. Presbytero mandat: *Ut que de oblationibus, que offeruntur à populo, consecrationi supersunt, partes incisas habeat in vase nitido, quas post Missam illis distribuat, qui non communicant.* Accedit ordo Romanus post S. Gregorium editus; cuius locum supra retulimus. Quin & nonnullæ, que etiam nunc hodie existant in Missali, orationes secretæ, quæ olim dicebantur super oblata, huic modum evi-

Tom. II.

denter supponunt; ac præ cæteris oratio secretæ dicenda Dominica V. post Pentecosten, his verbis expressa: *Propitiare Domine supplicationibus nostris; & has oblationes famularum famularumque tuarum benignus assume: ut quod singuli obtulerunt ad honorem, singulis proficiat ad salutem.*

Quo præsertim tempore populus deserie panem & vinum in Missa offerre, incertum est. Ab Honorio Augustodunensi, qui ad initium Sæculi XIII. floruit, traditum est, olim oblatam à Fidelibus farinam, ex ea Presbyteros & consecratis panes, quos consecrarent, & communicantibus impertirent, eoque etiam tum more Græcos uti. Addit porro, augescente Fidelium turba, & decretescente pietate offerri capisse denarios, qui pauperibus erogarentur, vel in impensas Sacrificii. Gemma animæ L. 1. c. 58. Monet tamen Christianus Lupus, quod postquam denarii oblati in usum Sacerdotum cedere ceperunt, *Hinc ob vitam populi de Cleri avaritia & nimis proventibus calumniam descenderit paulatim etiam denariorum oblatio, contracta fere ad solam Missam in exequiis defunctorum.* Et pergit: *Accedens Ecclesiarum, Altarium in eadem etiam Ecclesia, Sacerdotum, plurimum quotidie in eodem quoque altari Missarum multiplicatio istam contractionem strenue adjuvit. Dum vero sensim oblatio inter Missarum solemniam pene cessabat, atque in Missis præcipue privatæ oblatio parum nota esset, tunc qui pro se specialiter tamquam offerente Missam celebrari & orari volebat, id oblatio denario à Sacerdote postulabat; atque hinc ille denarius, quem hodie honorarium aut stipendium Missæ vocamus, inquit Van Espen p. 2. Tit. 5. c. 5. Quando horum stipendiorum oblationes ceperunt, incertum est. Mabillonio in præf. ad Sæculum III. Benedictum videtur id fieri ceptum Sæculo VIII. saltem in Missis privatæ, non tamen ubique passim ante Sæculum XII.*

Q

25.



25. Panes per octo Sæcula conficiendæ Eucharistiæ destinati à Laicis erant confecti, adeoque plerumque usuales seu fermentati, itaque integri, sed parvæ molis, ac nitidissime preparati.

Quantum ad formam hujus panis ejusque præparationem Concilium Tolosanum XVI. A. 643. celebratum ingerit simplicissimam nobis ideam. Damnatur enim in illo eorum consuetudo Presbyterorum, qui ad altare non consecrabant nisi portioniculam, & crustulum rotundum panis alicujus communis & usitati. Can. 6. eum usum à Græcis, ut apparet, profectum, apud quos etiam nunc viget, convellunt Tolotani Patres ex eo, quod Evangelici codices, & Paulina ipsa epistola confirmant discretis verbis panem integrum à Christo consecratum fuisse, & ita Apostolis distributum. Ex quo id ab illis concluditur, Ecclesiam hunc exemplum & divinæ formæ obsequentem offerre debere panes integros, diligentissime paratos, & elaboratos ad Sacrificium; sed ita tenues, ut vel hinc astinari possit, eo cibo non carnem, sed mentem pasci, nec corporales, sed spirituales delicias degustari. Panes vero hos his Sæculis adhuc consecasse Laicos ex dictis N. 19. constat, eoque fuisse fermentatos plausibilis est opinio, ut statim videbimus.

26. Sæculo IX. oblata Eucharistiæ conficiendæ destinata jam à Presbyteris, vel eorum subordinatis Clericis conficiantur, & probabilissime ex azynis.

Id adstruit Theodulphus in suo Capitulari c. 5. & 6. iniquens: Panes, quos Deo in sacrificium offeritis, aut à vobis ipsis, aut à vestris pueris coram vobis nitide & studiose fiant. Et diligenter observetur, ut panis & vinum & aqua, sine quibus Missæ nequeant celebrari, mundissime ac studiose tractentur, & nihil in his vile, nihil non probatum inveniantur.

Faming, Missam Sacerdote celebrante, nequaquam ad altare accedant, sed locis suis stent, & ibi Sacerdos ea-

rum oblationes accipiat. Ex quo Theodulphi Capitulari intelligis, iam Eucharistiæ destinatos amplius non fuisse panes, qui à Laicis offerrebantur, sed alendis egenis: ad Sacrificium vero adhibitos panes illos nitidiores, quos Clericos saltem suorum manibus mundissimos fieri Presbyteri curabant, inquit Thomass. L. cit. c. 14. subdens: Si, ut non paucis, nec indoluit visum est, consecrata est olim Eucharistiæ ex panibus fermentatis in Ecclesiâ Latinis, quando consecrabantur panes ipsi, quos Laici domo sua allatos offerrebant; & rursus si eo usu destitutum non est, nisi paucis ante Sæculis, quam hinc Græci ansam aucuparentur invidiæ Latinis faciendæ: ea mutata disciplina non injuria imputari poterit ei cause, quam perstrinxit Theodulphus. Cum enim incessisset novus amor, & nova cura nitore & munditiæ panum consecrandorum, unde & eis elaborandis præpositi sunt Presbyteri, simillimum veri est, tum capisse Presbyteros conficere & offerre nitidiusculos, candidiores, & mundiores panes hoc infermentatos. Qui teste, Honorio Augustodunensi in gemma animæ supra N. 24. citata, jam hostiis nostris erant similes; ait enim: Ideo imago Domini cum literis in hoc pane exprimitur, quia & in denario imago & nomen Imperatoris scribitur, & per hunc panem imago Dei in nobis reparatur, & nomen nostrum in libro vite notatur.

27. Non omnes panes, qui prioribus Ecclesiæ Sæculis à Fidelibus ad altare offerrebantur, à Sacerdotibus consecrabantur, sed tot solum, quot communicantibus videbantur sufficere, cæteris solum benedictis, ac post Missarum solemniam Fidelibus, qui non communicant, distributis, qui Eulogiæ dicebantur, unde ortum habet panis benedictus.

Luculentissimum hanc in rem est canon 9. Concilii Nannetensis, quod Sæculo IX. dicitur celebratum: in eo quidem sancitur: Ut de oblationibus, quæ esse-

offeruntur à populo, & consecrationi superant, vel certe de suis Presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido, ut post Missarum solemniam, qui communicare non fuerint rati, eulogias omni die Dominico & in diebus festis exinde accipiant. Apud Reginon. lib. 1. c. 1. N. 61. Qui ibidem collectam huic benedictioni destinatam subjicit. Unde liquet fuisse tum adhuc Ecclesias, ubi consecrarentur aliqui ex iis panibus, quos populus obtulisset: sed non minus dilucidum est, in hoc canone secerni oblationes & panes à populo oblatos, fierique Eucharistiam ex oblationibus, non ex panibus. Ratio in promptu est, quod oblationes jam usu repentissimo dicerent modici illi, & candidiusculi panes, ac infermentati, qui ad Eucharistiam conficiebantur, & ex quibus tamen, si quæ residua essent, ut & ex panibus, panis benedictus fiebat. Quæ disciplina apud Græcos æque vigeat, teste Theophilo Alexandrino Episcopo ep. can. ad Ammonem, quam refert Balsamon. Quod idem de vino statuitur in Capitulari Hincmari apud Reginonem lib. 1. c. 1. N. 72. 73. ubi legitur: Si plus de vino voluerit (Presbyter) in buticula vel canna, aut plures oblatas, aut ante Missam, aut post Missam Presbytero, vel Ministro illius tribuat, unde populus in elemosyna, & benedictione illius Eulogias accipiat, vel Presbyter supplementum aliquod habeat. Et Nicolaus Patriarcha Constantiopolitæ sub imperio Alexii Comneni, seu Sæculo XI. ad interrogationem factam: An oporteat eos, qui à sancta donatione (hoc est, communionem) sunt prohibiti, comedere exaltatas oblationes? (hoc est, Eulogias) respondit: Invenimus in vita S. Theodori Sycota eos fuisse prohibitos. Unde Concilium Trullanum supra N. 22. laudatum, dum uvas ad altare oblatas incremento oblationis Sacrificio conjungi, seu consecrari vetat, subdit: Tamquam primitias autem uvæ allatio-

nem existimantes, Sacerdotes eam scorfim benedictis, petentibus impertiri ad fructuum datoris gratiarum actionem, &c. Similes frugum ac sigillatim uvarum benedictiones exstant tam in recentioribus, quam vetustioribus Græcorum & Latinorum Ritualibus. Et quidem in Sacramentario S. Gregorii in festo Xlvi exstat benedictio uvæ, quæ ita terminatur: Per quem hæc omnia, &c. ubi illud & cætera includit ea, quæ hodie in Missa sequuntur: Semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedictis, præstas nobis. Nam ut advertit Cardinalis Bona lib. 2. rer. Liturg. c. 14. immediate ante hæc verba, si novæ fruges, aut quælibet alia humanis usus servientia benedicienda erant, ante altare olim collocari solebant, & hic à Sacerdote benedicti: & terminata benedictione, solita clausula per Christum Dominum nostrum, sequentem addebant orationem: Per quem hæc omnia creas, &c. Quæ tunc non tam ad Corpus & Sanguinem Christi, quam ad res benedictas referebantur, quas Deus continuo conservando creat. Sed successu temporis tepescente Fidelium fervore, hæc, ne Missa prolixior esset, ab ea sejuncta fuerunt; manente interim oratione, quæ dum hodie super solas species consecratas profertur, vix intelligitur, imo ut sensum habeat convenientem, mirum in modum torquesi debet: quod & in multis aliis in Missa occurrentibus accidisse, & hodie obscuritatem magnam parere sæpius monet Cardinalis Bona. Ex his autem apparet, quam çanus sit finitium benedictionum in utraque Ecclesiæ usus, & quam venerandis fundamentis innixus, & hodie obscuritatem magnam parere sæpius monet Cardinalis Bona. Ex his autem apparet, quam çanus sit finitium benedictionum in utraque Ecclesiæ usus, & quam venerandis fundamentis innixus, & hodie obscuritatem magnam parere sæpius monet Cardinalis Bona. Ex his autem apparet, quam çanus sit finitium benedictionum in utraque Ecclesiæ usus, & quam venerandis fundamentis innixus, & hodie obscuritatem magnam parere sæpius monet Cardinalis Bona. Ex his autem apparet, quam çanus sit finitium benedictionum in utraque Ecclesiæ usus, & quam venerandis fundamentis innixus, & hodie obscuritatem magnam parere sæpius monet Cardinalis Bona.



bantur, lac & mel, quod solemniter benedictum dabatur Catechumenis degustandum, ut habet Can. 4. Concilii Carthaginensis IV.

28. Oblationes, præcipue illæ panis & vini ad Altare à Fidelibus offerri solite, tessera erant communionibus Fidelium; ita quidem, ut qui exortes essent participationis Corporis Christi, sive vivi, sive Defuncti, eorum oblationes, vel pro ipsi ab aliis factæ non reciperentur.

Concilium Carthaginense IV. mox relatum Can. 95. sancit: *Oblationes dissidentium Pratum neque in Gazoophylacio (minus in Altario) recipiantur. Eorum, qui pauperes opprimunt, dona à Sacerdotibus refutanda. Et ante hoc Concilium Liberius Papa dona à Constantino Imp. hæretico oblata, & à Custode templi S. Petri incaute suscepta, magna inde ejecit constantia, ut scribit Athanasius in ep. ad solitarios, Quantum ad defunctos Aurelianense Concilium II. Can. 15.*

## TITULUS XXXI.

### De Regularibus & Transientibus ad Religionem.

1. **E**A est præsentis argumenti de Regularibus (si nomen istud in tota sua latitudine sumatur, ita ut non solum Monachos, & Mendicantes, verum etiam Clericos, atque Canonicos Regulares, eorumque disciplinam, dependentiam ab Ordinatâ, exemptionem ab eorum Jurisdictione, Privilegia, &c. comprehendat) vultus, ut si pro merito tractari hoc loco deberet, Titulus præsentis sua mole reliquum tractatum historicum in præsentem Librum si non excederet, facile æquaret. Quare duplici œconomia procedendum existimavi, primo ut ea, quæ de Regularibus tractanda sunt historice, compendio, quantum fieri possibile, exhibeam. Secundo, ut illa in tres Titulos distribui, atque 35. hujus Libri

ait: *Oblationes Defunctorum, qui in aliquo crimine fuerunt interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse. Plures in hanc rem Canones cumulari possent, si opella ratio hoc pareretur. Hoc finaliter ex Thomasso notandum, nec oblationes tantum & hostias Fidelium ad Altare fuisse admittas, sed & eorum nomina omnium recitata, quorum oblationes susceptæ fuissent; hæcque fuisse diptycha, seu monumenta solemnia, quæ publice prælegebantur inter Missarum solemnia ex ambona post susceptas oblationes, non ante; nam, ut scribit Innocentius I. Papa Ep. 1. c. 3. *Quam superfluum sit, & ipse recognoscis, ut cuius hostiam necdum Deo offeras, ejus ante nomen infinues. Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, ut inter facta mysteria nominentur, &c.**

Titulo de Statu Monachorum & Canonicorum Regularium inscripto, de Clericis, Canonicisque Regularibus, ac Ordiniibus militaribus, Monachorumque cum eis connexionem; Titulo item 33. Libri V. Decretalium de Privilegiis prænotato, de Regularium subjectione, exemptione, privilegiis; in præsentis vero de solis Monachis & Mendicantibus, & quidem solum quantum ad eorum originem, & domesticam disciplinam tractatum insitutum, Statumque sanctissimum, atque Ecclesie Dei utilissimum contra calumnias atque Protestantium, zoticque dentem unius vel alterius Orthodoxi defendam.

De

§. I.

De Monachorum Origine, &amp; Varietate.

2. **Q**UAMquam Viri eruditi ultro fateantur Eliam, Elicum cum Prophetis veteris Testamenti, Joanneque Baptista exemplar luculentissimum exhibuisse earum virtutum, in quibus sese posteriores Monachi præcipue exerceant, unde & nomen sortiti sunt, abstractionis nimirum à negotiis secularibus, orationis prolixioris, contemplationisque reum divinarum, corporarumque austeritatum; minime tamen assentuntur iis, qui eos faciem Monachis antiquis vel modernis similem prorsus exhibuisse operoso, sed non sat felici conatu contendunt; multo minus iis, qui statum Monachorum epocham ante diluvium collocant.

Ut Monachos in his consequaris, ait Thomass. de V. & N. Eccl. discipl. p. 1. lib. 3. c. 12. N. 11. opus est præterea regula, congregatione, speciali veste, statu ab aliis discrepante & notabili, exercitiis officisque ad certas horas alligatis & sui semper simillimis, scholis, coloniis; nec id usquam nisi post Antonium invenies. Nec meo quidem tenui judicio Ecclesia opus habet, Monachos in veteri Testamento, vel prorsus in Legge naturæ querere, ut statum Monachorum veterum & præsentium contra impetus hæreticorum efficaciter tueatur. Cum sponsus ejus Salvator noster ea in Evangelio suo eidem tela reliquerit, quibus nullo negotio cæcorum hominum calumnie proligrari possunt.

3. Neque primi Christiani, de quibus Actuum 4. v. 32. legitur: *Multitudinis autem Crescentium erat cor unum, & anima una; nec quisquam eorum, que possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, &c.* erant Monachi nostris similes, quamquam suo

exemplo Monachismo efficaciter præferiat.

Cassianum collat. 18. c. 5. Cœnobitarum disciplinam ex allata autoritate ab Apostolorum predicatione derivantem, atque usque ad Pauli & Antonii tempora perducentem vel ex hoc solo cum aliis refellit Thomass. 1. cit. N. 10. quod eidem non possint solida suppetere argumenta, quibus convinceret, primos Ecclesie Hierosolymitanæ Fideles cum patrimonii etiam conjuga repudiasse, que tamen repudiatio animam Monachismi efficit.

Secunda propositionis pars ex se ipsa elucet: nemo enim non videt Monachos ex sui institutione velle imitari primitivas illas Christianorum inveniundo Societatem, cui ex institutione debet esse cor unum, & anima una, cuique omnia sint communia, cui princeps cura perseverare in oratione, questum Regni Cælorum temporalibus lucris præferre, &c.

4. Christus in Evangelio Monachorum vitam delineavit, atque consuluit.

Propositio hæc infra magis enucleabitur, dum criminationes Protestantium retundemus. Hic interim contendimus, eam paupertatem non tantum essentiali, seu illam spiritus, que consistit in abstractione voluntatis ab omni alligatione ad res temporales possessas, etque ad assequendam Christianam perfectionem absolute necessaria; verum etiam materiem, seu abdicationem omnis proprietatis, tanquam ad eam consequendam vix utilem commendasse; exemplo quidem suo à nativitate in stabulo, usque ad mortem in Crucis patibulo; vobis vero Matth. 19. v. 21. dum adolescenti eum sequendi cupidus ait: *Si vis perfectus esse, vade, vende, que habes, & da pauperibus; item dum v. 23. occasionem hominis hujus ad terrenam substantiam oppido alligati pericula divitiarum exponit, dicens: Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in Regnum Cælo-*



bantur, lac & mel, quod solemniter benedictum dabatur Catechumenis degustandum, ut habet Can. 4. Concilii Carthaginensis IV.

28. Oblationes, præcipue illæ panis & vini ad Altare à Fidelibus offerri solite, tessera erant communionibus Fidelium; ita quidem, ut qui exortes essent participationis Corporis Christi, sive vivi, sive Defuncti, eorum oblationes, vel pro ipsi ab aliis factæ non reciperentur.

Concilium Carthaginense IV. mox relatum Can. 95. sancit: *Oblationes dissidentium Pratum neque in Gazoophylacio (minus in Altario) recipiantur. Eorum, qui pauperes opprimunt, dona à Sacerdotibus refutanda. Et ante hoc Concilium Liberius Papa dona à Constantino Imp. hæretico oblata, & à Custode templi S. Petri incaute suscepta, magna inde ejecit constantia, ut scribit Athanasius in ep. ad solitarios, Quantum ad defunctos Aurelianense Concilium II. Can. 15.*

## TITULUS XXXI.

### De Regularibus & Transientibus ad Religionem.

1. **E**A est præsentis argumenti de Regularibus (si nomen istud in tota sua latitudine sumatur, ita ut non solum Monachos, & Mendicantes, verum etiam Clericos, atque Canonicos Regulares, eorumque disciplinam, dependentiam ab Ordinat, exemptionem ab eorum Jurisdictione, Privilegia, &c. comprehendat) vultus, ut si pro merito tractari hoc loco deberet, Titulus præsentis sua mole reliquum tractatum historicum in præsentem Librum si non excederet, facile æquaret. Quare duplici æconomia procedendum existimavi, primo ut ea, quæ de Regularibus tractanda sunt historice, compendio, quantum fieri potest, exhibeam. Secundo, ut illa in tres Titulos distribuiam, atque 35. hujus Libri

ait: *Oblationes Defunctorum, qui in aliquo crimine fuerunt interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse.* Plures in hæc rem Canones cumulari possent, si opella ratio hoc pareretur. Hoc finaliter ex Thomasso notandum, nec oblationes tantum & hostias Fidelium ad Altare fuisse admittas, sed & eorum nomina omnium recitata, quorum oblationes susceptæ fuissent; hæcque fuisse diptycha, seu monumenta solemnia, quæ publice prælegebantur inter Missarum solemnia ex ambona post susceptas oblationes, non ante; nam, ut scribit Innocentius I. Papa Ep. 1. c. 3. *Quam superfluum sit, & ipse recognoscis, ut cuius hostiam necdum Deo offeras, ejus ante nomen infinues.* Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, ut inter facta mysteria nominentur, &c.

Titulo de Statu Monachorum & Canonicorum Regularium inscripso, de Clericis, Canonicisque Regularibus, ac Ordiniibus militaribus, Monachorumque cum eis connexionem; Titulo item 33. Libri V. Decretalium de Privilegiis prænotato, de Regularium subjectione, exemptione, privilegiis; in præsentis vero de solis Monachis & Mendicantibus, & quidem solum quantum ad eorum originem, & domesticam disciplinam tractatum insitutum, Statumque sanctissimum, atque Ecclesie Dei utilissimum contra calumnias atque Protestantium, zoticque dentem unius vel alterius Orthodoxi defendam.

De

§. I.

De Monachorum Origine, &amp; Varietate.

2. **Q**Uamquam Viri eruditi ultro fateantur Eliam, Elicum cum Prophetis veteris Testamenti, Joanneque Baptista exemplar luculentissimum exhibuisse earum virtutum, in quibus sese posteriores Monachi præcipue exercent, unde & nomen sortiti sunt, abstractionis nimirum à negotiis secularibus, orationis prolixioris, contemplationisque reum divinarum, corporarumque austeritatum; minime tamen assentuntur iis, qui eos faciem Monachis antiquis vel modernis similem prorsus exhibuisse operoso, sed non sat felici conatu contendunt; multo minus iis, qui statum Monachorum epocham ante diluvium collocant.

Ut Monachos in his consequaris, ait Thomass. de V. & N. Eccl. discipl. p. 1. lib. 3. c. 12. N. 11. opus est præterea regula, congregatione, speciali veste, statu ab aliis discrepante & notabili, exercitiis officisque ad certas horas alligatis & sui semper simillimis, scholis, coloniis; nec id usquam nisi post Antonium invenies. Nec meo quidem tenui judicio Ecclesia opus habet, Monachos in veteri Testamento, vel prorsus in Legge naturæ querere, ut statum Monachorum veterum & præsentium contra impetus hæreticorum efficaciter tueatur. Cum sponsus ejus Salvator noster ea in Evangelio suo eidem tela reliquerit, quibus nullo negotio cæcorum hominum calumnie proligrari possunt.

3. Neque primi Christiani, de quibus Actuum 4. à v. 32. legitur: *Multitudinis autem Crescentium erat cor unum, & anima una; nec quisquam eorum, que possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, &c.* erant Monachi nostris similes, quamquam suo

exemplo Monachismo efficaciter præferiat.

Cassianum collat. 18. c. 5. Cœnobitarum disciplinam ex allata autoritate ab Apostolorum predicatione derivantem, atque usque ad Pauli & Antonii tempora perducentem vel ex hoc solo cum aliis resellit Thomass. 1. cit. N. 10. quod eidem non possint solida suppetere argumenta, quibus convinceret, primos Ecclesie Hierosolymitanæ Fideles cum patrimonis etiam conjuga repudiassè, que tamen repudiatio animam Monachismi efficit.

Secunda propositionis pars ex se ipsa elucet: nemo enim non videt Monachos ex sui institutione velle imitari primitias illas Christianorum inveniundo Societatem, cui ex institutione debet esse cor unum, & anima una, cuique omnia sint communia, cui princeps cura perseverare in oratione, questum Regni Cælorum temporalibus lucris præferre, &c.

4. Christus in Evangelio Monachorum vitam delineavit, atque consuluit.

Propositio hæc infra magis enucleabitur, dum criminationes Protestantium retundemus. Hic interim contendimus, eam paupertatem non tantum essentialis, seu illam spiritus, que consistit in abstractione voluntatis ab omni alligatione ad res temporales possessas, etque ad assequendam Christianam perfectionem absolute necessaria; verum etiam materiam, seu abdicationem omnis proprietatis, tanquam ad eam consequendam vix utilem commendasse; exemplo quidem suo à nativitate in stabulo, usque ad mortem in Crucis patibulo; vobis vero Matth. 19. v. 21. dum adolescenti eum sequendi cupidus ait: *Si vis perfectus esse, vade, vende, que habes, & da pauperibus; item dum v. 23. occasionem hominis hujus ad terrenam substantiam oppido alligati pericula divitiarum exponit, dicens: Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in Regnum Cælo-*



Calorum. Similiter etiam castitatem non tantum illam conjugalem, verum absolutam, dum L. cit. v. 12. inquit: Sunt Eunuchi, qui seipos castraverunt propter Regnum Calorum. Qui potest capere, capiat. Quam spirituales castrationem ad perfectionem Christianam fecit consequendam oppido conducere, quemadmodum & Matrimonium suapte natura eidem impedimentum difficultateque non obvias, mittere profertur Paulus 1. ad Corinth. 7. v. 34. dicens: *Mulier inupta & Virgo cogitat, que Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu: que autem nupta est, cogitat, que sunt mundi, quomodo placeat viro; nimirum suapte natura virginitalis & Matrimonii comparabili cum vitio contrario inupte, & virtute nupte. Obedientiam denique, dum pauperi Matri, & vili fabrico, quos sapientia & prudentia in immensum anteibat, ad annum usque 30. subdebatur, haecque subditelam omnibus alta sapientibus, & in sua astutia confidentibus publicis monumentis voluit consignari, Lucæ 2. v. 51. cum notabili illo colophone: Et Jesus proficiebat sapientia, & etate, & gratia apud Deum & homines.*

5. Nec Virgines, que ab ipsis incunabulis Ecclesie velabantur, & Deo consecrabantur; nec viri, qui in solitudinibus tum meditationibus sanctis vitam impendebant, monasticam vitam duxerunt.

Virgines enim ille, quemadmodum proventus Patrum testimonia, solo castitatis voto sese obstrangebant, & hoc subinde tantum implicite, neque vivebant in certa communitate sub regula, & alicuius Præpositæ obedientia, sed in domo paterna. Viri vero, de quibus scribit S. Paulus: *Circueverunt in metosis, in pellibus capris, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ; ad Hebr. 11. v. 37-38. solitudines petebant vel persecutionis declinandæ, vel meditationibus vacandi*

gratia, nullo exteroquin voto astricti, aut sub certa Regula viventes.

6. Simillimi Monachis Sæculi IV. fuerunt illi homines utriusque sexus, qui sub Marco Evangelista, sine uxoris viventes solliciti dumtaxat, quomodo placerent Deo, singularem & eximiam vitam ducebant; atque Therapeutæ, seu cultores & Monachi, aut cultrices & Monachæ audiebant.

Illorum vivendi rationem in libro de vita in contemplatione posita describit Philo eorum cœvus, admirator, & disertissimus Panegyrista: Est, inquit, in quoque æge fere *Edes sacra, que appellantur Semneion (id est, augustum templum) vel Monasterion (quod latine locus solitarius, separatus, dici potest), in quo illi ab aliis separati, seculique vitæ pig, & propter virtutem augustæ mysteria obeant: nihilque eo vel cibi, vel potitionis, vel aliarum rerum, que ad corporis usum necessaria sunt, omnino secum apportant; sed leges & oracula à Prophetis divinitus edita, hymnosque ibi recolunt, & alias denique res, in quibus divina scientia, & vera erga Deum pietas crescat & perficiatur; — totum temporis spatium, quod inter auroram & vesperam intercedit, in pia quadam exercitatione collocant; — exstant etiam apud illos commentarii veterum quorundam hominum, qui illorum Religionis & sectæ Auctores ac Duces fuerunt: qui complura monumenta de ea specie & ratione doctrina, que in allegoriis cernitur, post se reliquerunt. Quibus quidem tamquam exemplaribus utentes, & Professiois illius, & instituti modum sedulo imitantur. — Cum temperantiam quasi quoddam fundamentum in animis suis jecerint, alia virtutum genera superaddiscunt. Cibum aut potum ante solis occasum nemo illorum capit; quippe divina sapientiæ studium, quo se involvunt, lucem promereri judicant; corporis autem necessitates tenebras solum merito sibi*

vin.

vindicare. Unde illis quidem totum diem, his autem exiguum quandam noctis particulam largiuntur. — Commune Semneion (seu Monasterium, aut locus sacrorum), in quod septimo quoque die conveniunt, septo clauditur duplici, separatis virorum & mulierum catibus. Nam mulieres quoque simul auscultant ex more, dumtaxat que institutum idem sectantur. Medius autem paries à solo surgit tribus, quatuorve cubitis, in modum loriceulæ; superiora usque ad tectum patent; unde gemina provenit commoditas, & quod pudori famine sexus consultur, & quod verba Doctores exaudiantur facile absque ulli obstaculo, que vocem ejus interceptant. Ex his porro patet primo, hoc genus hominum in eadem secta, seu Ecclesia, congregationem singularis vivendi methodi constituisse. Secundo, in eo non tantum fuisse mares, sed etiam feminas. Tertio, eos in communi vixisse, & paupertatem summam coluisse. Quarto, rei uxoris operam non navasse, sed utrumque sexum in ædiculis separatam, atque à societate reliquorum hominum, etiam fratrum avulsam, castitatem exactam servasse, eo quod diem totam, noctemque pene in orationibus, meditationibus, sacrisque lectionibus Prophetarum, veterumque suorum Fundatorum consumperint, que res cum prolium procreatione earumque educatione subsistere nequit. Quibus omnibus si addantur ea, que de similibus hominum professione scribit Dionysius Areopagita de Ecclesiastica Hierarchia, sique in libri revera sunt ipsius, ut gravissimi Auctores sustinent, defenditque Nat. Alex. hist. Eccl. Sac. I. disert. 22. eos, ut ovum ovo, Monachis IV. Sæculi fuisse similes vix inficiari potest. Sic autem habet: *Sacerdos fiat ad Altare. Is autem, qui consecratur, stat post Sacerdotem — supra illum mysticam invocationem profectus; qua finita Sacerdos accedens, rogat ipsum primum, an omnibus rebus*

dividiis renuntiet, non solum vitis, sed etiam imaginationibus. Deinde exponit illi vitam perfectissimam, contestans illum debere mediam vivendi rationem superare, *Quæ ubi omnia is, qui initiatur, professus est; Sacerdos cum Crucis signo consignatum tondet, — omnique veste detracta, eum alia induit. Christiani vero an Judæi Esseni fuerint hi Therapeutæ? quæstio omnium intricatiorum facile princeps est; que consequenter non tantum antiquos Patres, verum etiam recentiores Criticos inter se collidit. Christianos fuisse affirmant Scriptores Ecclesiastici Sæculi IV. primi Subsellii Eusebius hist. Eccl. lib. 2. c. 16. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccl. Epiphanius hæresi 2. N. 5. & post ipsos Sozomenus lib. 1. c. 12. Cassianus lib. 2. de Cœnobiorum institutis c. 5. Photius in Bibliotheca Cod. 103. Suidas & alii, idque ex narrationis, quam ex Philone retulimus, serie videntur colligere; dicit enim hos ascetas præter Lectionem Prophetarum, etiam commentarios Auctorum suæ sectæ, seu Religionis diligenter evolvisse, quo loquendi methodo Philonen ad Apostolos, & conscripta ab eis Evangelia, alioque sacros Codices alludere, vel inde erui videtur, quod hos Commentarios affirmet continere complura monumenta de ea specie, & ratione doctrinæ, que in allegoriis cernitur; Evangelium vero in allegoriis, & parabolis majori ex parte consistere, totumque novum Testamentum in hoc veit in cardine versari, ut allegorias & figuras veteris Testamenti in Christo, atque in fundata ab ea Religione monstrat adimpletas, nemo est, qui nesciat. Sicut neque, quod S. Marcus Alexandria amplam, dum viveret, fundaverit Ecclesiam. Hinc est, quod illorum sententiam ex Recentioribus amplexi sint Baronius, Bellarminus, Petavius, Natal. Alex. cum pluribus aliis, qui postremus succedet iis Viris Catholicis eruditis, qui Therapeutas, de quibus loquitur*



quitur Philo, vel nusquam existisse asserunt, vel Christianos & Monachos non fuisse, quod Magdeburgensibus Centuriatoribus, quam antiquis Scripturibus Ecclesiasticis, potius auferunt. E contra, ex antiquis Nilius S. Chrysolomus auditor, & iterum Mammachio de originibus, & antiquitatibus Christianis Tom. 1. p. 16. fides, Phocias pro altera sententia supra ex Nat. Alexand. cit. ex Recentioribus vero Cotelerius, Pagijs, Dupinsus, & alii plurimi hos Therapeutas volunt esse patros patros Judaeos de secta Essenorum, Essenorum, aut Essenorum, quos idem Philo, & Josephus alibi describunt; idque eo potissimum argumento, quod Philo ibi scribat: *Existit apud illos commentarii veterum quorundam hominum, qui illorum Secte Religionis Dices fuerunt*: Quod de Christianis à S. Marco institutis, quos Philo vidit, dei non posse praevident, cum nulli tunc de Christiana Religione libri conscripti essent. Et si daretur tum iam novum Testamentum fuisse divulgatum majori ex parte, commentarii illi non potuissent dici veterum quorundam hominum; cum Philo librum de vita contemplativa scripserit A. C. 58. quo anno Scriptores Canonici vel adhuc vivebant, vel nuper mortui erant. Hinc est, quod huic posteriori sententiae invitas adheret ipse Maminachus recentissimus Scripser. Nobis vero nec vacat, nec incumbit, quid de Therapeutis sentiamus, hic aperire.

7. Essai sive Esseni, qui sectam inter Judaeos illi Pharisaeorum, & Sadduceorum oppositam professabantur, maxime cum vita veterum Monachorum praeserebant similitudinem; ab his tamen ratio vivendi veterum Monachorum originem nequaquam duxit, ut pretendunt quidam heterodoxi.

Quantum ad 1. p. eorum imaginem Monachis antiquis simillimam pingit Josephus lib. 2. de bello Judaico c. 7. & libro 18. antiquitatum c. 2. nec non Philo

apud Eusebium lib. 8. preparationis Evang. ex quibus Natalis Alexan. in hist. Vet. Testam. sexta mundi aetate c. 1. Art. 9. §. 4. sequens compendium exhibet. Essai, sive Esseni (cum Assideis de quibus 1. Matth. 23. v. 47. &c. minime confundendi) Pharisaei recentiores, de Dei Providentia, & animarum immortalitate sane sentiebant. Vitae Asceticae instituto celebres fuerunt. Vitae admittent in societatem nisi viros graves, & quorum aetas ad senectutem vergeret. Discipulos quadriennio toto probabant. Celibatum servabant, paucis tamen exceptis. Alienos pueros vel cognatos instituebant sub unius Magistri cura. Sabbathum ceteris Judaeis scrupulosius observabant. Summa inter illos erat bonorum communio; designati communium rerum Procuratores; candida veste utebantur; victu parco & aulico; cujus sumptioni premittebatur oratio, gratiarum actio subsquebatur. State illorum preces, maxime ad ortum solis. Artes, occupationesque variae, — vitae theoreticae & lectioni deditissimi; pietatis, beneficentiae, hospitalitatis studiosissimi, solitudinis & silentii observantissimi fuerunt. In juvando dantur & miserando sui juris erant; in ceteris à curatoris sui pendebant arbitrio; sine cujus venia vel cognatione aliquid dare nefas dicebant. Mylicum Sacerp Scripturae sensum sectabantur. — S. veri erant criminum vindices. Deprehensos nempe in crimine à sua societate pellebant. Quae omnia quam veterum instituto Monachorum sint parilla, praesertim si ex Plinio lib. 4. hist. naturalis c. 17. addas, eos sine ulla femina omni venere abdicata vitam traduxisse, nemo non videt.

Ex hoc tamen non sequitur monasticum institutum Christianorum hujus sectae Judaicae simiam fuisse, ut quidam Procellant autumant. Cumque simillima sunt, non semper ab invicem dependant. Alias quis dicat, Europos Catholicos mul-

multiplicitatem suarum caeremoniarum à Chinesibus, qui iis abundant, emutualisse, aut Pyri pulveris conficiendi artem, quomodo illi prius callebant, ab ipsis didicisse? Evangelica igitur consilia à Salvatore nostro sequacium suorum optioni relicta, nec non exempla singularium personarum prioribus tribus Saeculis ad eorum amissam vitam suam instituentium, S. Antonium Aegyptium, & Hilarionem, eorumque sequaces inflammaverunt, à turba Christianorum, praecipit Evangelicis obtemperantium, caput extollendi, usque vitae monasticae Evangelicis his consiliis N. 4. h. t. insinuatissimè perstructae sublimitate eminendi. In vita enim Antonii in Breviario ad 17. Januarii legitur: *Cum ingressus Ecclesiam ex Evangelio audivisset: Si vis perfectus esse, vende omnia, quae habes, & da pauperibus: tamquam ea sibi dicta essent, sic Christo Domino obtemperandum existimavit, &c.*

8. Si Monachum itaque dicamus eum, qui contemptis divitiis, carnis illecebris, mundanorumque hominum conversatione sibi & Deo vacat: Saeculo IV. pace Ecclesiae sub Constantino M. reddita, triplicis generis fuerunt Monachi, seu similem vitam proferentes, Caenobites nimirum, Anachoretæ, & Aegypti Remoboth.

Omnes hi conveniebant, quod à mandato strepitu separati per observationem Evangelicorum consiliorum ad Christianam perfectionem eorum conarentur. In hoc vero differabant, quod Caenobita in Caenobis sui unius Praepositi & subalternorum Rectorem disciplina vivebant. Anachoretæ vero ab invicem separati solitudines incolerent. Remoboth vero bini vel terni, aut paulo plures simul morarentur, & abique Praeposito & Regula proprio arbitrio viverent; quorum proin institutum omnium erat imperfectissimum. De omnibus hiis differit S. Hieronymus in ep. ad Eustochium de custodia Virginitatis.

Tom. II.

9. Si Monachos antonomastice sumamus pro Caenobitis vel Anachoretis in avitis solitudinibus versantes, eorum Author ac Patens merito dici debet Antonius Aegyptius.

Id significat S. Athanasius in vita S. Antonii, inquit: *Non tam crebra erant in Aegypto Monasteria, neque omnino quibusquam aviam solitudinem noverat; sed quicumque in Christi servitute sibi met ipse prodesse cupiebat, non longe à sua Villula separatus instituebatur. Erat in Aegypto vicinior senex quidam, vitam solitariam à prima seclatate etate. Hunc Antonius cum vidisset, emulatus est ad bonum. Hoc loco S. Athanasius oppositas de origine Monachorum sententias, quarum una, quae Cassiani est, eam Ecclesiam coram facit, altera eam in Antonium tanquam Authorem refundit, conciliare videtur, dum Christianos, qui in locis abstractis sibi met ipse vivebant, dicit ante Antonium existisse, & revera similes homines ab Ecclesiae canonicis per tria persecutionum Saecula numquam non existisse ex dictis in comperto est; non vero Monasteria Caenobitarum extracta fuisse, aut homines aviam solitudinem petere solitos ante Antonium affirmat. Quod vero dicit: Non tam crebra ante Antonium in Aegypto erant monasteria, non supponit Caenobia, lauralque in Aegypto ante Antonium fuisse extractas, in quibus Congregationes Monachorum sub regimine Abbatis habitassent; contrarium enim in agro est; sed habitationes similia Ascetarum, qui in suburbanis, vel ruri urbibus vicino solitudines sibi edificaverunt. Antonium vero jure esse dicendum Authorem, Institutoremque tam Caenobitarum, tam Anachoretarum, quamvis S. Paulus ante Antonium Anachoretarum exemplar fuerit, S. Hieronymus de antiquitate vitae Monasticae ex eo adstruit, quod ab eo ante omnes aliorum ad vitam monasticam utriusque generis amplectendam incitata sint studia.*

R



studia. Unde Breviarium citatum de ipso dicit: Cum innumerabiles sui instituti imitatores haberet, convocatis Monachis, & ad perfectam Christianam vitæ Regulam instructis, — migravit in Cælum.

10. Monastica vivendi ratio ab Antonio instituta, eodem Sæculo IV. & quinti initio in Asia, Europa, & Africa per Viros sanctitate & doctrina celeberrimos propagata est.

Eam Hilariion propagavit in Palæstina, ut scribit Hieronymus in vita Pachomii. In Ponto S. Basilus. Eam Europæ intulit S. Athanasius, dum vitam S. Antonii adhuc viventis Romam secum adferret, teste eodem Hieronymo in vita Marcellæ. Ad quam Monachorum ac Virginum propagationem multum ipse doctrina ac institutione sua contulit; uti apparet ex eius ep. ad Principiam Virginem, in qua inter alia ait: *Cæbra Virginum Monasteria, Monachorum innumerabili multitudo* (Romæ), ut pro frequentia servientium Deo, quædã prius ignominia fuerat, (Monachismus enim Romanis tum erat res nova, vilisque videbatur) esset postea gloria. Roma derivatum est Monasticum institutum in insulas Etruscæ maris, eodem teste in epitaph. Fabiolæ. Mediolani fundatore Ambrosio fuisse Monasterium plenum Fratrisbus testatur S. Augustinus lib. 8. Confes. c. 6. S. Eusebium præfuisse Monasterio Verecellensi scribit Ambrosius ep. 82. Sanctum Martinum Pictavis & Turonibus in Gallia Monasteria extruxisse, & Monachos Instituisse testatur Severus Sulpicius in eius vita. In Africa vero hujus sacratissimi instituti propagator fuit S. Augustinus, de quo Possidius in eius vita cap. ult. Clerum sufficientissimum, & Monasteria Virorum ac Familiarum continentium cum suis Præpositis plena Ecclesiæ dimisit. Eum vero fuisse propagatorem primum constat ex eius libro de moribus Eccl. Cath. c. 13. ubi, Manichæorum fucatis virtutibus opponens Monachorum Catholicorum in-

fucatam sanctimoniam, ad Ægypti & Orientis Monachos provocat, quod non fecisset, si domestica tum ipsi abundasset Monachorum Africanorum exempla.

11. Sæculo VI. Monastica vita in Europam propagata per Viros undequaque sanctissimos magna incrementa suscepit.

Princeps omnium fuit S. Benedictus, qui Monachorum Europæorum Patriarcha ex eo dici potest, quod ejus instituta, seu Regulam omnes tandem Monachi Europæ successive amplexi sint, ut infra videbimus. Præter ipsum, Monasticum institutum hoc Sæculo promoverunt Casarius Arelatenus Episcopus, Aurelianus, Columbanus, Ferreolus Uctienfis, Isidorus, & Fructuosus.

12. Sæculo VIII. Omnes Monachi in Occidente, qui alias instituti fuerant à S. Marino, Casario, & Columbano, instituta S. Benedicti amplexi sunt.

Videator Mabillonius Sæculo III. Benedictinorum. Ex quo etiam discet, quemadmodum hic celeberrimus Ordo Sæculo præcedenti & subsequenti propagatus fuerit per S. Maurum in Gallia, Placidium in Sicilia, Leonardum in Alsatia, Conatum in Hispania, Augustinum in Anglia, Bonifacium in Germania, &c.

13. Monastica hæc juxta Regulam S. P. Benedicti vivendi ratio in omnibus Occidentis Monachis perseveravit usque ad Sæculum XI. quamquam Benedictinum Institutum per succedentes reformationes in varias Congregationes divisum fuerit.

Reformationem disciplinæ Benedictinæ, quæ Sæculo IX. sola in Gallis, Germania, & Italia, atque in tota Europa recepta, atque majori ex parte, præsertim in Gallia ob bella intestina, & direptionem honorum Ecclesiæ, ut sæpe jam diximus, collapsa fuit, propagandam suscepit eodem Sæculo S. Benedictus Anianensis Abbas, sicut testatur Ardo in eius vita. Sæculo vero X. occasione

ejus-

ejusdem reformationis, excitata est in Gallis famosa Congregatio Cluniacensis, cujus primus Abbas fuit Berno, cui successit Odo, qui extinctum pene in Gallis S. Benedicti Ordinem suscitavit, multumque propagavit. Hanc Sæculo XI. excepti Congregatio Camaldulensis Auctore S. Romualdo, cui successit Congregatio Vallis Umbrosæ, sic dicta ab arboribus montium dorso inhærentibus, atque vallem opacam reddentibus, quam eodem Sæculo fundavit S. Joannes Gualbertus. Huic demum Sæculo isthuc expirante nobilissimus Cisterciensium Ordo, cujus fundamenta A. 1098. in nemore vallifimo ac uliginoso jecit B. Robertus Abbas Mollismensis Ordinis Benedictini, amplissime vero propagavit monastica observantia, vitæ sanctitate, doctrina pene celestis in Ecclesia Latina celebratissimo S. Bernardus Clarevalensis Abbas. Videatur Mabillonius.

14. Sæculo eodem XI. & XII. exorti sunt Ordines Monastici Grandimontensis, Carthusianus, & S. Antonii, qui Regulam S. Benedicti non sunt secuti.

Ordinem Grandimontensem inde dictum, quod ejus Professores montem Mauretum relinquere coacti, in grandem montem A. 1124. migrarint, eodem Anno fundavit S. Stephanus de Maureto, Fratrisbusque Regulam propriam, apostolicam sane & austeram, quam RR. Pontifices Urbanus III. & Clemens III. confirmarunt, præscripserunt; ut proinde fallatur, qui hanc Ordinem vel sub Regula S. Benedicti, vel S. Bernardi, vel S. Angulini militasse affirmant. Carthusiensium strictissimum Institutum ad Sæculi XI. finem condidit S. Bruno, ita dictum ab asperis Carthusiæ montibus, quos Sanctus ille cum Sociis inhabitavit, Ordinisque sanctissimi fundamenta inibi jecit. Eodem Sæculo facta sunt fundamenta Ordinis Sancti Antonii per erectionem Societatis à Gastone Viro nobilissimo, ejusque Filio Girino à sacro Igne tum per Gallias im-

maniter grassante precibus S. Antonii Ægyptii miraculose sanatis; cujus Præses Falco sese Sæculo XIII. cum sociis tribus solemnibus votis adscrixit, indulgentibus Honorio III. ac dehinc Ordo S. Antonii per Galliam, Italiam, Hispaniam, Germaniam, aliasque orbis partes propagatus est. De Canonice Regularibus, simul & Ordinibus Militaribus Sæculo XII. institutis hic ordine agendum foret, ni hanc materiam, sicut & illam de Congregationibus Clericorum, Titulo XXXV. deputassemus.

15. Sæculo XIII. & XIV. exorti sunt in Ecclesia Latina Ordines Mendicantium, majori ex parte sub Regula S. Patris Augustini, sed diversis Constitutionibus, quorum vitæ ratio à præcedentium Monachorum notabiliter differet.

Hos inter Ordines primus est Ordo Prædicatorum à S. Dominico institutus atque ab Honorio III. An. 1216. confirmatus. Eodem pariter Sæculo S. Franciscus Seraphicus Ordinem Minorum fundavit, ab Innocentio III. in Lateranensi IV. Concilio A. 1215. atque ab Honorio III. confirmatum. De Ordinis Carmelitarum, Eremitarumque S. Patris Augustini origine & antiquitate hic præcedimus, non censorem, sed cultorem utriusque ex animo nos profitentes. Id certum est B. Albertum Hierosolymitanum Episcopum A. 1214. montis Carmeli Eremitis Regulam brevissimam dedisse ab Honorio III. A. 1226. confirmatam. Eos ex Asia in Europam venisse A. 1245. scribit Natalis Alexi. & superinducta cenobiticæ vitæ forma inter Ordines Religiosos numeratos fuisse, favente Innocentio IV. Alexander vero IV. Pontifex maximus quinque Congregationes Eremitarum diversis Regulis, Titulis, & veltibus viventes, ad tollendam omnem confusionem in unam Ordinis & Regule S. Augustini observantiam, in uniformem vivendi, ac vestiendi modum An. 1256. redegit, atque hinc Ordini primum

R 2

Prio-



Priorem Generalem Lanfrancum Septimanum Mediolanenſem preſecit. Præter hos quatuor ſacros Ordines, qui antonomaltice Ordines Mendicantium audiunt, his ſæculis Religioſorum Ordinum feraciſſimis fundati ſunt alii quam plures ſacri Cœtus, inter quos primo locum tenet Ordo SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum à S. Joanne de Matha fundatus, atque ab Innocentio III. An. 1198. confirmatus. 2. Ordo Vallis Scholarium. 3. Congregatio Sylveſtrinarum An. 1231. à Sylveſtro Gazoſino ſub Regula S. Benedicti inſtitutus, ab Innocentio IV. A. 1247. confirmatus. 4. Ordo S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum à S. Petro Nolafco inſtitutus A. 1253. à Gregorio IX. A. 1255. confirmatus. 5. Ordo Servorum B. M. V. initiatus eſt à VII. Nobilibus Civibus Florentinis, Bonſilio Monaldo, Bonajuncta Manetti, Manetto Autelenſi, Amideo de Amideis, Ugucione Ugucione, Soſteneo de Soſteneis, & Alexio de Falconeris An. 1233. & confirmatus ab Innocentio IV. An. 1251. inter Ordines vero Mendicantes à Martino V. An. 1418. per Bullam, quæ incipit: *Sacræ Religionis*, &c. relatæ eſt. Annales Serv. Cent. 2. l. 5. c. 3. 6. Anno 1270. erecta eſt Congregatio Coeleſtinarum à Petro de Marone, qui poſtea fuit Coeleſtinus V. Summus Pontifex ſub Regula S. Benedicti. 7. Sub eadem S. Benedicti Regula An. 1313. prodiit Congregatio S. Mariæ montis Oliveti, Fundatore B. Bernardo Ptolomæo, quam Clemens VI. An. 1344. diplomate ſubſcripſit. 8. Eremitæ S. Pauli Budæ in Hungaria ex inſtituto nimirum S. Pauli primi Anachoretæ, & Authore P. Euſebio Srigonienſi Archiepiſcopo, ceperunt circa An. 1215. Sed eorum Ordinem anno dumtaxat 1338. confirmavit Joannes XXII. 9. Ordinem S. Salvatoris circa An. 1363. inſtituit S. Birgita Danicæ Regis filia; eum ratum habuit An. 1370. Urbanus V. 10. Hieronymiani, ſive Monachi S. Hiero-

nymi, Auctore Petro Fernando, ejuſque Socio Petro Romano B. Auguſtini Regulam amplexi ſunt, approbante eorum inſtituta Gregorio XI. An. 1374. 11. Alii Eremitæ S. Hieronymi à B. Petro Gambacurta nobili Piſano fuerunt inſtituti ſub An. 1380. ſive vocis, quibus eos tandem contrinxit S. Pius V. 12. Denique Ordinem S. Ambroſii dudum inſtitutum, ſed abſque certa Regula à ſede Apoſtolica approbata, confirmavit idem Gregorius XI. ſub Regula S. Auguſtini An. 1385. cum poteſtate recitandi Ambroſianum Officium. Prætermitto Ordines pauperum Catholicorum, Humiliatorum, & Jeſuatorum hiſ ſæculis inſtitutos, eo quod ſubinde caſſati fuerint à Romanis Pontificibus.

16. Sæculo XV. ſtrenue adlaboratum eſt, ut Ordines tam Monastici, tum Mendicantes ad primævam diſciplinam revocarentur, novisque Ordinibus Eccleſia ſecundata eſt. In Italia Ludovicus Barbus Monasterio S. Juſtinæ à Gregorio XII. præfectus, priſtinum ſplendorem Ordinis S. Benedicti in Italia reſtituit circa An. 1408. inde enim optum trahit celeberrima Congregatio S. Juſtinæ, ſeu Caſſinenſis. In Hiſpania vero Martinus Vargas veterem diſciplinam Ordinis Ciſterciensis revocavit, & Congregationem ſub Titulo S. Bernardi An. 1425. inſtituit, quam Martinus V. confirmavit. Reformationem Ordinis S. Franciſci circa An. 1419. magno zelo aggreſſus eſt S. Bernardinus, & quique eundem adhaſerunt *Obſervantini* dicti ſunt, ad diſcrimen Fratrum Conventualium ejuſdem Ordinis, qui in recepta jam vivendi forma juxta privilegia & diſpenſationes à Sede Apoſtolica conceſſas permanere voluerunt. Hoc Sæculo prodiit quoque Congregatio Lombardæ, quæ inter Congregationes reformatas Eremitarum S. Auguſtini eminet. Altera Congregatio Benedictinorum *Burſfeldenſis* appellata, opera Joannis Rodii in Germania prope Tre-

viro in Monasterio S. Matthiæ prodiit, ac Burſfeldiæ primum ſuſcepta eſt Anno 1435. cujus exemplum ſecuta Germania & Gallo-Belgii Monasteria eidem ſe ſe adjuungere. Eodem Sæculo Carmelitæ alteram mitigationem Regule ſuæ à B. Alberto Patriarcha Jeruſolymitano obtinuerunt ab Eugenio IV. An. 1432. quam qui obſervant, Carmelitæ mitigati nuncupantur. Hoc ipſo Sæculo S. Franciſcus de Paula fundavit Ordinem Fratrum Minorum, cuius fundamenta jecit in Cœnobio prope Paulam An. 1467. Ordinem vero confirmavit Sixtus IV. An. 1474. Congregatio quoque Eremitarum S. Hieronymi de Feſulis à B. Carolo Filio Antonii Comitris Montis Granelli An. 1380. inchoata, ad Regularem profeſſionem ſecundum Conſtitutiones S. Hieronymi nomine inſignitas ab Innocentio VII. admiſſa & approbata eſt An. 1405. Cujus alumni poſtea Regulam S. Auguſtini approbante Eugenio IV. amplexi ſunt.

17. Sæculo XVI. adhuc prodiere partim novi Ordines, partim Ordines præcedentium Inſtitutorum reformativi. Inter novos Ordines, qui Eccleſiam hoc Sæculo illuſtrarunt primo loco nominanda venit Societas Jeſu à S. Ignatio Lojola An. 1534. inſtituta, atque à Summis Pontificibus Paulo III. An. 1540. Julio III. A. 1552. Gregorio XIII. Anno 1584. & Gregorio XV. approbata, Ordinibusque Mendicantium annumerata. 2. Ordinem Caritatis, ſeu Fratrum Miſericordiarum An. 1536. inſtituit S. Joannes de Deo, confirmavit S. Pius V. An. 1572. in cœtum vero Regularem erexit Paulus V. An. 1617. 3. Ordini Cappucinorum S. Franciſci Regulam ad literam profeſſionem initium dedit Fr. Mattheus de Baſſio An. 1525. quam Congregationem approbavit Romani Pontifex Clemens VII. An. 1527. & Paulus III. An. 1536. 4. Ordinem Carmelitarum ad antiquam primæ Regule, & priſtæ diſciplinæ obſervantiam reſtituit eodem Sæculo S. Te-

reſia de Jeſu nobilis Virgo Abulenſis, cuius inſtitutionem ratihabuit Gregorius XIII. An. 1580. 5. Congregatio denique Fratrum Minorum S. Franciſci ſtrictior Obſervantia inſtituta eſt à quibuſdam ejuſdem Ordinis Profeſſoribus, quos poſtea Recollectos vocarunt, eo quod Regulam S. Franciſci pure juxta literam & declarationes Nicolai III. & Clementis V. obſervare fatigaret. Hanc Recollectorum Congregationem confirmavit Clemens VII. An. 1532. 6. Congregationi B. M. Fulienſis exordium dedit, Monachoque Benedictino ad primævam S. Benedicti & Bernardi inſtitutum reduxit Joannes Barriera; illam approbavit Sixtus V. An. 1586. 7. An. 1595. Congregatio Diſcalceatorum Ordinis S. Auguſtini à Clemente VIII. confirmata fuit; qui Pontifex 8. etiam approbavit Congregationem Diſcalceatorum Ordinis SS. Trinitatis de Redemptione Captivorum. 9. Monasteria Ordinis S. Baſili in Italia, Sicilia, Hiſpania in unam Congregationem ſub Abbate Generali A. 1579. reduxit Gregorius XIII. Pontifex M.

18. Sæculo quoque XVII. novis Ordinibus ſecundata, veterumque reformatione decorata eſt Eccleſia. Inter novos Ordines Mendicantium Choro privilegiſque adſcriptis recentenda venit hoc Sæculo Congregatio Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum à S. Joſepho Calafantio ſub Paulo V. An. 1617. erecta, & approbata. Reformationem vero in Ordine Predicatorum opus hoc Sæculo ſuſceperunt in Gallia P. Sebaſtianus Michaelis, qui plures ſacri Ordinis Conventus reformavit; & P. Antonius Caveus, qui ex ejuſdem Ordinis Alumnis novam Congregationem ſub nomine Sanctiſſimi Sacramenti inſtituit. Ad reſtaurandam itidem Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum primævæ Regule Obſervantiam plurimum laboravit V. P. Hieronymus à Sanctiſſimo Sacramento; quæ Gallicana Congregatio



ab Urbano VIII. à 1629. confirmata ab illa Hispanica Discealceatorum habitu, ac aliis dissent. Hoc quoque Sæculo Benedictina disciplina restoruit in S. Mauri Congregatione ad petitionem Ludovici XIII. Regis Gallie erecta An. 1661. & confirmata ab Urbano VIII. An. 1627. Antiquam quoque Cistercii faciem ad amissum restituit Armandus Joannes Butillierus Raneuz, Abbas Monasterii B. M. domus Dei de Trappa, cujus Alumni vulgo Trappenses audiunt. Hoc eodem Sæculo minimus noster Ordo Servorum B. M. V. cujus Alumnus indignissimus divina vocante gratia esse merui, à tempore præsentis reformationis ob odiosum Protestantibus nomen Serv. Mariæ successively totaliter extirpatus ex oris Germaniæ, in eam auspiciis Augustissimæ Domus Austriacæ per Venerabilem Annam Julianam natam Ducissam Mantuæ, desponsatam Serenissimo Archiduci Austriæ Ferdinando Comiti Tyrolis reintroductus est, adscitis ex Eremito montis Senarii prope Florentiam, unde Ordo Servorum produit, Oenipontum aliquot religiosis Viris, qui juventutem Germanicam ad strictiorem observantiam amissam erudirent: quam vivendi methodum postea ratihabuit Clemens IX. An. 1668. Constit. Ex commissis nobis cælestis, &c. Clemens vero XI. Constitutiones Fratrum Servorum B. M. V. specialem vivendi methodum in Germania profitentium confirmavit An. 1708.

19. Virgines Deo ab incunabulis Ecclesie sacre, quæque mares illorum temporum numero videntur, zeloque superasse, eodem, quo Viri, tempore, Monasticas in Congregationes coiverunt.

De Sorore S. Antonii Ægyptii scribit S. Athanasius: Sororem quoque jam vetulam Virginem videns, & altarum puellarum Magistræ, mira exultatione sustollitur Antonius. c. 29. Inter alumnos Antonii eximius cum primis Pachomius Sorori & ipse Monasterium struxit, ubi

Sanctimonialibus eam complurimis præfecit, & religionis fama præstantissimis. Sic enim legimus in ejus vita c. 28. *Protinus imperat Religiosioribus Fratribus, ut ei procul à se Monasterium construant. — Convenerunt ad eam alia plurimæ, & brevi tempore magnæ multitudinis Mater effecta est.*

20. Quemadmodum autem subsequente tempore Monasticus Ordo Virorum, ita etiam mulierum per utramque Ecclesiam propagatus est.

Sanctum Basilium Afceteria Virginum fundasse testatur S. Gregorius Naz. Eorum Monasteriorum meminit quoque Theodoretus Hist. Relig. c. 30. S. Ambrosius lib. 1. de Virg. Severus Sulpitius Dial. 2. B. Augustinum fundamenta jecisse Monasteriorum utriusque sexus testatur Possidius in ejus vita c. ult. Romæ quoque Sæculo IV. fuisse Monasteria mulierum testatur Hieronymus in Epistolio Marcellæ. Et quis ignorat sororem S. Benedicti ejusdem zelum in suo sexu Sæculo VI. imitatum fuisse, dumque Sæculo XIII. Ordines Mendicantium nascerentur, etiam feminas Religiosas eorum institutum pro modulo suo æmulas fuisse? unde numeramus Clarissas, Dominicanas, Elisabethinas, Ursulinas, &c. à quarum tamen origine distinctius, quemadmodum illa Virorum, referenda, ob operis angustias abstinere cogimur. Qui plura scire desiderat, adire potest Thomassinum, qui L. cit. à cap. 42. ad 49. ea, quæ ad præsens objectum pertinent, fulse ac doctissime disquirat.

## §. II.

## De Monachorum Regulis.

21. **P**rimaria & quasi fundamentalis Monachorum pristinorum Regula fuit Evangelium, quantum ad consilia imprimis in eo contenta.

Per horum enim literalem observantiam

tiam sese Monachi præcipue distinguebant à reliquis Christianis, quamvis in cæteris omnibus turbam Christianorum excellere indefesse adlaborarent.

22. Cum tria genera Monachorum Sæculo IV. fuerint in Ægypto, ut supra N. 8. vidimus, Cænobitæ, Anachoretæ, & Remoboth, omnesque Evangelicam Regulam eandem proficerentur, eorum diversitas ex diversis Regulis, vel Constitutionibus, quæ Regulam universalem ad particulares vivendi methodos applicarent, oriri debuit.

Propositio de se clara est; quamvis enim Evangelica consilia servari possint tam in vita communi, quam separata, alia tamen directione in illa, alia in ista opus est, cum aliud sit vivere in communitate, ac sub obedientia, aliud à toto hominum contubernio separatum, atque sub propria directione. Hinc indubium est, Antonium, esto nullam determinatam Regulam discipulis suis scripserit, ordinem tamen ipsi, quemadmodum se erga Deum, præpositos, atque confratres, &c. gerere debeant, tradidisse, qui usa ac observantia in normam agendorum subinde convaluerit. Hinc Hieronymus de Cænobitis sui temporis loquens ait: *Prima apud eos consideratio est, obedire majoribus, & quid quid iusserint, facere. Divisi sunt per Decurias, atque Centurias; ita ut novem hominibus decimus præsit, & rursus decem præpositos sub se centesimus habeat.* Omnes autem sub communi Patre esse ibidem asserit, atque quæ observare habeant circa exhortationes, mensas, cibos, visitationes cellarum, opera manualia, infirmos, jejunia, ibidem enarrat; suntque ipsissima, circa quæ modernæ Religiosorum Constitutiones occupantur.

23. Si Pachomius primus fuit, qui Regulam has Monachorum S. Antonii Instituta sequentium, orali traditione, ac usu confirmatas in unum corpus collegit, quem secuti sunt Theodorus & Orsius.

Id colligimus ex S. Hieronymo in præfatione ad Regulam S. Pachomii, ubi habet: *Ajebat enim Sylvanus, quod in Thebaide & in Monasterio Metanæa... habitent plurimi Latinarum, qui ignorant Ægyptiacum Græcumque sermonem, quo Pachomii & Theodori & Orsicii præcepta conscripta sunt, qui primi per Thebaidem, & Ægyptum Cænobiorum fundamenta jecerunt contra præceptum Dei, & Angeli, qui à Deo sub hanc ipsam institutionem missus fuerat.* Hæc Regula, quæ disciplinam regularem sancit tam Monasteriorum Virorum, quam Mulierum, 127. capita complectitur. Alia ejusdem Pachomii Regula refertur à Palladio 14. capitibus constans, quam tabulæ æneæ incusptam accepit ab Angelo, quaque Monachi, qui post Paulum & Antonium, vel proslus anachoretice vivebant, vel rarius ad exemplum Therapeutarum in unum conveniebant, ad perfectam cellarem, mensæque communionem per Ægyptum, & adjacentes Regiones perducti sunt.

24. Post S. Pachomium disciplinam monasticam in communi vita per Pontum aliasque Orientis Provincias mire promovit S. Basilus M. Regulis amplissimis ac utilissimis in hunc finem præscriptis.

Duplices ex sunt generis; breviores alia 33. capitibus comprehensæ; alia, quæ vocantur disputatæ, 55. capitibus expostæ, teste Photio in Bibl. 141. & 191. per quas variis Monachorum interrogationibus circa varia disciplina Catholice, & Monastice imprimis capita satisfacit Monachorum Orientalium Pater Basilus. His Regulis Monachorum institutum ita temperavit, ut solitaria ac actiuse vitæ utilitates præclare simul conjungeret. Huic Regulae Asia pleraque Monasteria militabant à Turcis nunc fere oppressa. Diffusi tamen adhuc sunt Basiliani Alumni non tantum Schismatici per Græciam & Russiam, verum etiam Catholici in aliis Ecclesie Catholice regionibus.



25. Monachorum in Africa Pater S. Augustinus auream scripsit Regulam vitæ communi Monachorum accommodatissimam, quam Ordines Mendicantium posterioribus Sæculis exorti majori ex parte amplexi sunt.

Hanc Regulam S. Augustinus neque Clericis seu Canonicis Regularibus, neque Monachis à se institutis præscripsit, sed Sanctimonialibus sub regimine sororis suæ in Monasterium à se Congregatis: & ne his quidem ex professo, & data quasi opera in earundem Monachicæ communitatis erectione; sed occasionaliter, dum longam jam ætatem sub regimine sororis suæ Christo servivissent: quam postea inprudenter mutare volentes, indecenter tumultuatae fuerant; quas S. Augustinus Ep. 129. compescuit, usque Regulam hanc auream præscripsit, ut ipsa litera hujus epistolæ & Regulæ loquitur; quæ subinde proxiimo illo, ante omnia fratres charissimi diligatur Deus, deinde proximus, quia ista præcepta sunt principaliter nobis data, aucta, Virisque juxta leges Grammaticæ accommodata est. Scripta est autem idioma latino, quia tempore Augustini in Africa, seu Romana Provincia, vulgus ipsum latine, quamvis non nihil barbare, loquebatur. Unde Augustinus in Psal. 138. *Os suum dicit, sic habet: Quod vulgo dicitur osiam, latine os dicitur. Habeo in abscondito quoddam osium. Sic enim potius loquamur. Melius est, ut nos reprehendant Grammatici, quam ut non intelligent populi.*

26. Ante tempora S. Benedicti seu Sæculo V. quemadmodum in Occidentali Europa, præsertim in Galliis Monastica late propagabatur disciplina; ita Monachis à Viris Sanctissimis eidem sætæ rectè conservandæ saluberrimæ quoque Regulæ scriptæ sunt.

Sic in Galliis Monasteria Massiliensia à Cassiano instituta ejus servabant Regulam, teste Gregorio Turonense lib. 10.

hilt. c. 29. quæ non extat inter opera Cassiani. Quidquid vero ex ea laudatur, totum desumptum est ex libro 2.3. & 4. Cassiani de Cœnobiorum institutis, & commode referri potest ad 6. præcipua capita. S. Honoratus Lirinenis Monasterii Conditor vetustioris quoque Regulæ, quam Lirinenses Monachi observant, præiisquam Benedictinam susceperat, auctor extitit, ut colligitur ex S. Eucherio lib. de Laude Eremitæ, & ex Concilio Arelateni An. 455. in causa Monasterii Lirinenis celebrato, ubi ait: *Regula, quæ à Fundatore ipsius Monasterii dudum constituta est, in omnibus custodita.* Non extat Regula hujus Monasterii. In eo vero Monachorum Ægyptiorum instituta viguisse, colligitur ex præfatione Cassiani ante undecimam collationem ad Honoratum & Eucherium directæ. Eodem Sæculo conditum fuit in Galliis celeberrimum Monasterium Agaunense, nunc Cœnobium S. Mauriti in Valleis dictum, uti probat Nat. Alex. ad hoc Sæculum c. 5. cujus Monachi peculiarem Regulam observant, quæ & Tartanensis inscribitur. Decem capita integra continet ex Regula S. Augustini, & tredecim propria complectitur.

27. Sæculo VI. & VII. qui vitam Monasticam in Occidente propagarunt Viri sanctissimi, Cæsarius Arelatenis Episcopus, Aurelianus, Columbanus, Ferreolus Uctentis, Benedictus, Isidorus, Sanctus Fructuosus, etiam Regulam eidem disciplinæ accommodatas Fratribus tradiderunt.

Duplicem S. Cæsarius Regulam scripsit: unam Sanctimonialibus in gratiam Cæsareæ sororis suæ, earum in Conventu Arelateni Præfate, constantem capitibus 45. ejusque recapitulatio 21. capite; alteram Monachis, quæ in pleurisque Monasteriis vigeat, præsertim in Gallia Narbonensi. Ad exemplum S. Cæsarii ejus Successor S. Aurelianus Monachis constituit in Monasterio, quod Regis Chil-

deberi munificencia Arelate construxerat, Regulam dedit, sicut & alteram Virginibus. Post hunc S. Ferreolus Uctentis Episcopus Monasterium instituit, quod suo de nomine Ferriolucense nuncupavit; cujus Monachis Regulam scripsit, quam Lucretii Dienis Episcopi, qui magna in exilimatione erat in Gallia, permisit censuræ An. 558. Sanctus Columbanus Luxoviense Monasterium condidit An. 590. cum hætenus in loco, cui nomen Anagrates in Vosago, in monte cum Sociis degisset. Regulam singulari Discipulis suis dedit, quæ extat apud Holsteinium in Codice Regularum. Sed Regulam discretione præcipuam (elogium est S. Gregorii M. lib. 2. dial. cap. 36.) edidit S. Benedictus, atque per eam primum in Italia vitam Monasticam informavit ac propagavit, quæ deinde in Galliam à S. Mauro ejus Discipulo illata est, eamque successively omnes Monachi Occidentis usque ad Sæculum XI. relicti alii, amplexi sunt, ut supra vidimus. Tardius Monachicæ disciplina in Hispaniam inuenta est, nimirum Sæculi VII. incunabulis per Donatum Monachum, qui adjectis sibi 70. Sociis ex Africa illuc trajecit, ac Religiosam vivendi rationem certis legibus institutisque temperatam inibi primus inexit, ut S. Isidorus scribit. Monachi enim, quorum in actis Conciliorum Hispaniæ ante hæc tempora mentio extat, aut nulla votorum Religione obstricti erant, aut per sylvas dissipati vitam debebant solitariam, teste Mariana lib. 5. hist. Hisp. c. 11. Deinde S. Isidorus Regulam Hispaniensibus Monasteriis tradidit, ex Regulis priorum Patrum desortam. Post hunc S. Fructuosus Complutensis Abbas Monasticum Institutum in Hispaniis propagavit post medium Sæculi VII. duplicemque Regulam edidit, alteram 23. alteram 20. dantaxat constantem capitibus.

28. Quamquam Sæculo IX. & X. Ordo Benedictinus per varias Congregatio-

nes fuerit reformatus, quæ reformationes fiebant per quosdam statuta particularia extra Regulam S. Patris Benedicti vagantia; nullus tamen Ordo his Sæculis sub speciali Regula institutus est, nisi Sæculo XI. quo prodierunt Ordines Monastici Grandimontensis, & Carthusianus, item Fontis Ebraldi.

Fratribus Grandimontensibus S. Stephanus de Tierno eorum Fundator Regulam propriam dedit, Apostolicam sane & imprimis austeram, quam Cardinales duo Sedis Apostolicæ Legati Gregorius de Paperisem, & Petrus Leonis, qui ipsum Mauretanum honoris gratia adire An. 124. quo è vivis discessit, approbarunt, & Summi Pontifices Urbanus III. & Clemens III. confirmaverunt. Ordo Fontis Ebraldi à Ven. Roberto de Arbisello pro utraque Sexu Regulam accepit, quam Paschalis II. & Callistus II. confirmarunt.

29. Cum à Sæculo XIII. usque ad nostra tempora prodierint Ordines Mendicantium, vitæ ratione à Monasticis, prioribus Sæculis in Ecclesiis Latinam introductis, multum diversis regulas etiam pro vitæ amulsi diversis accepisse, necesse est.

Ex his Ordinibus non recensero eos, qui Regulam S. Augustini sub propriis Constitutionibus amplexi sunt, neque eos, qui Benedictini Ordinis observantiam hinc inde per varias Congregationes revocarunt, quos sub eadem Regula statuti particularibus differre in comperto est, cum hos sacros Ordines numero plurimos superius restiterim; & hic de variis Regulis agens eos solum recensendos habeam, qui ab hoc Sæculo XIII. usque ad nostra tempora sub speciali Regula Christo nomen dederunt. Inter eos ergo Ordines, qui sub propriis Regulis Deo militare ab hoc Sæculo ceperunt, ordine chronologico primus venit Ordo SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, cui Innocentius III. Pontifex Regulam



tradidit, quæ inserta est ep. ejus 481. libri primi, quæ ipsam approbavit. An. 1198. anno Pontificatus sui primo. Hic Ordo ab Authoribus in Sæculo XIII. collocatur, quia expirante Sæculo XII. conditus est. Idem Pontifex An. 1245. Institutum Pauperum Catholicorum ratihabuit. Post hoc S. Franciscus Fratris sui specialem Regulam tradidit ab Honorio III. An. 1223. confirmatam. Regulam, quam à B. Alberto ad initium Sæculi XIII. acceperunt Carmelitæ montis Alumi, Honorius III. An. 1226. approbavit. Hanc Regulam à B. Alberto traditam Hugo à S. Caro Cardinalis, & Willelmus Anteradenis Episcopus auctoritate sibi ab Innocentio IV. commissa declararunt, correxerunt, & mitigarunt, quam declarationem &c. approbavit Pontifex An. 1248. Regulam tamen sic mitigatam non servavit ipsi, qui mitigati Carmelitæ dicuntur, sed eandem cum nova mitigatione facta ab Eugenio IV. Sui Ordini S. Franciscus de Paula specialem Regulam dicitur, quam pluries innovatam approbarunt Alexander VI. An. 1501. & Julius II. An. 1506. Sæculo XVI. Ordo Annuuntiarum B. M. V. Avariæ Biturigum à B. Joanna Valesia Francorum Regiua institutus, Regulam ex verbis Evangelicis à Gilberto Nicolai, alias Gabriele Maria Ordinis Minorum accepit, quam Alexander VI. confirmavit. Alter ab isto est Annuntiarum Ordo Genæv sub Clementis VIII. Pontificatu An. circiter 1600, aut 1604. à Maria Victoria Fornera, Matrona Genuensi institutus; cujus Moniales vestem albam, & scapulare cum pallio atherei coloris induunt, unde etiam *Celestes* appellantur. Eodem denique Sæculo sub speciali Regula, aut Constitutionibus à S. Fundatore Ignatio de Lojola præscriptis, sub vexillo Christi militare cepit Societas Jesu, quas Constitutiones confirmarunt Gregorius XIII. An. 1584. & Gregorius XIV. An. 1591.

30. Quemadmodum usque ad tempora S. Pachonii, qui circa medium Sæculi IV. S. Basilii item, qui ad ejusdem Sæculi senium Regulas Monachis scripserunt, eosque à vita solitaria in communem traduxerunt, Regula Monachorum in Oriente erat Evangelium, Actusque Apostolorum, cum non fixis quibusdam particularibus statutis; quæ disciplina in Occidente, præsertim in Africa usque post tempora Augustini durabat, & in Hispania usque ad Sæculum VII. (N. 24. 26. h. t.) ita post Regulas conscriptas, atque à Monachis hinc inde receptas, non ea illis fuit ad hæso, atque stabili subjectio, singulariumque Regularum electio & professio, quemadmodum nunc in usu esse conspicimus, postquam Ordines profitentur Regulas & Constitutiones à S. Apostolica approbatas.

Mutatas passim Regulas usque ad tempora S. Benedicti, & plures etiam in eodem Monasterio servatas ex allatis Regulis patet, & de Athanensi Monasterio testatur S. Gregorius Turonensis lib. 10. hist. c. 29. servatas in eo fuisse Regulas S. Basilii, Cassiani, & reliquorum Abbatum, detractis scilicet, & usurpatis iis, quæ pro locorum & temporum conditione intemptiva aut opportuna videbantur.

31. Si Mabillonio credimus, vagam illam Regulam mutandi licentiam primus tantisper castigavit S. Benedictus, cujus discipulis susceptam semel Regulam abdicare nunquam fas fuit.

Ille enim per Regulam suis Alumnis traditam primus, aut certe inter primos stabilitatem loci ac obedientiam Superiori secundum Regulam profitendam injunxit, ut patet ex ipsius professionis tenore à Regula dicta præscripto. Observat vero Holsenius in præfatione ad hanc Regulam, quod nec ipse S. Benedictus Regulam universalem suis ubique omnibus promulgavit: sed peculiarem duntaxat Cassi-

Cassinensi, cui præerat, Cœnobio, quæ inde privata diligentia descripta, & imitandi studio publicata est. Quia ergo Monachorum Regulæ à Præpositorum voluntate primitus dependebant, mirum non est, si in antiquis Patrum Regulis nec Episcoporum, neque Sedis Apostolicæ approbatio vel confirmatio appareat.

32. Innocentius III. Pontifex Maximus primus fuit, qui prohibuit vel novas Religiones de cætero institui, vel institutis aliam præterquam ex jam approbatis Regulis præscribi, sine licentia Sedis Apostolicæ.

Constitutio hæc prohibitiva emanavit in Concilio Lat. IV. sub eodem Pontifice A. 1215. celebrato, referiturque in Decretalibus de Relig. Domibus, &c. c. fin. sequenti tenore: *Ne nimia Religionum diversitas gravem in Ecclesiam Dei confusionem inducat, semiter prohibemus, ne quis de cætero novam Religionem inveniat; sed quicumque ad Religionem converti voluerit, unam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit Religionem Domum de novo fundare, Regulam & Institutionem accipiat de approbatis.* Ex hoc Decreto advertet Lector, quare in recentis hucusque Religiosis Ordinibus, eorumque Regulis usque ad Innocentii III. tempora nulla occurrat Sedis Apostolicæ confirmatio, occurrat vero constanter in subsequenti Ordinum institutione. Advertet pariter, quare plurimi Ordines, & Congregationes amplæ fuerint Regulas vel S. Augustini, vel S. Benedicti. Prædentissima vero oeconomia in edenda hæc Constitutione usum fuisse supremum Ecclesiæ Pastorem patet ex motivo in ea allato, confusionis nimirum universalis Ecclesiæ ex promiscua Ordinum institutione necessario oriundæ, ob multorum hominum superstitiones ac zelum non secundum scientiam, quemadmodum patet ex Sectis Flagellantium, & Fratricellorum, ad finem hujus Sæculi Ecclesiam infestantibus, atque à Summis Pontificibus proscriptis.

## §. III.

## De Monachorum Novitiatu, &amp; Professione.

33. **C**um una ex præcipuis collabentis & collapsæ Monachorum disciplinae causis semper sit & fuerit præceps ac improvida ad Religionem admittendo, postulantes ad Religionem juxta S. Benedicti aliorumque Patrum Regulas probationis tempus, seu Novitiatum subire debuerunt.

Qui autem sub Parentibus sunt, inquit S. Basilii in Regulis disputatis interrog. 19. eos ab ipsis ad nos adductos multis adhibitis testibus recipiamus — non ii tamen continuo propterea ad reliquum Fratrum corpus aggregandi, aut cum his simul censendi sunt: ne videlicet, si illi propositum suum minus fuerint assecuti, eorum postea probra in omnes promiscue sectatores redundent. Ex S. Benedictus in Regula sua c. 58. Postea autem sit in cella Novitiorum, ubi meditetur, & manducet, & dormiat. Cujus cellæ Novitiorum meminerit & alia Patrum Regula. Ferreoli c. 5. Vicinam tamen Monasterio cellulam, dum prænotatum (probationis) tempus observant, accipiat, victumque quotidianum à Monasterio, si inter reliquos operetur, & expellet, lectioni ante omnia & orationi dant operam. S. Fructuosi item: Neque interna Fratrum diversoria accedet, sed delegata in exteriori curte cella perfertur. Ex quibus etiã patet, Novitios prima Monachisimæ atate fuisse à cohabitatione ac contubernio Fratrum professorum separatos.

34. Novitii olim probabantur in veste Laicali, neque ante emissam Professionem vestem mutabant, quæ disciplina duravit usque ad Sæculum XII.

Id colligitur ex Regula Benedictina c. 58. ubi præcipitur, ut post Novitiatum expletum & emissam Professionem,



Juscipiendus Frater in Oratorio exatur  
rebus propriis, quibus vestitus est, &  
induat rebus Monasterii. Quæ Regula  
deinde ab omnibus Monachis in Occi-  
dente usque ad sæculum XII. recepta fuit.  
Hanc vero disciplinam tempore S. Bernar-  
di apud Cistercienses in usu fuisse, fat  
aperte innuit S. Bernardus ep. 1. ad Ro-  
bertum; in qua eum obsecrat, ut me-  
minerit, quod demum, anno Novitiatus  
transacto, post annum sponte professus,  
tunc primum sæculari veste relicta ha-  
bitum Religionis suscepit. Cum vero,  
advertit Doctissimus Van Espen, circa  
Sæculum XII. & XIII. in pluribus Reli-  
gionibus annus Novitiatus negligetur,  
etiam mox à receptione habitum Mon-  
asticum induere ceperunt. Hoc autem  
rita introducto, quod scilicet habitus  
Monasticus mox à receptione ad Reli-  
gionem traderetur, quia tunc Novitiatus  
prætermittitur: cum postea Pontifices  
& Concilia Novitiatum urserunt, nec  
ante illum expletum professionem emitti  
voluerunt; remansit consuetudo tradendi  
habitum Monasticum in ipsa receptione,  
atque ita introducta disciplina ipsam No-  
vitiatum in habitu Monastico peragendi,  
quæ hodie apud omnes Regulares serva-  
tur: neque Novitiatus ante habitum sus-  
ceptum inchoatus reputatur.

35. Præter Candidatos, qui proprio  
motu ad vitam Monasticam convolabant,  
juxta Regulam S. Benedicti, Parentes in-  
santes utriusque sexus Deo in Religione  
consecrabant.

Pueri Puellæque ita oblatae à Paren-  
tibus, annos pubertatis adeptæ non por-  
tuerant juxta Decreta Conciliorum, Pon-  
tificumque ad Sæculum redire: unde in  
Concilio Wormatiensi c. 23. dicitur:  
Monachum aut Paterna devotio, aut  
propria professio facit. Quidquid horum  
fuerit, alligatum tenebit. Proinde huic  
ad mundum reverti intercludimus adi-  
um, & omnes ad Sæculum interdicimus  
ingressus. Oppugnata est hæc veterum opi-

nio Sæculo IX. à non paucis, quibus se  
oppositi Rhabanus. At nunc omnibus per-  
suasum est, Proles in electione consue-  
que, & vel maxime Monastici status esse  
sui juris, & à quocumque voto Paren-  
tum independentes, ita ut à Tridentino  
excommunicentur ii, qui Puellam ad  
ingressum Monasterii cogunt.

36. Tam ætas, quam tempus pro-  
bationis ad professionem emittendum re-  
quisitum usque ad Concilium Tridenti-  
num fuit varium.

Quod ætatem attinet, si puerorum  
illam oblationem excipias, pubertatis anni  
in professus ab Ecclesia Latina semper  
requisiti sunt. S. Ambrosius lib. 3. de  
Virg. annos pubertatis requisivit, adeo-  
que in Pueris 14. in Puellis 12. annum.  
Sæculo VI. vel VII. inveniunt, S. Grego-  
rius M. pueros ante 18. annum ad pro-  
fessionem Religiosam suscipi vetuit in Or-  
dinibus strictioris observantia lib. 1. ep.  
48. in aliis 14. annum sufficere edicens.  
Quam disciplinam Ecclesia Latina tan-  
dem recepisse videtur, eamque, si jus  
commune Decretalium spectemus, firmavit,  
uti colligere est ex cap. 8. 11. & 12. h. t. Addita tamen hæc exceptione  
desumpta ex cit. ep. 48. S. Gregorii: *Quia  
dura est in Insulis Congregatio Mona-  
chorum, etiam Pueros in eisdem Mona-  
steriis ante 18. annum suscipi prohibemus.*  
Hinc Sæculo XIII. Carthusiani ante 20.  
annum nullum ad Professionem admittē-  
bant. Carthusianis in determinanda hæc  
ætate Sæculo XII. præstant Cluniacenses  
Benedictini. Causam hujus instituti alle-  
gat Petrus Veu. *Immatutam, nimisque  
celerem infantium suspensionem, qui an-  
tequam aliquid rationabilis intelligentia  
habere possent, sacræ Religionis vestibus  
induebantur, & admixti aliis, puerilibus  
ineptiis omnes perturbabant.* Bibl.  
Cluniacens. pag. 1364. statuto 36. Hanc  
economiam omnibus Angliæ Monachis  
Benedictinis An. 1238. præscripsit Otto  
Sedis Apostolicæ Legatus. Si Cardinali

Fal-

Pallavicino credimus, à PP. Concilii Trid.  
paratus fuit Canon, quo contra jus com-  
mune Decretalium statuebatur fas non  
esse Regularem Professionem emitti ante  
annum 18. Sed cum eadem intercessisset  
Bartholomæus de Martyribus Archiepis-  
copus Pragensis in Lusitania, ejusdem,  
aliique rationibus inducti Patres, annum  
16. ad momentum completum pro emit-  
tenda professione in quacumque Reli-  
gione sufficientem edixerunt, ante quem  
nulla Professio ab utroque sexu emissa  
sit valida. Sess. 25. de Reg. c. 15. Quæ  
tamen Constitutione nullatenus impro-  
bavit particulares Ordinum quorundam  
Constitutiones, majorem ætatem requi-  
rentes; id quod Sacram Congregationem  
declarasse testatur Fagnanus ad Cap. Nullus  
de Regul. N. 15. Quantum ad Eccle-  
siam Græcam Sanctus Basilii in ep.  
sua can. annum 16. vel 17. in profiten-  
dis requisivit, quam ætatem Concilium  
Trullan. canone 40. ad annum 10. re-  
traxit.

Quantum ad tempus probationis, anno  
intero probandum esse Novitium Re-  
gula Benedictina supponit. Antiquorum  
Monachorum, præsertim Ægyptiorum,  
Regule ad triennium Novitatum passim  
perdixerunt, quas Sæculo VI. sæcitus  
Julianus sancivit, ut accedentes ad vi-  
tam Monasticam per triennium in veste  
laica manerent. Nov. 6. c. 2. Verum cum  
tempus illud annum aut triennale unice  
spectare videretur, ut Novitii rite de vita  
Monastica essent instructi, & Monaste-  
rium de Novitio cepisset experimentum,  
nullatenus ad substantiam professionis  
pertinere visum fuit; quod multis jam  
priedem probavit Petrus Venerabilis Clu-  
niacensium Abbas lib. 1. ep. 28. & evi-  
denter suppositi Innocentius III. in cap.  
16. h. t. unde & Professionem ante an-  
nuam vel triennem probationem emis-  
sam validam censuit his verbis: *Quia  
multa fieri prohibentur, quæ si facta fu-  
erint, obtinent roboris firmitatem; subdit*

tamen: *Prohibendum est autem Abbati-  
bus, ne passim ante tempus probationis  
quolibet ad professionem admittant. Quia  
igitur in potestate Abbatum manebat  
tempus probationis abbreviare, id variis  
titulis sæpe faciebant, ut propterea ite-  
ratis decretis ad hunc abulum tollendum  
opus fuerit. Sed cum bi canones spectare  
viderentur ad solum S. Benedicti Ordinem,  
inquit Christianus Lupus Tom. 3.  
Schol. pag. 622. Novelli tunc Fratres Pre-  
dicatores & Minores perebant sine pro-  
bationis anno ad professionem admittere,  
admittent etiam Personas inhabiles,  
atque ita suos Ecclesiæ utilissimos Ordi-  
nes gravabant ac vitabant. Plura quidem  
tam ab Innocentio IV. quam Bonifacio  
VIII. contra hunc abulum edita fuere  
decreta, quæ in sexto Decretalium l. t.  
referuntur; ad eorum vel non observan-  
tiam, vel inefficaciam advertentes Pa-  
tres Tridentini decreverunt Sess. 25. c. 15.  
h. t. Ne in quocumque Religione tam vi-  
rorum, quam mulierum, qui minore tem-  
pore, quam per annum post susceptum  
habitum in probatione steterit, ad pro-  
fessionem admittatur. Professio autem an-  
tea facta sit nulla, nullamque inducat  
obligationem ad alicujus Regulæ, vel Re-  
ligionis, vel Ordinis observantiam, aut  
ad alios quoscumque effectus. In quo de-  
creto secuti sunt Patres præscriptum tem-  
pus à Regula Benedictina, cum hoc dis-  
criminis, quod vi Regulæ Benedictinæ  
emittens professionem ante tempus an-  
num Novitiatus impletum tenebatur ad  
aliquam Religionem in genere, vi vero  
hujus decreti ab omni absolvatur.*

37. Si libri S. Dionysii adscripti re-  
vera ejus sunt, solemnitas Professionis  
Monachalis, quæ nunc tam apud Græ-  
cos, quam Latinos in usu est, à tem-  
poribus Apostolorum exordium sumpsit.

In his siquidem refertur ritus profertendi  
Monachorum nostro similimus, quem  
supra N. 6. retulimus. Quilquid autem sit  
de his libris, certum videtur, solemnem  
illam



illam incorporationem Therapeutarum Cœtibz (Judæi, sive Christiani illi fuerint, de quibus recapitulanda sunt, quæ supra N. eod. ex Philone retulimus) cum ipsi Cœtibz sevisimam persecutionum procellis tribus prioribus sæculis identidem augeſcentibus diſſipatam fuiſſe, non remanentibus in Eccleſia, niſi Aſcetiſ ſolitariam vitam ſeparatim, & individualiter colentibus. Hinc

38. Incertum eſt, quo tempore ſolemnes Monachorum benedictiones, ac profeſſionis ritus invaluerint.

Eam S. Antonio, ac illis antiquis fuiſſe ignotam, multipliciter vero poſtmodum Monachorum gregibus inductam ex quadam cautela, tamquam Religionis vinculum humane ingratum proviſum cenſet Ivo Carnot. Ep. 41. Deſcriptam tamen in libris Dionyſianis profeſſionis ſolemnitatem ad Sæculi IV. finem viguiſſe in Cœnobiiſ à S. Baſilio inſtitutis vel inde probatur, quod dicti libri etiam in ſententia negantium Sæculo IV. vel V. initio non ſint poſteriores.

39. In Eccleſia Latina Sæculo VI. ſolemnes Monachales benedictiones, ac Profeſſionis ritus jam exiſterunt, majorique ſolemnitate in Eccleſia Græca adhibiti ſunt.

Exiſt namque in Regula S. Benedicte c. 58. ritus profeſſionis non abſimilis ei, quem omnes paſſim Religioſes obſervant, ſi quaſdam orationes, ac preces, quas poſterior ætas addidit, excipias.

Græci vero officia diverſa habent in Novitiium Monachicum habitum ſuſcipientem; in parvum habitum ſeu mandiam induentem, aut profeſſionem emittentem; & in ſuſcipientem magnum & Angelicum habitum, qui datur jam profeſſis, perfectiori vivendi normæ, plurimque virtutum ac aulteritatum exercitiis ſeſe addicentibus. Quæ officia vide apud Goarium à pag. 382.

40. Hæ tamen ſolemnitates ad eſſentiam Religioſæ Profeſſionis nequaquam

pertinere conſtanter judicata ſunt; hinc profeſſiones tacite ſine verborum formula per ſolam habitus ſuſceptionem factæ olim, & quidem jure Decretalium, valebant; nec per Tridentinum, ſi Fagnano credimus in cap. Ad noſtram de Regularibus, revocata ſunt, modo ſiant completo anno probationis, & 16. ætatis. Quamvis contrarium alii ſentiant.

Supra N. 33. ostendimus, Novitios probatos fuiſſe in veſte laicali uſque ad Sæculum XII. & non niſi ipſa die profeſſionis Religioſum habitum ſuſcepſiſſe: unde ſucceſſu temporis originem ſumpſiſſe tacitam profeſſionem per habitus Monachici ſuſceptionem, cujus frequens in Decretalibus Gregorii mentio occurrit, autumat Van Eſpen, eo quod, cum ante profeſſionem habitus Monachicus ſuſcipi non ſoleret, qui eum ſuſcepit, proſiteri cenſeretur.

41. Quamvis Monachi utriuſque Eccleſiæ poſt S. Antonium ſtriſtiſſimam caſtita- tem, paupertatem, & obedientiam ſervarent, hæ tamen explicite non voverunt.

Nihil enim de veteribus Monachis legitur aliud, præterquam quod Monachicæ vitæ profeſſionem poſt annum probationis emiſerint, ut conſtat ex dictis N. 35. h. t. Noverant enim priſtini Monachi, eum, qui ſe dedicat Monachatu, voveritque vitam ac profeſſionem monachalem, virtualiter voverit omnia, quæ ſunt ſubſtantialia Monachatu: uti ſunt vera morum converſio, caſtibus ſive continentia, voluntaria paupertas, ac obedientia.

42. Imo per quinque circiter Sæcula adeo indeterminata ac generalis erat Monachorum profeſſio, ut ne quidem certam determinatamque Regulam profiterentur; ſed eam, quæ ad obſervantiam vitæ Monachicæ magis conducere videbatur, judicio Superiorum ſuſcipiebant Monachi, ad eamque ſervandam vi ſuæ profeſſionis ſe adſtriſtos credebant.

Id patet ex dictis N. 29. h. t. ubi mutatas hiſ Sæculis paſſim Regulas, plures in uno Monasterio ſervatas decenſimus.

43. Faliſſimum tamen eſt, quod ex Auguſtinæ Confeſſionis articulo VI. de Votis Monachorum præſtudent Proteſtantes, in Monasteriis à Baſilio, Hieronymo, Auguſtino, aliſque Viris Sanctis erectis, neminem ex lege Monasterii voti neceſſitate obſtriſtum fuiſſe ad perennem caſtibatam, niſi volentem, potuiſſeque plurimos aliquamdiu, imo pluribus annis in Monasteriis perſeverare, atque ibi ſacrarum Literarum meditationi, & variarum diſciplinarum ſtudiis incumbere, ac ſubinde vitæ ibidem traductæ nuntium mittere.

Propoſitionem demonſtro ex Verbis S. Baſilii in Regulis diſputatis interrogatione 19. ubi de pueris à Parentibus ad Monasterium adductis ait: Non ii tamen continuo propterea ad reliquum Fratrum corpus aggregandi, aut cum hiſ ſimul cenſendi ſunt. — Et poſtquam de eorum in Novitiatu educatione ſoliſcita quadam diſpoſuiſſet, ſubdit: Quo ſane tempore admittenda eſt virginitatis profeſſio, tamquam firma jam & ejuſmodi, quæ à proprio conſilio judicioque proſciſcatur, rationis jam probe adultæ. Qui igitur cœtui Monachorum S. Baſilii adſcribi voluit, caſtitaſis votum prius emiſerit, ſuit ne ceſſe. Paupertatem vero ſectatores Regule S. Baſilii colere debuiſſe conſtat ex cap. Seu interrogatione 34. in qua ſit diſpoſitio circa eos, qui res in Conventu uſibus Fratrum neceſſarias diſpenſant. Sub obedientia vero Superiorum, & quidem ſtriſtiſſima, eos vixiſſe, interrogatio 41. de auctoritate Superiorum & obedientia inſcripta loquitur. Hæc omnia vero eos profeſſos fuiſſe, eoſque ut ſacrilegos habitos, qui profeſſionem ſemel emiſſam reſciderunt, audiant Proteſtantes, atque invidiam eſſe articulum VI. ſuæ Confeſſio-

nis agnoſcant ex interrogatione XIV. cujus ſequens tenor eſt: De iis, qui per profeſſionem Deo ſe ipſos devoverint, dum profeſſionem illam conantur reſcindere? Reſponſio: Cæterum horum unuſquiſque, ſi poſteaquam intra reliquorum Fratrum ſocietatem adſcriptus fuerit, factam jam abſ ſe profeſſionem reſciderit, is perinde aſpici debet, ut qui in Deum peccaverit, quem videlicet profeſſionis ſuæ teſtem adhibuerit, cuique ſolemnis ſe voto obſtraxit. Si vero in Deum quis peccaverit, inquit, & quis orabit pro eo? etenim qui ſe ipſum Deo ſemel devoverit, hic, ſi ad aliud deinde vitæ genus tranſiverit, ſacrilegiſ ſe ſcelere obſtrinxit, quippe qui ſe ipſum Deo, cui ſe conſecraverat, veluti ſubterſitum ſit. Porro hujuſcemodi hominibus rationi quidem conſentaneum fuerit, ut nullo modo aperiantur Fratrum januæ, ne ſi prætereuntes quidem ea re modo, ut tello recipientur, ad ipſos diverterint. Preſpicua enim eſt Regula Apoſtoli, qua jubemur ſubtrahere nos ab omni inordinato, neque ullo modo cum illo commiſcari, ut confundatur. Pro excommunicatis ergo habeantur deſertores Baſilii, Concordat Regula Pachonii Baſiliani antiquior, quæ c. 26. ſic habet: Si quis acceſſerit ad oſtium Monasterii volens Sæculo renuntiare, & Fratrum congregari numero, non habebit intrandi poteſtatem, ſed prius nuntiabit Patri Monasterii, & manebit paucis diebus foris ante januam, — & diligenter ſui experimentum dabit, ne forte aliquid fecerit, & turbatur ad bonam diſceſſerit, aut ſub aliqua poteſtate ſit, & utrum poſſit renuntiare Parentibus ſuis, & propriam facultatem continere: ſi eum viderint oſtium ad omnia, tunc docebitur & reliquis Monasterii diſciplinis, — & inſtruetur atque perfectus in omni opere bono Fratrum conſuetus. Hæc autem inſtructio vi Regule ab Angelo acceptæ durabat triennio: ſic enim habet c. 11. Porro eum, qui ſemel



semel ingreditur, nec potest cum eis ad triennium sustinere certamen, non admittit; sed cum opera fecerit difficiliora, sic prodeat in stadium post triennium. Quæro, cur tam sollicitè explorandos vult Regula Pachomii Candidatos sui Instituti? cur triennio toto probandos, si ut vult Articulus VI. Augustanæ Confessionis de votis Monachorum, Monasteria tunc erant libera Collegia, hominibus, velut columbaria columbis, patentia? Quo autem argumento probabunt Protektantes Hieronymum, Augustinumque in constituendis Monasteriis aliam viam ingressos fuisse, qui Monasticum institutum à Grecis didicerant, ut supra vidimus? Certe Regula ipsa Augustini, esto de emittenda stabili professione nihil præscribit, nec de Apostatis speciali titulo tractat, cum occasionaliter Virginibus in Claustro jam adultis ab illo exarata sit; nihilominus castitatis, paupertatis, ac obedientiæ votis obstrictas manifestè supponit, sæculoque plene mortuas. Quamvis ergo tempore Basiliæ, Hieronymi, Augustini Professio Monastica Matrimonium contrahendum non diremerit; quamvis fortassis ejus desertores ad reditum non tam exactè, quædammodum nunc, compulsi fuerint; ut infames nihilominus ac sacrilegi votorum desertores semper habebantur: ut proinde sæpe laudatus Articulus VI. Confessionis Augustanæ mentiatur, dum subdit: *Postea* (hoc est, post S. Augustinum tempore S. Benedicti) *corrupta disciplina, ubique addita sunt vota, ut tanquam excogitato carcere disciplina resisteretur.* Hinc Justinianus Sæculo VI. capitalem penam statuit in raptores Virginum Sanctimonialium; & desertores Monasteriorum juxta antiquam functionem vult pecuniaria aut corporali pœna, vel bonorum confiscatione compelli. Cod. de Episc. L. 53. §. 4.

44. S. Benedictus, si non primus, saltem inter primos fuit, qui in Occidente

Monachos à se institutos voluit professionem emittere de servanda Regula à se Fratribus determinate præscripta; quamvis in ea professione nulla hat expressa mentio voti castitatis, & obedientiæ.

Juxta formulam professionis à S. Benedicto præscriptam, prout hodie exlat, & à Benedictinis usurpatur, tria explicitè promittuntur, nimirum, stabilitas loci, conversio morum, atque obedientia secundum Regulam à S. Benedicto præscriptam; quamquam, ut monet Mabilonius in præf. N. 59. in veteri Benedictinæ professionis Regula nulla etiam occurrat mentio conversionis morum: nimirum quia obedientiæ secundum Regulam voto satis contineri videbatur. Cum ergo sublequus Sæculis usque ad XII. Regula S. Benedicti per totum Occidentem fere obtinuerit, tria Religionis vota ante Sæculum XII. quo Ordines Mendicantium erecti sunt, non videntur explicitè emissa fuisse, sed ad horum institutionem eorum emissionis signata est epocha, ut patet ex Regula S. Francisci c. 1. &c.

45. Quamvis tum Monachorum, tum Virginitatis Sanctimonialium, aut Deo dicatarum nuptiæ sæpe in Ecclesia damnatæ fuerint; eorum tamen professio multis Sæculis matrimonia postea sacri lege contracta non irritavit.

Prima pars ex inconcussis Patrum testimoniiis adstruitur à Cl. Van Elpen p. 2. tit. 13. c. 4. Imprimis S. Hieronymus apud Grat. dist. 27. c. 5. ait: *Si nupsit Virgo, non peccat, non illa Virgo, quæ semet cultui divino deditavit.* Horum enim si qua nupsit, habebit damnationem, quia primam Fidem irritam fecit. Et Synodus Chalced. c. 16. Si qua Virgo se deditavit Deo, similiter Monachus, non licet eis nuptiis jungi; si vero inventi fuerint hoc facientes, maneat excommunicati. Statuimus vero eis posse fieri humanitatem, si ita probaverit Episcopus loci. 27. q. 1. c. 22. Accedit lex Justiniana de raptoribus sacrarum Virginum supra indicata, quam

quam refert Gratianus de penit. dist. 1. c. 6.

Secundam partem non minus clare edicere videntur Patres. Innocentius enim I. ad initium Sæculi V. Ep. ad Victricium Rothomagensis scribit, non esse admittendam ad penitentiam mulierem Religiosam, quæ post fidem Deo promissam ad nuptias convolverat, nisi post viri obitum: idque indubie, ne penitentia cedat in Matrimonii initi injuriam: tunc enim publice penitentibus actum conjugalem exercere non licebat. Verba Innocentii sunt: *Quæ Christo spiritualiter nupsit, velari à Sacerdote meruerunt, si postea vel publice nupsit, vel se clanculo corrupserit, non eas admittendas esse ad agendum penitentiam, nisi si, cui se junxerit, de sæculo recesserit.* Et citatus Canon Chalcedonensis virginibus illis, & Monachis nequaquam injungit separationem à conjugibus, sed hoc unum præcipit, ut penitentia ad dicantur. Similiter S. Leo, qui Synodo Chalcedonensi A. 451. per suos Legatos præfuit, interrogatus à Rustico Episcopo Narboneensi de Monachis, qui uxores acceperunt, non respondit, eos ab uxoribus separandos, sed publica penitentia satisfactione purgandos. 10. q. 3. c. 1. In Africa ante hæc tempora fuisse videntur nonnulli, qui hujusmodi Virginitatis Matrimonia non nuptias, sed adulteria esse assererent; at his se opposuit Augustinus lib. de bono viduitatis c. 10. scribens: *Proinde qui dicunt talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi videntur diligenter ac acute ponderare, quid dicant.* Fit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsarum à S. proposito feminarum, si nupsit, non esse conjugia, non parvum malum, ut à Maritis separantur Uxores; & cum volunt eas separatas reddere continentia, faciunt Maritos earum adulteros veros, cum suis Uxoribus vivis alteras duxerint. Quapropter non possum

Tom. II.

quidem dicere à proposito meliori lapsas, si nupsit, feminas, adulteria esse, non conjugia; sed ruinas non dubitaverim dicere, lapsus & ruinas à castitate sanctioræ, quæ vovetur Deo, adulteriis esse pejores. 27. q. 1. c. 41.

46. Quo præcisè tempore Religiosa Professio dirimere coepit subsecuta Matrimonia, non facile est definire. Verisimile est, id sensum invaluisse; neque ubique eodem tempore, sed alibi citius, alibi ferius.

Certe Hieronymus Augustini coævus lib. 1. contra Jovinianum c. 1. contrariam S. Augustino fovet opinionem, dum ait: *Virgines, quæ post consecrationem nupsit, non tum adulteræ sunt, quam incestæ.* Quorum sententias concordare voleas Gratianus dist. 27. post Canonem 8. ait: *Hic distinctio invenit, quod votum alii sunt simpliciter voverunt, de quibus Augustinus, & Theodoros locuti sunt; alii sunt, quibus post votum benedictio accedit consecrationis, vel propositum Religionis, de quibus Hieronymus, & Nicolaus, & Callistus scripserunt.* Sed quamquam jam tempore Hieronymi & Augustini Virgines anno pubertatis admittentur ad votum castitatis emittendum, non vero velarentur nisi anno 25. voti tamen solemnisi & simplicis distinctio, præsertim ad effectum dirimendi, vel solam impediendi Matrimonium, ipsis non videtur fuisse nota, cum usurpanti primo coepit tempore Gratiani. Quamvis enim Canonem 3. ex Penitentiali Theodori ita referat: *Si vir simplex votum Virginitatis habens, &c. hanc tamen vocem ab omnibus MSS. abesse ibi notant Correctores: quod signum manifestum est, eam distinctionem a tum prælatam invaluisse.* Accedit, quod Monachi, de quibus Sæculo V. agunt Innocentius, & Leo Pontifices, sicut & Chalcedonense Concilium, jam haberint Religionis propositum; cum Monachus tum nullus efficeretur nisi professione emissa. ut Iulien-

T



culenter superius demonstratum est; quorum tamen Matrimonia Sacrillega non declarantur invalida. Quia Sæculi VI. sine S. Gregorius Venantium quemdam, habitum Monachalem, quem pie susceperat, impie rejecerat; non solum resumere non coegit, sed etiam omnem legitur indulisse communionem Apostatæ perduranti, uti habetur ep. 33. lib. 1. ex quo exemplo S. Bernardus, quasi ex cautibus scopolosis vix enavigavit, dum circa ejus factum, & Augustini scriptum querentibus, inter alia respondit: *Certus sum sive in suo abundaverint sensu, sive in Dei Spiritu, sicut et in ceteris, ita et in his ambo existisse Fideles; illum in dispensando, quod præ manibus erat, istum in scribendo quod senserat.* Sæculo itaque XII. quo floruit S. Bernardus, multis præterea argumentis agitata hac fuisse questionem probat Mabillonius in notis ad hunc Bernardi locum in editione operum novissima An. 1690. Ex Titulo III. hujus libri constat Sæculo X. & XI. Clerum Sæcularem in Ecclesia Latina non tantum concubinas tenuisse, verum etiam Uxores duxisse, eique malo à Gregorio VII. efficaciter obviatum fuisse, irratione similibus Matrimoniorum promulgata, & in opus tandem deducta; similia vero & Monachos attentasse, constat ex actis ab Urbano II. initio Sæculi XII. editis, & à Gratiano sub nomine Callistri II. relatis c. 3. dist. 27. in quo Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, & Monachis concubinas habere, seu Matrimonia contrahere penitus interdicitur: contracta quoque Matrimonia ab hujusmodi personis disjungi, & personas ad penitentiam redigi debere, juxta Sacrorum Canonum definitiones judicatur. Quibus posterioribus verbis innuit Pontifex similia Matrimonia jam superioribus Sæculis fuisse irritata: & quidem Canones, qui Clericos concernunt, à variis Conciliis editos, nec tamen adamussim observatos, retulimus Titulo III. Quid vero de econo-

mia Ecclesie circa Monachorum concubias dicendum sit? hucusque dicta demonstrant, quæ etiam propositionis veritatem evincunt.

47. Postquam distinctio illa votorum in solemnia & simplicia recepta communitur fuit ex Gratiano, prioribusque vis indita Matrimonia pollimino contracta dissolvendi; eodem & sub initium sequentis Sæculi de validitate Matrimonii contra votum castitatis initi, interrogati Romani Pontifices, juxta hanc votorum distinctionem, tamquam indubitanter tunc receptam responderunt.

Videantur Capitula 4. 5. 6. &c. Qui Clerici vel voventes Matrimonium contrahere possint.

48. Verum cum adhuc non satis definitum esset, in quo ipsa solemnitas voti, qua votum illud à voto simplici, quoad effectum dirimendi Matrimonium, distingueretur; frequentes ortæ sunt questiones super validitate, & invaliditate Matrimonii contra votum castitatis contracti; quas difficultates & questiones Sæculi XIII. sine dicitur Bonifacius VIII.

Hæ difficultates hoc Titulo, sicut & illo, *Qui Clerici vel voventes*, videri possunt. Decretum vero Bonifacii exhibetur cap. un. de voto, & voti redemptione, ubi declarat: *Illud solum votum debere dici solemnem, quantum ad post contractum Matrimonium dirimendum, quod solemnizatum est per susceptionem Sacri Ordinis, aut per professionem expressam vel tacitam alicui de Religionibus per Sedem Apostolicam approbatus.* Ex quo colligitur solam, susceptionem Ordinis sacri, itemque professionem in Religione à Sede Apostolica approbata, & nullam aliam exteriorem solemnitatem, vel caremoniam, etiam ab Episcopo adhibitam, vel simile votum in aliquo non approbato pio cœtu emissum, solemnitatem voti canonicam hodierni Jure Canonico posse introducere; unde tametsi forsitan ante editam Bonifacii Decretalem, saltem

saltem aliquot Sæculis omne votum *Solenne* dixerit Matrimonium, hodie nullum dirimit vi hujus materialis solemnitatis, nisi ad hunc effectum solemnizatum fuerit per susceptionem sacri Ordinis, aut per professionem expressam, vel tacitam factam alicui de Religionibus per Sedem Apostolicam approbatus. Quæ collectanea abundans lumen affundunt Questionibus scholasticis de facto agitari solitis: *An nimirum vota Religiosa jure divino dirimant Matrimonium contrahendum? Item: An Romanus Pontifex cum Religioso Professio dispensare valeat, ut, deserta Religione, Matrimonium contrahere possit?* Atque affirmativam sententiam magnopere juvant. De vestibus Monachorum nunc agendum foret; sed cum de viil primorum Monachorum habitu aliqua incidenter jam dixerimus Titulo I. hujus libri, & varietas habituum in Ordinibus Mendicantium post Sæculum XII. exorta omnibus Catholicis majori ex parte se in originali præsentet; de hocce argumento præcudinus, ad magis seria properantes.

## §. IV.

## De Disciplina Monachorum in communi viventium.

49. **C**um vita Monastica ad hoc instituta fuerit, ut per renuntiationem eorum, quæ suapte natura idonea sunt hominem à perfecto amore Dei Creatoris abstrahere, atque amori creaturarum illigare, qualia sunt propria voluntas, divitiæ, honores, & commercium uxorium, homines nec expeditus ad finem creationis suæ, qui in casto ac impermixto amore Creatoris in omnibus & super omnia consistit, pertingere valeant impedientia; omnis Monastica disciplina & olim & nunc in eo, velut in cardine verfactur, ut renuntiatio hæc quotidiana praxi in opus redigatur. Illaque superad-

dicta exercitia, quæ vi nativa apta sunt hominem ad amorem Dei, abnegationem sui, & internarum virtutum exercitium perducendi.

Ex hoc patet I. Statum Monachalem in genere esse statum penitentialem, utpote in exercitio earum rerum assidue versantem, quæ *totaliter* ea omnia excludunt, in quibus corrupta natura solatia sua habere consuevit, qualia sunt propria voluntas, divitiæ, honores, consortium uxorium; & inde manantia varia naturalis vite blandimenta. 2. Statum Monachalem ejusque disciplinam ex fine primario tendere ad perficiendos proprios sui profeliores. Quo bifario charactere sese fecerit tum à statu Cleri secularis, tum Fidelium Laicorum. Clerus liquidem secularis vi sui instituti primario ordinatus est ad ministeria spiritalia populo Christiano exhibenda; nec omnibus, quibus Monachi se se ex professo abdicant, renuntiare tenetur; Laici vero Fideles ute ites hoc mundo licite, hoc est, sine alligatione cordis ad res perituras, ad promovendam felicitatem Reipublicæ temporalis quilibet pro statu, vocatione, & officio suo vocati sunt.

3. Inter opera penitentialem, atque ad perficiendum hominem in semetipso ordinata, præcipua sunt, vigilia cibi & potus, ejusque parcitas, jejunia, solitudo, silentium, austeritates corporales in amictu, lecto, vigiliis, atque in labore manuum, contemplatio Myfteriorum nostræ Fidei, oratio vocalis, lætas Dei in Psalmis & Canticis, lectio, studiumque sacrarum Literarum.

Per austeritates corporales concupiscentia carnis contra spiritum, quæ molliis contrariis nutritur, ut quotidiana docet experientia, domatur, atque eidem subicitur. Per contemplationem vero, orationem, lectionem, studiumque sacrarum Literarum spiritus roboratur. Nemo autem nescit, quod ad hoc, ut homo perfectionem Christianam allequatur, hoc



elit, moralem unionem cum Deo, ita ut facile, prompte, & ac delectabiliter Dei voluntatem eiusque beneplacitum in omnibus vi-vocationis, status, ac officii sibi incumbentibus agendis, patientis, & omittendis constanter, atque usque ad minimas circumstantias expleat, necessarium esse, ut carnis concupiscentia huius voluntati ac beneplacito assidue rebellis dometur; atque spiritus seu fundus animæ, cui insitum est indelebile desiderium unionis cum suo Creatore, eiusque fructuosis, ne quidem in demonibus damnatioque extinctum, & roboretur.

51. Igitur Monachi Orientis Sæculo IV. præter exactam paupertatis, obedientiæ, & castitatis custodiam ex confederatione sancta sub inspectione subordinatarum Superiorum viventes, orationi vocali & colloquiis spiritualibus imprimis vacabant.

Pachomii discipulos singulis diebus pluries divinæ Psalmodiæ vacasse, & officium diu noctuque persolvisse, refert Sozomenus lib. 3. c. 14. ubi narrat S. Pachomium discipulis suis præscripsisse, ut primo ac postremo hebdomadæ die, Sabbatho nimirum & Dominica, ad altare accederent ad sacrorum Mysteriorum communionem. Præterea, ut duodecies orarent quotidie: mane scilicet sexies, & tantundem vesperti. Nocturno quoque totidem vicibus. Hora autem 9. ter: ut cibum sumpturi, ante unamquamque orationem psalmum canerent. Narrat Cassianus lib. 2. de can. nocturnæ Orationis cap. 5. & 6. quod, cum Thebaidis & Ægypti Monachi de numero Psalmorum, qui cani deberent in divino officio, inter se dissiderent, Angelus sub specie Monachi ipsis apparuit ad officium persolvendum simul congregatis, & in medium psalmos cantatus exurrexit. Cumque sedentibus cunctis, & in psallentis verba omni cordis intentione desisis, undecim psalmos orationum interfectione distinctos, contiguos versus parili pro-

nuntiatione cantasset, duodecimum sub Alleluja responsione consumans, questioni pariter & caremonii finem imposuit. Addit Cassianus, ex tunc morem invaluisse, ut psalmi duodecim tam in vespertinis, quam in nocturnis conventiculis canerentur. Ægypti Monachi ad officium dumtaxat nocturnum & vespertinum conveniebant. Tota vero die, excepta Dominica & Sabbatho, manibus laborabant, psallendo interdum, aut scripturarum Scripturarum meditationi incumbendo. In Palestinæ vero, Mesopotamiæ, & totius Orientis Monasteriis, Tertiam, Sextam, & Nonam simul persolvebant Monachi. Tribus psalmis hora quilibet constabat, ita ut necessaria operationis officia spiritualibus obsequiis nullatenus valeret impediri, teste Cassiano lib. 3. de canonico diurnarum Orat. & Psalm. modo c. 2. 3. & 4. Officii quoque divini, & psalmorum à Monachis septem diversis horis quolibet die concinendorum meminit S. Basilii sermone de instit. Monachor. & in Regulis suis disputatis c. 37. Qui officio divino non adhererant Monachi, cum ab omnibus in commune persolvebatur in Ecclesia vel Oratorio, privatim illud recitare tenebantur, ut colligitur ex S. Basilii Regular. c. 107. Si enim, inquit, corporaliter adesse cum cæteris non occurat ad orationis locum, in quocumque loco inventus fuerit, quod devotionis est, expleat.

De Colloquiis spiritualibus Monachorum Ægyptiorum S. Hieronymus hæc annotavit Dehinc (absoluta nimirum cœna) consurgunt pariter, & hymno dicto ad præsepia redeunt. Ibi usque ad vespertinam cum suis unusquisque loquitur, & dicit, vidisti illum & illum? quanta in ipso sit gratia, quantum silentium, quam moderatus incessus? si infirmum viderint, consolantur: si in Dei amore ferventem, cohortantur ad studium. Ad similia colloquia statim temporibus ipsi quoque Anachoretæ convenire solebant, quorum collatio-

lationes spiritus Dei refertas nobis conservavit Cassianus.

52. Præter has collationes spirituales, quibus se ad profectum spirituales mutuo exhortabantur Monachi, ab Abbate suo stata hora quotidie, insuper sermone de rebus cœlestibus, nutriebantur.

S. Hieronymus L. cit. Post horam novam in communem concurrunt, Psalmi resonant, Scripturæ recitantur ex more: & completis orationibus cunctisque residentibus, quem Patrem vocant, incipit disputare: quo loquente tantum silentium fit, ut nemo alium respicere, nemo audeat exserare. Dicentis laus in fetu est audientium: tacite voluntur per ora lacrymas, & ne in singulis quidem prorumpit dolor. Cum vero de Regno Christi, & de futura beatitudine, & de gloria cæperit annunciare venturâ; videat cunctos moderato suspitio, & oculis ad Cœlum levatis intra se dicere: Qui dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? De Monachis S. Pachomii Regula 7. habet: Mane per singulas domos finitis orationibus non statim ad suas cellas revertentur, sed consentent inter se, quæ Præpositus audierint disputantes, & intrabunt cubicula sua. Disputatio (hoc est exhortatio) à Præpositis domorum per singulas hebdomadas tertio fit, & in ipsa disputatio sedentes, sive stantes Fratres suum ordinem non mutabunt.

53. Læctioni præterea librorum spiritualium, præsertim Scripturæ sacræ, eiusque meditationi diligenter incumbebant Monachi Asiæ.

Ad Rusticum Monachum scribit S. Hieronymus: Numquam de manu & oculis tui recedat liber. Idem de S. Hilarione in eius vita scribit: Scripturas sanctas memoriter tenens, post orationes & psalmos, quasi Deo præsentem, recitabat. In Conventu Fratrum Ægyptiorum Scripturas fuisse recitatas ex eodem mox retulimus.

54. Tempus, quod enumeratis hu-

cunque exercitiis spiritualibus supererat, Monachi Asiæ laboribus manualibus vi sui iustitiam consecrabant.

Id testatur S. Hieronymus in ep. ad Rusticum, dicens: Ægyptiorum Monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque labore operis suscipiant, non tam propter victus necessitatem, quam propter animæ salutem: ne vagetur otiosus cogitationibus mens. De Ægypti & Orientis Monasteriis idem testatur S. Augustinus libro de moribus Ecclesiæ cap. 32. Simul, inquit, etatem agunt, viventes in orationibus, in læctionibus, in disputationibus. Nemo quidquam possidet proprium, nemo cuiquam onerosus est. Operantur manibus ea, quibus & corpus pasci possit, & à Deo mens impediri non possit. Sane quidquam necessario victui redundat, nam redundat plurimum ex operibus manuum, & epularum restrictionibus, egentibus distribuitur. Adeo ut oneratas etiam naves in ea loca mittant, quæ inopes incolunt.

55. Silentii, solitudinisque rationem summam habebant Sæculo IV. Asiæ Monachi.

Manent separati, inquit S. Hieronymus ep. 22. cit. sed iunctis cellulis, usque ad horam nonam (ut est institutum) nemo pergit ad alium, exceptis his Decanis, quos diximus; ut si cogitationibus quis fluctet, illius consoletur alloqui. Huius silentii, solitudinisque amor lauris extruhendis origo fuit, quæ distitas ab invicem cellulas habebant, & Monasteriis plerumque conjunctæ erant, in iisque solitariam vitam agebant, quorum provecior jam erat virtus, dum juniores Monachi, quibus Fratrum societas necessaria erat, in Monasteriis instituebantur.

56. Miram præterea in victu, vestitu, & læcto austeritatem servabant eodem Sæculo Monachi Asiæ.

Quantum ad victum, de Anachoretis scribit S. Hieronymus cit. ep. 22. Hi excunt



excunt de Cœnobio & excepto pane & sale deserta in nihil perferunt amplius. De Cœnobitis vero: Post hæc Concilium solvitur, & unaquæque securia cum suo Parente pergit ad mensam, cui per singulas hebdomades vicissim ministrant. Nullus in cibo strepitus est; nemo comedens loquitur. Vivitur pene leguminibus & oleribus, quæ sale solo conduntur: vinum senes tantum accipiunt, quibus, & parvulis sæpe fit prandium, ut aliorum sessa sustentetur ætas; aliorum non frangatur incipiens. Et Regula 22. S. Pachonii: Vinum & liquamen absque loco agrotantium, nullus attingat. Caput item 20. Regula disputata S. Basilii: In communi autem hoc statuendum est, ut cibaria, quæ promiscue omnibus apponuntur, ejusmodi sint, quæ cum vili pretio, tum parvo usui negotio comparentur. De vestitu & lecto Monachorum Ægyptiorum scribit S. Hieronymus ep. sæpe citata. Et quia non licet dicere cuiquam: tunicam & sagum, textaque juncis strata non habeo. Cilicibus præterea saccos portabant hi Monachi, Chaumeiasque, hoc est, humi-cubationes frequentabant.

57. Idem Monachi perpetuum servabant fere jejuniu, carnibus vero nusquam vescabantur. Jejunium, inquit Hieronymus l. cit. totius anni æquale est, excepta quadragesima, in qua sola conceditur districtius vivere. A Pascha ad Pentecosten Cœna mutantur in Prandia, quo & traditioni Ecclesiastica satisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicati. Igitur extra tempus Paschale solum cœnabant, hoc est, vesperi comedebant Monachi, & sola quidem fere legumina; Paschali vero tempore dum pranderent, incenati manebant, quod modernis moribus fuit semper jejulare.

58. Vicius, vestitus, lectusque, ac alia vitæ sustentandæ necessaria ex communi penu præcisè illis Monachis distribuebantur.

Ingenti sollicitudine Regulæ antiquæ Monachorum tam S. Pachonii, quam S. Basilii in hoc occupabantur, ut omnem proprietatem à Monachis radicibus evellent; ad exemplum priorum Christianorum, quibus omnia erant communia. Quæ disciplina ad eam rigorem subinde pervenit, ut Fratres ne quidem necessaria postulare audent, utpote quibus à deputatis dispensatoribus sollicitè aliunde provideretur. Hinc S. Hieronymus l. cit. Opus diei statum est, quod Decanus redditum fertur ad Oeconomum, qui & ipse per singulos menses Patri omnium cum magno tremore reddit rationem: à quo etiam cum cibi facti fuerint, præstantur. Et quia non licet dicere cuiquam, tunicam & sagum, textaque juncis strata non habeo; ille ita universa moderatur, ut nemo quid postulet, nemo non habeat.

59. Disciplinæ hujus moderator supremus unus erat, quem Patrem, seu Abbatem vocabant; cui subordinabantur Præpositi Decanorum, qui decem Decanis præerant, Decani vero novem Monachorum inspectionem gerebant. Il rursus discimus ex S. Hieronymo l. cit. ubi ait: Prima apud eos confederatio est obedire majoribus. Et, quidquid iusserint, facere. Divisi sunt per Decurias atque Centurias: ita ut novem hominibus decimus præsit, & rursum decem Præpositos sub se centesimus habeat.

60. Cum Monasticum Institutum ex Asia in Europam, & inde in Africam propagatum fuerit, ut supra N. 10. vidimus, disciplinam quoque quantum ad enumerata capita eo migrasse necesse fuit, variis tamen modis subinde modificatam.

Qui Regula S. Augustini, Cassiani, aliaque sæculo V. conscriptas, quas supra N. 25. & 26. recensimus, perlegerit, eas in hoc totas esse deprehendit, ut Professoribus suis obedientiam erga Superiores, castitatis custodiam, omnis proprie-

tatis

tatis abdicationem, orationis tum vocalis, tum mentalis studium, lectionem frequentem Librorum sacrorum, confessionis sacras, exhortationem Superiorum, solitudinem, silentium, victus atque vestitus parcitatem, vigiliis, aliisque corporis austeritates, laborem item manuale præscribant. Unde & S. Augustinus tractatum de opere Monachorum edidit.

61. Cum Regula S. Patris Benedicti sæculo VI. edita subsequis sæculis ab omnibus Occidentis Monachis recepta fuerit, ex illius tenore Monasticam disciplinam in Occidente usque ad sæculum XII. colligere licet.

Præcipua eius capita adnumero: à Kalendis Novembris usque ad Pascha Monachos ad Vigiliis surgere hora noctis octava jubet, postquam per sex horas & aliquanto amplius quieverint. Interstitium autem, quod à fine Vigiliarum usque ad Matutinas, id est, usque ad Laudes intercedit, à Fratribus, qui psalterii & lectionum ignari sunt, in earundem rerum meditatione seu lectione infirmi præcipit, ut psalmos expedite legere, atque etiam interpretari discant. Eliatis vero tempore Vigiliis & Laudes dici vult parvo interjecto intervallo ob noctium brevitate. Psalterium integrum singulis hebdomadis in officiis divinis cani sancit. A Monachis, qui longe ab oratorio laborant, aut in via sunt, horas Canonicas persolveri jubet horis constitutis. Proprietatis vitium radicibus amputat. Carnium esum solis permittit infirmis. Discretionem erga senes & adolescentiores exhibet; quibus concedit, ut præveniant horas Canonicas prandii, id est, Sextam, aut Nonam, cibumque citius ac frequenter accipiant. Ciborum quovis die mensuram statuit, libram panis propensam, id est, quæ inclinata præponderet; ex qua, si dies jejunii non sit, tertia pars à Cellario servetur, reddenda cœnaturis. Mensuram vero potus statuit heminam vini ex in-

duigentia; præmittit siquidem ibi: Vinum non esse omnino Monachorum, si veterum Patrum exempla sequi velint. Tempus vero refectionis hoc modo statuit, ut à Paschate ad Pentecosten ad Sextam, id est, ad meridiem reficiantur Fratres, & sero cœnent. A Pentecoste tota æstate, quarta & sexta feria jejuniunt ad Nonam, hoc est, ad tertiam pomeridianam, nisi labores agrorum, aut æstatis intemperies prohibeat; cujus rei judicium vult esse penes Abbatem. Ab idibus Septembris usque ad caput Quadragesimæ ad Nonam refectionem differendam decernit. Toto vero Quadragesimæ tempore jejuniu solvi prohibet ante vesperam; & silentium, nocturnis præsertim horis, maxime commendat quocumque tempore: utque post vesperam congregatis Fratribus legat unus collationes, vel vitas Patrum, aut aliud, quod ediscet audientes. Opus manuum quotidianum injungit S. Benedictus, & quotidianam item lectionem. Indumenta secundum Regionum temperiem, & qualia in Provinciis inveniri possunt, Monachis dari decernit, de colore, aut grossitie, vel tenuitate panni non admodum curans.

62. Monachorum tum veteris, tum mediæ ævi instituta majori ex parte amplexi sunt Ordines Mendicantes à sæculo XII. usque ad nostra tempora successively instituti. In variis tamen capitibus diversam ab ipsis vitæ rationem vi suorum statutorum inveniunt.

Prima pars constat ex Psalmodia diurna, nocturnaque, orationibus mentalibus, lectionibus sacris, silentii cura, communitate in victu, corporalibusque austeritatibus ab Ordinibus Mendicantibus susceptis.

Quantum ad secundam, Regulæ Monachorum veterum, tum Benedictinorum, tum aliorum esum carniu Professoribus suis unanimitè interdicebant: non interdicit illum pleræque Regulæ & Constitutiones Mendicantium. Illæ Monachos

ad



ad vitam contemplativam, & manuum laborem adstringebant ex sine primario, quamvis privatam eruditionem Monachorum, ac juventutis instructionem subinde non interdicere: hæc vero vite contemplativæ activam ceu manum subsidiariam in cura animarum Clero Sæculari porrigentem in administratione Sacramenti Pœnitentiæ, Eucharistiæ, ac Verbi divini prædicatione, sacrisque missionibus jungunt. Illæ stabilem locum, stabilemque Superiorem determinant, hæc neutrum. Illæ victum labore manuali parandum jubent, hæc ex stipe oblatum colligendas suos alumnos victitare volunt. Dixi autem in propositione, vi suorum statutorum, quia non nego celeberrimum Benedictinorum Ordinem, ejusque Sarcos, dum præsertim Monachi Sacerdotii characterè insigniri cepissent, in vinea Domini jam inde à Sæculo VII. strenue laborasse; cum Angliæ, magna pars Germaniæ, & Septentrionis Evangelii lumen eidem in acceptis referre debeant, atque ad eundem Sæculo X. XI. &c. multa Beneficia curata pervenerint, uti ex notis historicis hucusque datis in aprico est.

63. Disciplina Monastica à Sæculo IV. ad usque nostra tempora producta sæpe collapsa, multimodique per Viros Spiritu Dei ferventes restituta est.

Propositionem probant ea, quæ de variis Congregationibus tum Ordinis Benedictini, tum Mendicantium N. 16. & seq. h. t. attulimus.

#### QUESTIO DOGMATICA.

An Status Monasticus sit salutaris & utilis tum suis Professoribus, tum toti Ecclesiæ?

64. **S**iquam, certe in sanctissimo Monachorum Instituto Paulinum verificatum est oraculum 2. ad Timoth. 3. v. 12. *Omnes, qui pie volunt vivere*

*in Christo Jesu, persecutionem patientur.* A primis enim ejusdem cunis adulteræ moderna tempora non defuerunt tum ex ortho, tum heterodoxis, qui Theonodonte facerimus Inlittium arrodere non sunt veriti. Magno enim Basilio, qui Cœnobarum pene author fuit, criminatum fuisse, quod Monasticæ Professioni aditum reserasset, ipse testatur inquis: *Accusamur vero & hujus (& quidem à Catholicis) quod homines habeamus pietatis studiosos ascetas, qui Mundo renuntiarunt. Ego vero vitam impendere, ut possent mihi hæc delicta impingi, habereque apud me viros, qui me Doctore hoc pietatis studium amplexi hæcenus fuissent. Nunc autem & in Ægypto, & in Palestina, & in Mesopotamia auditalem esse virorum quorundam virtutem.* Et hæc quidem Sæculo IV. in magnum Basilium garriebant quidam Pseudo-Catholici; ex hæreticis vero, qui cœciliatus, paupertatisque meritum eodem Sæculo IV. impetebant, Coryphæus fuit Jovinianus, quem secutus est Vigilantius, quos S. Hieronymus scriptis confutavit. Cum vero Sæculo XII. contra molernorum Dominorum Protestantium Patriarchas Albigenes, aliosque Hæreticos Ecclesia Christi Ordinis Mendicantium, imprimis facerimus Ordine Prædicatorum armaretur, hi non tantum ab hæreticis illius temporis consuetas calumnias subire deberunt, verum etiam à Catholicis inventi sunt duo Magistri Parisiensis Wilhelmus de S. Amore, & Sigerius, multique eorum sequaces, qui in eum inciderunt errorem; ut Religiosorum Mendicantium statum damnatum assererent, libro in hunc finem Clementi IV. porrecto, quem refutavit tum orbe toto celeberrimus Doctor Thomas Aquinas ex Ordine Prædicatorum, Opusculo in postrema edit. Veneta decimo-sexto, alias decimo nono. Quo Pontifici oblato liber ille spurius tamquam hæreticus, & nefarius ab eodem damnatus fuit. Adverit autem.

autem ibi Doctor Angelicus, quod quamvis auctores præfati libri tela sua ex condicto in Ordines Mendicantium, atque diversam à prioribus Monachis disciplinam, velut in scopum dirigant, univsum statum Monasticum nihilominus per latus ferre intendant. Sed omnium, qui odium sanctissimo Monachorum instituto conciliare adansi sunt, ovæque, ut ajunt, contra Hierarchiam Ecclesiasticam, statumque Regularium posuit, quæ posteriores hæretici excluderunt, fuit macilentus ille hypocrita Anglus Wicleffus, ex cuius operibus Joannes Luke Oxoniensis Theologus 1266. errores collegit, quos inter 28. ita sonat: *Sancti inlittuentes Religionem privatas, sic inlittuendo peccaverunt. 29. Religiosi viventes in Religione privatis non sunt de Religione Christiana. 30. Si quis ingreditur Religionem privatam qualemcumque tam Possessionarium, quam Mendicantium, redditur inepior, & inhabilitior ad observantiam mandatorum Dei. 43. Quod Augustinus, Benedictus, Bernardus damnati sunt, nisi paniturint de hoc, quod habuerint possessiones, & inlittuerint, & intraverint Religionem: & sic à Papa usque ad inlittum Religiosum omnes sunt hæretici. Et tandem 44. propositione orationem omnem præhabitam Iaconismo concludit egregius ille, scilicet, Hierarchie Ecclesiasticæ, statulque Monachalis Panegyrista, dicens: *Quod omnes Religionem indifferenter introducta sunt à Diabolo. Wicleffus confenserant Sæculo XV. Bohemi Hæretice, statum Monachalem non tantum scriptis, verum etiam armis profecindentes. Quos Sæculo XVI. infecti sunt recentiores Heterodoxi, calumniandi spiritum ab excucallato Monacho Luthero affatim edociti; & quamquam in suo libro symbolico, seu in Confessione Augustana, de votis Monachorum Art. VI. Wicleffi opinionem ex toto non sequantur, sed Inlittum Monasticum solum damnant, quemadmodum nunc viget, dum ajunt: Tom. II.**

Augustini tempore Monasteria erant libera collegia, postea, corrupta disciplina, ubique addita sunt vota, ut tamquam excogitato carcere disciplina resisteretur. Et infra: *Qum erant Scholæ sacrarum Litterarum, & aliarum disciplinarum, quæ sunt utiles Ecclesiæ, & sumebantur inde Pastores & Episcopi; nunc alia res est, nihil opus est recitare. Quod falsum esse supra N. 42. demonstravimus. Domini nihilominus Protestantes moderni non habentes eam reverentiam erga suam Confessionem, quam nos profitemur erga Synodum Tridentinam, statum Monasticum generaliter damnare non verentur, Patresque quarti & posteriorum Sæculorum, qui eam sumis laudibus extulerunt, flocci habere. Inter alios Joannes Laurentius Fleischerus in sua manuactione ad Jus Ecclesiasticum lib. 1. c. 19. frequentia velut ex tripode definit: *Nullum dubium est, totum Monachismum esse considerandum ut rem summo noivam, & tamquam basim corrupti Papismi. Nihilominus Papistæ non verentur ejus originem à Christo deducere, quamvis tota ejus doctrina & vivendi ratio ei è diametro opponatur. Nec mirandum est isthoc institutum à Patribus Ecclesiæ omnimodis extolli, cum in aprico sit, eos nil minus quam rationabilem moralem intellexisse.**

65. Pergit adeptus ille, ut sibi videretur, in rationali morali. Fundamentum Monachismi equidem apud Ethnicos, Judæosque querendum est. Hi enim in eo versabantur errore, quod felicitas hominum in speculationibus consistat, ita quidem, ut eum, qui, abdicatis aliis omnibus, his solis vacaret, exultarent felicissimum. Et quamquam multa de virtute garrirent, in nuda nihilominus ejus cognitione hærebant, ita ut persuasam haberent, eum, qui sciverit definire virtutem, jam Virum Philosophum existere. Hæc itaque persuasio Gentilibus nasci dedit, ut speculativam Philosophorum vi-



tam ceteris omnibus praeferrent, quin hos solos felices existimarent, ceteram vero hominum turbam miseriam; quamquam illi praeter illam humanam societati utiles essent. Ut vero speculationibus eo melius litari posset, homoque à saecularibus negotiis omnino abstraheretur, vitam solitariam quidam Ethnicorum Philosophorum recomendarunt, quae tamen suo melancholico illorum temperamento tantum in accensis referenda fuit; atque in hoc ipso dementiae lato apud Iudaeos harebat secta Essaeorum. Hunc §. ex Joanne Clerico in Proleg. hist. Eccl. Sect. 1. c. 5. excerptit Fleischerus.

66. Peregisse vero: Cum igitur multi tum ex Iudaeis, tum ex Gentilibus Christianam Religionem susceperint, verosimile est, quosdam illorum in hac doctrina perseverasse, atque Christianissimum in solitudine, atque in vita speculativa quaelivisse. Haec tamen vivendi ratio ab Ecclesia nusquam approbata fuit, quin praescripta fuit, simile vitae genus doctrinae Christi ex quo repugnare, cum non in solitudinibus, sed inter homines Christus conversatus fuerit; neque vitam speculativam à suis sequacibus pretendit, sed ut amaretur Deus, deinde Proximus; nec unquam dixerit ut solum oremus, sed ut oremus, & laboremus. Et quamquam saevientibus persecutionibus, praesertim sub Decio Imperatore Christiani in sylvas, antra, deserta fecederent; id tamen non fiebat eo animo, quasi fecellus ille Christiano foret necessarius, vel ibidem permanenti voluntate; verum solius Tyrannidis evadenda, aut vitae conservanda gratia. Res haec nihilominus occasio fuit, quod Paulus & Antonius in eam venerint sententiam, hominem nec melius nec perfectius Deo servire posse, praeterquam in eremo, atque ita initium Monachismo debere. Hieronymus in vita Pauli. Tillemontius in hist. Eccl. tom. 7. p. 1. pag. 176. seqq. Quin eo pervenerint

duo isti homines, ut non solum ipsi extra societatem hominum viverent, verum etiam Discipulos assumerent, eosque in praescriptis Regulis edocerent, Christianum nonnisi in sylvis, antris, & his similibus vivere posse; & sicut pisci extra aquam necessario moriendum, ita vitam veri Christiani limina Urbium hominumque societatem salutanti amittere sit necesse. Et haec quidem opinio apud plurimos eum placitam invenit, ut illaec vivendi ratio totum brevi tempore occuparet Orientem.

67. Haec ergo sunt praecipua capita, è quibus Protestantes vitam Monasticam tum in genere, tum prout nunc instituitur, vellicant. Quae prorsusquam refellamus, fontem, unde erronea eorum manat persuasio, detegamus oportet. Illam autem insinuat D. Fleischerus l. supra citato, dum ait: *Christum à suis sequacibus vitam speculativam seu contemplativam non pretendisse, sed ut omittatur Deus, deinde proximus; nec solum orationem, verum etiam laborem praecipisset.* Unde concludunt, vitam Monasticam Evangelio esse contrariam. Sed qui hujus sunt opinionis, non advertunt se tantum petere illas Religiones, quae vitam contemplativam proficiunt, minime vero eas, quae & Deo per contemplationem vacant, & proximo praecipua caritatis officia, spiritualia nimirum in doctrina, in praedicatione Verbi Dei, & administratione Sacramentorum; aut excellentia corporalia, in cura infirmorum, redemptione captivorum, &c. ex instituto suo impendunt. Quapropter contra eos vindicanda tantum venit vita Anachoretica, aut Monastica illa, quae in suis Communitatibus abstractam ab omni commercio humano vitam proficitur. Aliter obvium est illis, qui statum Monasticum ut tribus votis illigatum generaliter, & Religiones Mendicantium propter ipsam mendicationem in specie suggillant.

## PROPOSITIO I.

Statu Anachoreticus, aut Monasticus orationi, & contemplationi verum divinarum dicitur, est salutaris & utilis tum Professoribus suis, tum toti Ecclesiae.

68. Conclusio quantum ad primam partem in aprico erit, si demonstrata fuerit, quantum ad secundam: non enim ex alio capite hunc statum blasphemant Haeretici, quam quia per eum Jura societatis humanae laedi arbitrantur. Quod quam falsum sit, ex officiis ipsis hominis Christiani, atque ex ipsa Christianae Republicae pragmatica, seu fundamentali constitutione jam venit demonstrandum. Haec autem constitutio, quamvis nullatenus cum sano rationis lumine pugnet; toto nihilominus caelo à societate humana, quae non alio, quam rationis lumine regetur, differt, quam societatem fingunt ii, qui de jure naturae & gentium à saeculo volumina conscripserunt: quos inter celebris est clarissimus Wolfius, orbi literario notissimus, qui octo jussis Tomis Jus naturae & gentium complexus est; quorum labor esse de se fit valde utilis, cum deserviat quam maxime ad hoc, ut de legibus humanis, pactis, aliisque commercii humani fœderibus limatum ferre possimus iudicium, cum nihil horum iustum esse valeat, nisi legi naturae à Deo nobis indicæ ex omni parte fit conforme; suum incommodum nihilominus habet, quod homines à reali systemate, in quo post lapsum Adami actu persistunt, ad fictitium transferant, in quo essent, si Deus Adamum, & ex eo descensuros non creasset ad beatitudinem supernaturalem, quae in reali visione Dei, & ejusque amore, ac familiari conversatione in caelis consistit; ac consequenter eidem Adamo non tribuisset justitiam originalem cum ceteris donis

hominem inferiorem superiori, & hunc Deo subiectibus; nec permisisset, ut Adamus haec omnia tam pro se, quam pro suis posteris amitteret peccato originali, & consequenter non misisset unigenitum Filium suum, qui meritis vitae & mortis suae humanum genus postliminio aptum redderet gratiae Dei percipiendae, ejusque ope finem à Deo in sui creatione propositum consequeretur. Unde fit, quod multi aut non satis perspicaces, aut non satis cauti ex similibus lucubrationum lectione in eum labantur errorem, ut obligationi Christiani hominis satisfacere se existant, dum naturalem vitam, hoc est, ad regulas rectae rationis solummodo exactam vivant; cum nihilominus Fides Christiana non quidem contrariam rectae rationi, sed multo sublioriorem vivendi methodum, quo sententia illa non pertingit, nos edoceat. Atque ut rem in officiis hominis erga se ipsum ob oculos ponam, lumen rationis suis relictam limitibus nos docet, quod quilibet studere debet, ut ea consequatur animi, corporis, ac fortunae bona, quae in potestate ipsius sunt, ut habet Cl. Wolfius in Institutionibus juris naturae §. 104. Evangelium autem non tantum non praecipit, ut bona fortunae quaramus, sed ut illa insuper habeamus magis consultis. Lumen rationis dicat, quid homo curae habere debeat, ut vitam commode ac jucunde transigat, ut habet idem §. 119. E contra in Evangelio dicitur: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Uno verbo. Lumen naturae felicitatem hominis in fructione innocuae bonorum praesentium animae, corporis, & fortunae, seu exteriorum constituit, ut patet ex toto illo Tractatu Wolfii de officiis hominis erga se; Fides seu Evangelium in bonis futuri saeculi.

69. Si ergo humanum genus à Deo esset creatum ad felicitatem praesentis saeculi consequendam, vel si status innocen-



centiæ in Adamo ejusque posteris perverisset, merito fortassis iriderentur homines vitam Monasticam profitentes. At in alio systemate sumus, quod statum Monasticum non modo justificat, verum etiam commendat. Contra Christianos Protestantes disputationem texo, non contra Profanos nostri temporis, præter Religionem naturalem nullam revelationem admittentes; hi enim cum revelationem omnem rideant, per me etiam rideant Monachos ex ejus principis vitam insistentes, in altero Sæculo in sui interitu à Deo rursum irridendi. Hi ergo admittente mihi debent sequentia principia ex sacrarum paginarum infallibili auctoritate deducta. Quorum I. est: Quod Deus hominem creaverit ex eo fine, ut ipsum amet ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus, hoc est, ut amorem suum in nullam creaturam propter seipsam partiat, sed in omnibus creatoris solum autorem diligat. II. Quod homo hunc finem sine superno gratiæ divinæ auxilio consequi nullatenus possit: *Sine me nihil potestis facere* Joan. 15. v. 5. III. Quod isthoc auxilium Deus primo homini à se creato non denegaverit, sed præter justitiam originalem, qua appetitus sensitivus rationi, & hæc Deo perfecte subieciatur, auxilia etiam alia contulerit, quibus in amore Creatoris sui persistere potuisset, si voluisset. IV. Quod homo ille amorem creaturæ amoris Creatoris præponendo ex illo felici innocentie statu una cum posteris exciderit, atque totam generis humani massam peccato originali fordidatam Creatori suo inimicam reddiderit: unde nata sunt illæ tenebræ intellectus, illa pertinax inclinatio voluntatis ad malum, illa obstinata rebellio appetitus inferioris contra suam rationem, & inde nascens inordinatus amor sui ac rerum periturarum. V. Filium Dei incarnatum, seu Christum Jesum officium fidejussoris pro perditio humano genere suscepisse, & passione sua

ac morte æterno Patri superabundantem satisfactionem præstitisse, hominesque æternæ salutis consequenda pollicitimio capaces reddidisse. VI. Non tamen per Baptismum miserias status naturæ lapsæ, uti quotidie experimur, fuisse. VII. Nihilominus hominibus doctrina, exemplo, & ac divinæ gratiæ à se promerite auxiliis ita providisse, ut omnes, modo velint, descriptum supra amorem Dei, nequequam obstante naturæ corruptela, in hoc mundo, & in altero æternam ejus fruitionem consequi possint.

70. Ex his ergo principis ab ipso Deo humano generi revelatis, consecuta sunt, I. Quod hic non habeamus manentem civitatem, sed futuram inquiremus, ad Heb. 13. v. 14. II. Quod iustilibet hominis princeps occupatio, quamdiu peregrinatur à Domino, esse debeat, quærere primum Regnum Dei, hoc est, perfectam cum Deo in caritate unionem, qua fundus animæ ita Deo, ceu eisdem tam titulo creationis, quam redemptionis legitimo & unico Domino subiciatur, ut moraliter cum ejus voluntate unum quid efficiatur, omnia volendo que Deus vult, & cuncta nolendo à peccatis mortalibus usque ad venialia, & ipsas imperfectiones, que Deus non vult, & hæc omnia ex propria dilectioni intentione, ut Deo placeat, in quo consistit Christiana perfectio. III. Quod hæc perfectionem in quolibet Christiana Republicæ statu assequi possumus; alias enim, cum Deus diversos status in societate humana necessarios per Evangelium non sustulerit, quidam homines, necessitate à Deo introducta, à perfectione Christiana consequenda impederentur, quod non est dicendum. IV. Nihilominus quibusdam statibus humanæ societatis quedam esse inseparabiliter connexa, que sapientia natura, & ex divinis oraculis cor hominis in statu naturæ lapsæ constituit à totali illo amore soli Deo debito nata sunt abstrahere, atque in amorem sui allicere; qualia

qualia sunt uxor, divitiæ, & propria voluntas. Et de uxore quidem testatur S. Paulus 1. ad Corinth. 7. v. 23. à nobis supra relat. De divitiis vero ipse Christus Matt. 13. v. 22. *Sollicitudo hujus sæculi, & fallacia divitiarum suffocant verbum, & sine fructu efficitur.* Quam vero nata sit propria lapsi hominis voluntas, si freno subiectionis careat, eandem in præceptis agere, præter quotidianam experientiam, ex Proverbiorum 3. v. 5. abunde colligitur, ubi dicitur: *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne invitari prudentiæ tue.* V. Christum equidem in libera hominum optione reliquit, se, an eum, vel sine his impedimentis ad finem suæ creationis tendere velint; nihilominus vitam alteram tanquam securiorem consuluisse, uti supra N. 4. demonstratum est.

71. Hoc ergo stante systemate, quilibet Christianus jus habet se se ab impedimentis illis, que sui, ob quem creatus est, consequendo obstitunt, expedire, atque eam vivendi rationem amplecti, que sine his ambagibus eoduct. Jam vero vita Anachoretica, vel Monastica in propositione descripta hujusmodi est, ut per se patet: quis igitur eam amplecti potest, & consequenter utilis & salutaris est Professoribus suis. Minor adstruitur ex eo, quod vita illa Anachoretica, vel Monastica contemplativa blandimenta uxoris, divitiarum, & propria voluntatis, indeque manantes captiones multiplices miseræ animæ ignoret: suam igitur Professoribus suis confert utilitatem. Sed & Republicæ Christianæ utilis est. Si enim lege naturæ dicantur nomen divinum celebrandum, si pro bonis ab eo consequendis orandum, si nomen ejus ore laudandum, si exemplis alii ad idem perducendi, uti habet Cl. Wolfius loc. cit. que inutilitas illorum hominum, qui in societate Christiana, que vi sui instituti utitur hoc mundo, quasi non utatur, nec hic sibi

thefaurizare studet, sed in altera vita, familiari cum solo Deo conversatione, assidua oratione, ac laude Dei occupati, princeps auditorium, reliquis statibus in negotiis mundi occupatis, nimirum gratiam Dei multiplicem exorant, eosque ab inordinato rerum periturarum amore suis exemplis avocant? Si enim ipsos vel viles mechanicos Republicæ utiles censimus, quia corporibus nostris poltridie incinerandis erga exactam solutionem nostram commoda præstant: cur inutilia membra Republicæ censebimus eos, qui vitæ sanctitate, & familiari cum Deo conversatione spiritualia & temporalia dona eidem exorant? Da ergo mihi hominum statum, qui à Deo sit creatus ad perfectiorem hujus vitæ commodis, de quo Deus nullam curam habeat, cupisse esse post mortem desinat; & Anachoretas omnes, cunctosque Monachos tibi concedam amentes. Convince me, contemplationem divinorum attributorum, & mysteriorum Fidei non perducere ad amorem Dei; vigiliis, orationes, jejunia, abnegationem constantem eorum, que caro, corrupta natura, demon, mundus insufurrant, esse virtutum nudas speculationes; hominique perfectionem in obsequiis externis caritatis Christianæ magis consistere, quam in his: & dicam Anachoretas, ac Monachos homines otiosos, ac inutiles. Certis perfectio Christiana consistit in externis obsequiis proximis præstandis, homo facultatibus animæ & fortunæ delictus, ejusdem consequendæ spem nullam haberet; cum societati molestus esse debeat magis, quam proficius. Et bonus Rex, egregius Doctor, aptus Consiliarius, strenuus Miles, beneficus Dives, verbo Pharisæi omnes elemosynarum perfecti essent, quamvis concupiscentis carnis, & concupiscentis oculorum, & superbie vitæ quotidie facta facerent. Intelligent ergo differentiam inter bonum civem, & bonum Christianum; & inter Deum.



Deum opera hominum ex affectu solo pensantem, & inter Principem temporalem cum solo effectu contentum; & blasphemare cessant eos, qui sine aliorum prejudicio, secundum consilia Christi abjectis impedimentis, hominem interiorem ex condito reformare, atque ad divinam voluntatis amantissimam formare coguntur. Nec dicant, huiusmodi homines esse praedjudiciosos, secundum consilia Christi abjectis impedimentis, hominem interiorem ex condito reformare, atque ad divinam voluntatis amantissimam formare coguntur. Nec dicant, huiusmodi homines esse praedjudiciosos, secundum consilia Christi abjectis impedimentis, hominem interiorem ex condito reformare, atque ad divinam voluntatis amantissimam formare coguntur. Nec dicant, huiusmodi homines esse praedjudiciosos, secundum consilia Christi abjectis impedimentis, hominem interiorem ex condito reformare, atque ad divinam voluntatis amantissimam formare coguntur.

## PROPOSITIO II.

Statu Monasticum aut etiam Ordinem Mendicantium contemplationi, ac proximorum salutari vacans est salutaris, ac utilis tum Professoribus suis tum toti Ecclesiae.

70. Conclusio ex precedenti manet demonstrata: si enim in systemate Christiano vita illa contemplativa divi-

narum perfectionum, ac mysteriorum nostrae Fidei Professoribus suis est utilis, quod ex sui institutione nata sit eos ab omni idordinato amore sui, & omnium creaturarum abstrahere, atque ad castum amorem Conditoris, ejusque familiare conversationem perducere, in quo Christiana consistit perfectio; si etiam fit utilis Ecclesiae, eo quod ejus intersit, dum pleraque ejus membra dura humanae societatis necessitudine adacta coguntur curis temporalibus vitam pene impendere, habere quosdam, qui in celebratione, ac laude divina Deo juxta principia nostrae Fidei tot utilis debita ex professo occupantur, sique orationibus suis benedictionem divinam in suis negotiis, necessarialque gratias impetrent; ne inter illectiva creaturarum blandimenta ab amore Soli & Unico Deo debito abstracti in transversam suae salutis viam abripiantur; quique exemplo heroicæ renuntiationis omnium, quæ mundus habet, delectabilem, ipsi quodammodo continui Prædicatores existunt veritatum fundamentalium Evangelii, quibus edocemur in quocumque statu cor nostrum a rebus transitorijs totaliter abstrahere, & ad solum amorem coelestem transferre: uno verbo, ut ait S. Paulus 1. ad Cor. 7. v. 29. *Habere uxores, quasi non habentes, flere tamquam non flentes, gaudere tamquam non gaudentes, emere tamquam non possidentes, uti hoc mundo tamquam non utamur, cum ejus figura prætereat;* cur Ordines illi, qui iisdem exercitiis ex instituto vacantes, variis præterea pietatis officijs proximis in necessitatibus tum corporalibus, tum spiritualibus succurrunt, non essent Professoribus suis, totique Ecclesiae salutare ac utiles?

71. Confirmo præsentem discursum profundo Angelici Doctoris ratiocinio, quo in citato opusculo contra obtractores Religionum Mendicantium cap. 1. utitur, inquit: Ex his ergo patet, quod duplex est Religionis acceptio. Una se-

cundum sui nominis primam institutionem, secundum quod aliquis Deo se ligat per Fidem ad debitum cultum; & sic quilibet Christianus Religionis sit particeps in Baptismo, abrenuntians satanae, & omnibus pompis ejus. Secunda prout aliquis ad aliqua caritatis opera se obligat, quibus specialiter Deo servitur, abrenuntians secularibus; & hoc modo Religionis nomine ad præsens utimur. Caritas autem Deo debitum obsequium reddit secundum actus vitæ activæ & contemplativæ. In actibus quidem activæ vitæ diversimodè, secundum diversa officia caritatis, quæ proximis impenduntur: & ideo sunt aliquæ Religionis instituta ad vacandum Deo per contemplationem, sicut Religio Monastica, & Eremitica; alia autem ad serviendum Deo in membris suis per actionem, sicut illorum, qui ad hoc Deo se dediant, ut infirmos suscipiant, captivos redimant, & alia misericordiae opera exequantur. Nec est aliud opus misericordiae, ad cujus executionem Religio institui non possit, etsi non sit hæc Religio instituta. Sicut autem in Baptismo homo per fidei Religionem Deo ligatur, peccato moritur; ita per votum Religionis, non solum peccato, sed Seculo moritur, ut soli Deo vivat in illo opere, in quo se Deo ministraturum devovit fidei: quia sicut per peccatum vita tollitur, ita per occupationes Sæculi Christi Ministerium impeditur, 2. ad Timoth. 2. v. 4. *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Et ideo per Religionis votum abrenuntiat illis, quibus humanus animus maxime occupari consuevit, & à divinis obsequijs impeditur. Quorum primum & principale est conjugium, 1. ad Corinth. 7. v. 23. *Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est.* Secundum est possessio divitiarum terrenarum, Matth. 13.

v. 22. *Sollicitudo hujus Sæculi, & fallacia divitiarum suffocant verbum, & sine fructu efficiunt.* Tertium est propria voluntas, quia qui suæ voluntatis est arbiter, sollicitudinem habet de vitæ suæ gubernatione: & ideo nobis consultat, ut nostri status dispositionem divinæ providentiæ committamus, 1. Petri c. 5. v. 7. *Omni sollicitudinem vestram projicient in eo, quoniam ipsi cura est de vobis.* Et inde est, quod perfecta Religio triplici voto consecratur: scilicet voto castitatis, per quod abrenuntiatur conjugio; voto paupertatis, per quod abrenuntiat divitijs; voto obedientiæ, per quod abrenuntiat propriæ voluntati. Per hæc autem tria vota homo sacrificium Deo offert de omnibus bonis; per votum quidem castitatis in sacrificio Deo offerens corpus proprium — per votum autem paupertatis oblationem Deo faciens de exterioribus bonis — per votum autem obedientiæ sacrificium Deo spiritus offerens.

Calumniæ adversariorum enervantur.

72. Primo loco adferam cavillationes Heterodoxorum, quibus Monachium in genere petunt; subnecturus dehinc præcipua tela, quæ supra fati Doctores Parisienses in Ordines Mendicantium in specie torserant, à S. Thoma dudum obtrusa, contracta. Præcipua autem cavillationum capita contra Monachium in genere complexus est D. Fleischerus, quæ ex eodem superius n. 63. & seqq. fideliter descripsimus; quæ proinde compendio hinc repetemus.

73. Itaque primo arguit laudatus Author Catholicos, quod vitam Monasticam ab ipso Christo derivare præsumant, non obstante quod tota Salvatoris vivendi ratio, & traditaque ab ipso Doctrina eidem repugnent.

74. Respondeo hanc esse calumniam omnium maxime reprehensibilem; & eo quod



quod Christi vitæ atque doctrinæ opponat Inlicitum, quod non tantum præcepta, verum etiam ejusdem consilia ex professo sequitur. Fateatur equidem Christum nulla Monasteria instituisse, nec vitam Anachoreticam duxisse, cum ad docendum & prædicandum missus fuerit; at negamus eam vivendi rationem, quam profitentur Monachi, in Evangelio suo non consuluisset, illamque quoad præcipua ejusdem capita vitæ lux tenore, quantum ejus vocatio & officium patiebatur, non expressisset. Contrarium enim in superioribus N. 4. demonstratum est. Hæcque fuit ratio, cur omnes Ecclesie Patres, Romanique Pontifices, & generalia Concilia Monasticum Institutum meritis laudibus extulerint, atque pro virili promovere studuerint.

75. At replicat Fleischerus I. Patrum elogia hac in parte non esse curanda, cum in apicco sit, illos nil minus quam sanam moralem possedisse. II. Pontifices Romanos semper favisse Monastico Instituto, quia principem basin corrupti Papismi efficit.

76. Quam atrox prior Fleischeri sit calumnia, totique Ecclesie Christi injuriosa, ipsi Domini Protestantibus disjunctent. Ergone Patres IV. & V. Sæculi, quorum pietate & doctrina Evangelica veritates, expirante persecutione procella, in plenam meridiem posite sunt, hæresesque profigate, rationabili morali desituri fuere? eamque Christus reservavit posterioribus his Sæculis, in quibus ipso teste Matt. 24. v. 12. abundavit iniquitas, recessisset caritas multorum? Si ergo Viri illi Pastores, & Doctores toto orbe, & tum & sequentibus Sæculis celebratissimi, rationabili morali omnes destituebantur: quam moralem habuere ceteri Christiani, qui ad eorum doctrinam & exempla vitæ suæ rationem componebant? Ergone ita deseruit Christus Ecclesiam sponsam suam, ut ereptam à gladio terreo in os tartarei Leonis, excussio sacræ

moralis jugo, præcipitem agi permitteret? Non persuadebant hoc nobis Domini Protestantibus, quia cause suæ desperationem magis prodent; cum ad stabilien- das suas erroneas opiniones venerandæ antiquitatis auctoritatem tam indignis, tanque abiectis cuiculis enervare cogantur. Invictum itaque pro vindicando statu Monachali ab eorum diceriis argumentum elogia Patrum eidem attributa suppeditant.

77. Quod secundam ejusdem calumniam attingit, honori sibi dicit Monasticum Institutum à Protestantibus appellari unam ex præcipuis basibus Ecclesie Romano Catholicæ: credit enim se hoc elogio dignum; cum hæresis non leve per ipsam profligata sit, ipsique Dominis Adversariis in præsentem diem non leve negotium facessat, eorumque ruinas in Indis tum Orientalibus, tum Occidentalibus improbis laboribus restaurare cogentur, victoriam cum zelosissima seculari Cleri militia serius, citius Christo propicio reportatarum. At, illud esse basin corrupti Papismi, seu corruptelarum Romanæ Ecclesie, id demum solemnissime negatur, nec concedetur, nisi demonstratum fuerit Romanam Ecclesiam corruptelam in fide atque morali ab ipsa approbata protegere, & favore: quod equidem de facto incallum tentantur prætextu nostri Reformati.

78. Arguit secundo idem Juris-Consultus, sibi que persuadet Monasticum Catholicorum originem suam debere Philosophis Ethaicis, Judæisq; Essænis; quos in eo verlatos errore assentit, ut felicitatem humanam in nudis speculationibus constituerent; atque ea propter sese ab hominum consortio alienare, sibi que solis vacare soleme haberent; cui vitæ rationi illam societatem longe præferendam existimat. Et hinc ait, primis tribus Sæculis Monasticum Institutum in Ecclesia fuisse ignoratum, & Sæculo IV. in Ecclesia Occidentali improbatum, ut que

que dum Hieronymus vir melancholicus, & præterea exigui iudicii illud etiam ibi stabiliret.

79. Falsam esse Fleischeri opinionem de origine Monachorum, supra demonstratum est. An vero Ethnici Philosophi, qui abdicatis socialibus naturalium, itemque contemplationi veritatum naturalium, itemque Judæi Essæni seu Therapeutæ, qui se totos scrutandis divinæ Scripturæ Mysteriis, orationibus, laudi divinæ celebrandæ, aliisque honestissimis occupationibus dederunt, propterea reprehendendi sunt, nobis hic disquirere non vacat. Id solum contendimus, quod in Lege gratiæ, quæ tota quanta eo collimat, ut nos doceat contemneri terrestria, & inquirere cœlestia, ut abunde jam probatum est, non sit culpanda ea pars hominum, quæ abiectis rebus speculæque humanis se totam Deo consecrat, atque internarum virtutum exercitiis dicat; eo vel maxime, quod Reipublice humanæ homines illi soli etiam vitæ contemplatiæ vacantes suam conferant utilitatem, gratias illi temporales, & spirituales exorando, atque exemplo heroico ab amore rerum temporalium, quibus necessario implicata est, avocando, uti N. 69. probavimus. Et quis sanæ mentis arduam veterum Monachorum, modernorumque vitam contemplationi vacantium nudam speculationem pronuntiet? ergone contemplatio Patris nostri Cœlestis, ejusque beneficiorum, præsertim redemptionis in nos collatorum, Christi item vitæ, passionis, & mortis, & futuræ quam in hac lacrymarum valle præstolamur gloriæ, atque inde in corde nascentes mille affectus flagrantis caritatis, intimæ gratitudinis, admirationis, gratiarum actionis, humilitationis, odii peccatorum, contemptus rerum periturarum, &c. &c. nuda speculatio est? Ergone diurna nocturnaque Dei laus, onera obedientiæ, paupertatis, castitatis, jejunia, vigiliæ, studium, labor manualis, continua cura denegandi inferiori

homini à maximo usque ad minimum omne id, quod contra Dei voluntatem & rectam rationem sub fidei Regula constitutum appetit, virtutes sunt speculatiæ? Sint certe tales in oculis eorum, qui aut animæ immortalitatem, aut futuram post hujus vitæ peregrinationem gloriam pernegant; aut etiam illorum Christianorum, qui commoditates corporis sensuumque blandimenta cum vitæ veteri Christiani copulari posse autumant, dummodo ceteroquin officia societatis humanæ non negligantur. Ego cum Patribus, morali Christiana, non pura illa naturali imbutis, pronuntio: omnem omnino Christianum, præter officia erga Deum, et erga proximum, circa officia erga se ipsam ad hoc indispensabiliter obligari, ut cor ab omni amore & inclinatione erga creaturas abstractum habeat, atque solum Deum ejusque beneplacitum in omnibus adimplere studeat; quod quia in statu naturæ lapsæ, atque per peccatum originale velut quodam pondere ad amorem inordinatum creaturarum inclinatæ magnis difficultatibus assequantur ii, qui negotiis vitæ socialis implicantur. Laudo quidem omnes status Reipublice Christianæ, qui temporalium rerum procurantibus, dispositionique incumbunt, dum assero omnes esse necessarios; sed etiam laudo eos homines, qui, abiectis sollicitudinibus hujus Sæculi, quibus major pars hominum ad vitæ humanæ transitoria solatia non rogata se implicat, in vita Monastica etiam pure contemplativa ad hæc veri Christiani constitutionem compendio tendunt, suæque utilitates magni sane momenti commercio humano, si fidei oculo contemplerentur, conferunt. Si enim inutilis Reipublice essent illi homines, qui operas temporales eidem non conferunt, inutilissimi certe essent illi, qui propagationi generis humani operam dare nollent, cum basis illa sit, super quam reliqua socialis vitæ negotia fundantur: iniquum ergo, quia



Reipublice noxium, Christus dedisset consilium de servanda perpetua continentia. Unde merito hic repeto, quod alias iam dixi, Religiones novellas Protestantium planam efficere viam ad Profanissimum; dum enim earum affectu quaedam Religionis nostrae capita de falsitate, aut iniquitate carpunt, Patresque primorum Saeculorum nobiliter sentientes flocci habent, ut contingit in praesenti capite; dum se tandem eo perductos vident, ut, stante illorum hypothese, stantie quid Evangelio affingere cogantur, nullo negotio eo perducuntur, ut sibi persuadeant, omnem revelatam Religionem esse para puta ficta, ex contradictionibus non unis constata. Sic Calvinista persuasus transubstantiationis panis Eucharistici in Corpus Christi dogma implicare contradictionem, totamque retro antiquitatem propterea erroris cum Calvinismo damnans, dum similes difficultates videt in dogmate Dei Unius & Trini, quod vi suae sectae profiteri nihilominus cogitur, vacillare primum, postea ad Naturalissimum transire facile solet. Tutius procedimus nos Catholici, qui credentes nobis Deum plura non quidem contra, sed supra rationem existentia revelasse, ea universim tuemur, quemadmodum nobis ab Ecclesia, qua firmamentum & columna veritatis existit, tradita sunt, cujus sensum ex conspirantibus Patrum scriptis secunde accepimus. Quorum propterea impii calumniatores esse nolimus, quemadmodum non veniant esse quidam ex illis.

80. Ad primum Additamentum respondeo. Dato etiam quod Therapeutae Alexandrini non fuerint Christiani (N. 6. h. t.), dato etiam, quod libri de Caelesti Hierarchia non sint S. Dionysii (ibi & N. 36.), ex dictis N. 9. constat, ante Antonium in Ecclesia fuisse homines, qui à mundi tumultu segregati, vitae contemplativae vacabant. Et Virgines Deo consecrari ab ipsis Apostolorum tempo-

ribus solitas in historia Ecclesiastica de- cantatum est, ut supra vidimus. Quod vero Monasticum institutum persecutionum tempore eam faciem, quam postea, non habuerit, ex ipsa horum Saeculorum crisi dijudicandum venit. Ceterum nullius momenti est illud Fleischeri argumentum, quia ex non usu consiliorum Evangelicorum malum esse illorum usum inferit.

81. Per quod patet responsio ad secundum; negatur enim Ecclesiam Latinam, quod vita Monastica non illico ac Orientalis huius fuerit, illam improbasse; cum ambabus ulius eam excepisse, ac in varias Provincias propagasse in comperto sit ex N. 10. h. t. Si vero suos in Occidente, quemadmodum in Oriente detrectatores subinde nata sit, ii certe similes fuerunt his, qui Tullii consulum vituperaverunt: eam interim Saeculo IV. & V. ut alios taceam, laudari & propagari S. Ambrosius, S. Augustinus, & post ipsos Saeculo VI. S. Gregorius. Tres praecipui Ecclesiae Doctores apud Catholicos, homines melancholici, & egeni iudicii ex oraculo D. Fleischeri argumento ducto ex elogio, quod in objectione textit S. Hieronymo, ob Monachismum Occidentem invecum. Vindicatus igitur est Monachismus primorum Saeculorum in contemplatione consistens; nunc profertenda sunt argumenta, quibus idem Domini Protestantes modernam Monachorum disciplinam vellicant, quae ad tria capita reducuntur; nimirum, quod olim Monasteria fuerint libera Collegia, nunc perpetui sint Carceres. Quod consequenter antiqui Monachi ignoraverint vota, quibus moderni constringuntur. Denique quod moderni Monachismus à reali pietate in contumem superstitiosarum caeremoniarum deslexerit.

82. At Monachos veteres sub Regula S. Pachomii, Basilii, &c. viventes profitendo institutum Monasticum implicite id ovivisse, quod nunc vovetur explicitè, supra N. 42. invicte demonstratum est; vota

vota vero Monastica statum Monachalem nequaquam deteriorare, sed perficere N. 70. ex S. Thoma adstruximus. Et mirandi sunt certe Domini Adversarii, qui vitae rationem juxta Evangelicorum consiliorum amissum instituendam votis stabiliri posse causantur, quasi vero voto se homo non possit consecrare Deo, qui insolubili nexu sese copulare potest uxori, moribus, forma subinde displicente, aut sterilitate rei familiari, familiae avitae, aut toti subinde Regno obfuturæ. Si ergo Ecclesia erravit statum Monasticum tribus votis perpetuando, nullam tamen ad ejus electionem cogendam; eo quod quidam ejus Professores de sua electione postliminio poenitent; ex pari ratione erravit Christus, Matrimonium arctis adeo limitibus constringendo; unde iterum janua ad Naturalissimum.

83. Quantum ad tertium caput, lib. 1. tit. 8. caeremoniarum necessitatem atque utilitatem multifariam ex Protestantibus non suspecto Cl. Wolfio insinuvimus. Religiosi ergo ob caeremonias sui sui tum generali, tum particulari congruentes non prius arguendi, quam earum irrationabilitas ob oculos ponatur, quod an tam facili negotio, ac calumniam hanc Religiosis institutis impingunt, praestituri sint, ignoro. Nunc ex Doctore Angelico jam resellenda sunt ea capita, quibus suprafacti Parisienses Magistri Ordines Mendicantium speciatim & per latus reliquos aggressi sunt, à Clemente IV. propterea damnati; ea S. Thomas in laudato opusculo sequenti ordine recenset. Primo, quod Mendicantibus non liceat docere. 2. Quod iis non liceat esse de Collegio Seculari Magistrum. 3. Quod iis non liceat predicare, & confessiones audire, atque curam animarum habere. 4. Quod teneantur propriis manibus laborare. 5. Quod ipsis non liceat omnia sua relinquere, ita quod nihil sibi possidendum remaneat nec in

proprio, nec in communi. 6. Quod non possint vivere de elemosynis, & de mendicatis praecipue. Et haec sunt capita, quibus Religiosos opprimere nitentur. Pergit deinde ad enumeranda ea, quibus Religiosorum famam corrumpere nituntur; quorum 1. est, quod habitum vilem, & humilem deferant. 2. Quod aliorum negotiis se intronitent. 3. Quod circumcursitent pro salute animarum. 4. Quod studis incumbant. 5. Quod ordinate praedicent. 6. Quod se & suam Religionem commendent, & per Epistolas commendari procurent. 7. Quod detractoribus suis resistant. 8. Quod in iudicio contentant. 9. Quod persecutores suos puniri procurant. 10. Quod velint placere hominibus. 11. Quod gaudeant de his, quae per eos Deus magnifice operatur. 12. Quod curias Principum frequentent. His enumeratis monstrat S. Doctor, quomodo dicti Magistri iudicium suum pervertant in infamiam personarum Religiosarum. 1. Mala, si quae in eis sunt, extendendo. 2. Afferendo, quod Religiosi favorem mundi quarant, & suam gloriam, & non Christi. 3. Falsa confingendo, quod scilicet Religiosi sint Pseudo-Apostoli, Pseudo-Prophetae, & Pseudo-Christi. 4. Crimina imponendo, quae Ecclesiae toto temporis processu patitur, scilicet, quod Religiosi sint lupi, fures, latrones, & penetrantes domos. 5. Mala, quae in finali Ecclesia timentur, Religiosis imponendo, probare volentes, quod è vicino insident tempora Anti-Christi. 6. Quod Religiosi nuntii sint Anti-Christi. 7. Religiosorum manifesta bona, ut orationes, jejunia, & hujusmodi pervertere nitendo, atque suspecta ostendere. Haec triplicis classis tela ab his, quos Saeculo XIII. in Religiosis Mendicantium Ordines morum sanctitate, doctrinae excellentia, zeloque animarum tum praestantissimos tetra animavit invidia, vibrata hebetat, atque retundit Angelicus Doctor. Cum autem inter illa



plurcula inveniuntur, quæ à Dominis Protestantibus non adoptantur, qualia sunt ea, quæ literarum studium, zelumque salutis animarum concernunt, cum potius ista in Religiosis requirant, ne Republicæ per solam inanem contemplationem, ut ajunt, inutiles evadant; nos ea tantum hic loci assumemus, atque ex S. Doctore reseremus, quæ extra hæc objecta versantur.

84. Itaque primo ad probandum, quod Religiosi teneantur laborare manibus, assumunt locum ex 1. ad Thessal. 4. v. 11. *Operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis.* Quem locum confirmat ex ep. ad Ephes. 4. v. 28. Item ab exemplo Apostolorum 1. ad Cor. 4. 12. Act. 20. v. 34. 2. Ab exemplo Monachorum Ægyptiorum, de quibus S. Hieronymus ad Rusticum scribit: *Ægyptiorum Monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque opere, & labore suscipiant, non tam propter victus necessaria, quam propter anime salutem, ne valeatur perniciosi cogitationibus.* 3. Autoritate S. Augustini, qui in libro de opere Monachorum Religiosos non operantes contumaces nominat, eorumque exultationem, quod vacent Psalmis, orationibus, predicationibus, & lectionibus fugillans, ait: *Quid agant, qui corporaliter operari nolunt, cui rei vacent, scire desidero: orationibus, inquit, & Psalmis, & Lectioni, & Verbo Dei: & singula istorum removens, dicit primo de oratione: Citius exauditur una obediens oratio, quam decem millia contemptoris; quantum vero ad vacantes divinis laudibus & canticis subjungit: Cantica cantare divina etiam manibus operantes facile possunt; similia habet de lectione, & predicatione; ex quibus intulerunt Pseudo illi Parisenses Magistri Religiosos esse in statu damnationis, qui manibus non laborant.*

85. Argumentum istud inter alia sequenti ratiocinio refellit S. Thomas, di-

cendo: laborare manibus, aut est præceptum, aut consilium. Si consilium est, nullus tenetur ad laborandum manibus, nisi qui ad hoc voto se obstrinxit. Ergo Religiosi, qui ex Regula sua non habent, quod debeant manibus laborare, ad laborem manuum non tenentur. Si autem est in præcepto, cum ad præcepta Divina, & Apostolica equaliter teneantur Religiosi, & Sæculares, non magis ad laborem manuum tenentur Religiosi, quam Sæculares. Ergo si licebat alicui sine labore manuum vivere, quando in Sæculo erat, idem licebit, quando in Religione aliqua erit. Concedit denique S. Doctor laborem manuum lege naturæ esse præceptum non singulis hominibus, sicut est præcepta manducatio, sed iis tantum, qui victum aliter pro se, suisque, præterquam labore manuum, licite acquirere non valent; si enim humanæ societatis officia singulos obligarent, tunc unus homo deberet & vacare generationi, & contemplationi, & ædificationi, & agriculturæ, & omnibus aliis exercitiis, quibus indiget vita humana, quod absurdissimum esse nemo non videt: unde in his, pergit Doctor Angelicus, unus ab alio juvatur, sicut in corpore unum membrum ab alio. Et propter mutuum obsequium, quod homines sibi invicem impendere debent, dicit Apostolus ad Rom. 12. v. 5. *Singuli autem alter alterius membra.* Horum autem Ministeriorum distributio, ut scilicet diversi homines diversis Ministeriis occupentur, fit principaliter ex divina providentia, sed secundario ex causis naturalibus, per quas magis homo inclinatur ad unum quam ad aliud. Unde ad autoritates ex Apostolo allatas respondet: quod Apostolus laborem manuum nunquam præcepit, nisi illis, qui à labore manuum abstinere causa victus acquirendi in peccata alia incidebant, ut supra probatum est. Et sic ex verbis Apostoli non potest probari, nisi quod quilibet homo vel Religio-

ligiosus, vel sæcularis tenetur manibus laborare potius, quam se mori dimittat, vel victum aliquo modo illicito querat.

86. Ad exempla de labore manuum ab Apostolis adhiberi solita, dicit: quod hoc, quod Apostoli manibus laborarunt, quandoque quidem fuerit necessitatis, quandoque supererogationis. Necessitatis quidem fuit, quando ab aliis victum invenire non poterant, ut patet 1. ad Cor. c. 4. Quod etiam supererogationis fuerit, patet per id, quod habetur 1. ad Cor. 9. Quæ supererogatione tribus de causis usum fuisse ait Apostolus, primo, ut auferret occasionem Pseudo-Apostolis prædicandi Evangelium propter temporalia, 2. ad Cor. 11. v. 12. Secundo, propter avaritiam eorum, quibus prædicabat, ne gravati, si Apostoli seminanti spiritualia providerent temporalia, à fide discederent, 2. ad Cor. 12. v. 13. Tertio, ad dandum exemplum otiosis operandi, 2. ad Thess. 3. v. 8. Quod autem illa Christianæ societatis membra, quæ spiritualia bona eidem procurare student, ab eadem temporalibus necessitatibus provideri debeant, apertis verbis edicit idem Apostolus ad Cor. 1. c. 9. v. 11. *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? quin magis, quam illa, quæ eidem Republicæ temporalia conferunt; pergit enim v. 12. Si alii vestri vestra participi sunt, quare non potius nos? Jam vero Monachos Contemplativos, laude divina, orationibus, virtutum internarum exercitiis, familiarium Deo conversatione; istos vero, qui vitam simul activam proficentur, verbi divini predicatione, Sacramentorum administratione spiritualia bona Christianæ Republicæ conferre, probatum est supra N. 78. &c. Igitur à dicta communitate temporalibus necessariis providendi, esto manuali labore victum non querant, ad quem non obligantur, nisi conditionibus à S. Thoma allatis existentibus.*

87. Ad secundam confirmationem ex

Hieronymo respondet idem, quod labor manualis, ut per ipsam S. Hieronymi autoritatem patet, non solum assumitur ad victum querendum, sed ad varias cogitationes reprensandas, quæ nascuntur ex otio & carnis corruptione. Otium autem efficaciter removetur non solum per opera manualia, sed etiam per exercitia spiritualia, quibus etiam conscientia carnis frænatur: unde dicit Hieronymus in eadem ep. *Ana scientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis.*

88. Ad tertiam confirmationem ex S. Augustino respondet idem S. Doctor, illam in suo libro de opere Monachorum errorem eorum Monachorum condemnasse, qui dicebant, Religiosos manibus operari sine suæ perfectionis detrimento non posse, contra hos enim præfatum librum se scripsisse testatur in libris Retractionum. Unde dom eorum cautiones de Oratione, Psalmis, canticis, lectione, predicatione, quibus errorem suum tuebantur (quod nempe his solis insistendum sit ex præcepto Apostoli, nullatenus vero labori manuali) retundit, doctrina ejus secundum hunc sibi in eo libro præfixum scopum exponenda venit; ut nimirum, verba sunt S. Thomæ, qui predictis spiritualibus operibus quali operibus publicis vacant, (posse enim prædicta considerari ut publica, & ut privata ibidem præmisit) suo labore legitime victum acquirant, à Fidelibus accipiendo, utpote utilitati communi infervientes. Qui autem predictis operibus, quasi privatis vacant, à labore manuum abstinentes, quandoque quidem sunt transgressores præcepti Apostolici, quando scilicet sunt de illis, quibus denuntiat Apostolus, ut cum silentio operantes suum panem manducant, ut dictum est. De his ergo loquitur Augustinus, ut patet ex hoc, quod dicit: *Cur & non præceptis Apostolicis observandis aliquos partes temporum deputamus? & etiam ex hoc, quod dicit: Citius exauditur una obedi-*



tis oratio, quam decem millia contemptoris. — Quandoque autem vacantes prædictis, ut etiam privatis operibus, Apostoli præceptum non transgrediuntur, manibus non operantes: quia non laboriosi vitam ex pigritia fugientes, vacui, & otiosi volunt pasci, sed abundantia divini amoris ab omni exteriori opere retrahuntur, ut contemplationi vacent; ut per auctoritates supra inductas probatum est. Quæ videantur apud S. Doctorem. Unam ex eodem hæc transferibo: Item, inquit, in eodem libro Augustinus loquens de aliquo divite, qui bona sua abiecit Monasterio tribuit, dicit: *Quod bene facit manibus laborando, ut aliis exemplum det: quod quidem si nolit, scilicet labore manibus, quis cum audiat cogere? nec differt, ut ibi ipse subiungit, sine Monasterio dederit, sine ubiviamque dixerit, cum omnium Christianorum sit una Respublica.* Monachus ergo, Augustino iudice, etsi nihil Monasterio attulerit, nec manibus laborare voluerit, modo aliis spiritualibus exercitiis otium vitet, & communium Fratrum penam ascendat. Quare? quia hæc est omnium Christianorum Respublica, in qua non homines soli, sed gratia Dei cum hominibus operatur commune temporale & spirituale bonum, cui proinde tam temporalia, quam spiritualia bona providenda sunt utiles. Apæge igitur Fleischerum cum aliis suis Collegis, qui carnalem, nimisque abjectam ideam de Civitate Dei, quæ est Ecclesia, fingentes, Monasticum institutum in contemplatione, in laude Dei jugiter concinenda, &c. occupatum vanæ speculationis cauterio inurant, atque doctrine Christi adversarium garrunt. Quasi vero à Deo creati, atque à Christo redempti simus, ut unanimiti conspersione omnes & singuli ducamus uxores, ædificemus domos, plantemus vineas, ludamus in avibus Cæli, &c. & non potius ut ante hæc omnia quaeramus Regnum Dei, & iustitiam ejus; & consequenter

illa pars hominum, quæ relicta constitribus suis mundi hujus transitorii solatiis Evangelica consilia amplectitur, atque adeo orationibus, meditationibus, aliisque virtutum exemplis illum omnibus tam necessarium rerum humanarum contemptum, ab Evangelio Apostolicique scriptis adeo constanter inculcatum, in dies promereri & inculcare fluxet, Republicæ sit inutilis aut etiam noxia. Alium sensum de illis habuerunt Ecclesiæ Sanctissimi Doctissimique Patres, quos sanam non habuisse moralem, per me licet, impie trinitetur Fleischerus, id sufficit, neminem sanæ & Christianæ mentis hominem in hoc ei assensuram. Nec prava quorundam Religiosorum exempla hic obijciant more solito Domini Protestantes; de his enim ego ipse, licet Monachus, pronuntio, eos in utilia profus esse terra pondera, cum Republicæ nec in spiritualibus, neque in temporalibus proficiat Regule nostræ, Constitutionesque legitime approbatæ, à Domini, scrutandæ sunt, & ex his dijudicandum, an Ordines Religiosos detrimentum Republicæ Christianæ, si illa in suo vero systemate spectetur, pro scopo habeant? At multi sunt Monachi inordinate viventis, sed multi, quin plures sunt spiritu ferventes. Et noane etiam multi sunt Christiani secundum carnem ambulantes? Christiana ergo Religio ceu noxia à medio tollenda? quin imo cum statu Religioso identidem ad amissum Evangelicam reformanda.

89. Caput secundum, illudque præcipuum, ex quo Ordines Mendicantium oppugnaverunt perverſi illi Parisienses Magistri, fuit, quod illis non liceat omnia sua relinquere, & sibi nihil retinere in proprio, nec in communi. Et ad hoc probandum induxerunt 1. locum ex Prov. 30. v. 8. *Mendicitatem & divitias ne dederis mihi; intrantes autem Religiones Mendicantium mendicitati se exponunt.* 2. locum Eccl. 27. v. 1. *Propter inopiam multi deli-*

deliquerunt: 3. illud ex 1. ad Timoth. 6. v. 8. *Habentes alimenta & quibus tegamur; super quem locum dicit glossa: Sicut divitias negligentiam parium salutis, ita egestas, dum saturari querit, à iustitia declinat.* 4. illud Lucæ 12. 29. *Nolite querere quid manducetis; ubi glossa: Non præcepit, ut nihil pecunia ad usum necessarium referretur à sanctis; cum & ipse Dominus loculos habuisse legatur.* 5. quia dare danda & non danda est actus prodigalitatis; sed qui dat omnia, sicut intrans Religionem Mendicantium, dat danda & non danda. 6. illud ex ep. ad Romanos 12. v. 6. *Rationabile obsequium vestrum; ubi glossa, ne quid nimis sit; at dare omnia est dare nimis.* 7. quia sicut non licet se occidere, ita nec fami exponere, 8. quia plus homo sibi tenetur, quam alii; peccaret autem aliquis, qui alteri totum subtraheret, unde vitam sustentare deberet. 9. Joannis 12. dicitur Christus loculos habuisse; & Joannis 4. legimus, quod Discipuli ejus iverant in Civitatem, ut cibos sibi emerent: igitur omnia sua dare est contra exemplum Christi. 10. Quin contra morem nascentis Ecclesiæ, quæ prototypum fuit Religiosæ vitæ, teste Hieronymo lib. de Viris illustribus, de quibus dicitur Actos. 6. *quod erant illis omnia communia, & nullus erat egenus inter eos: ergo illi, qui dimissis propriis non habeant possessiones in communem, quos oportet esse egentes, non religiosam, sed superstitiosam vitam ducunt.* 11. Quia Christus præcepit illud, ut discipuli ejus in via nihil secum ferrent Matth. 10. videtur revocasse passionem imminente Lucæ 11. 36. ubi ait: *Sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram.* 12. quia glossa super illud Matthæi 4. si Filius Dei es, mitte te deorsum, ait: *Nemo debet tentare Deum, quando habet ex humana ratione quid faciat:* Mendicantes ergo, qui possessiones in particulari & in communi repudiant, nec manibus laborant, quantum

ad provisionem necessariæ victus & vestitus, Deum tentant. 13. Quia corporalia necessaria ad vitam quotidie à Deo petimus: ergo non sunt abijcienda. 14. Quia in decret. de consecrat. dist. 1. cap. nemo dicitur: *Ecclesia non debet edificari, antequam ille, qui vult edificare, providerit, quæ ad alimenta, & custodiam, & stipendia custodum sufficiant.* 15. Quia modus iste cum communibus possessionibus in Religionibus est approbatus per antiquos Patres Augustinum, Basilium, Benedictum, & multos alios: ergo temerarium videtur alium modum novum inducere.

90. Hæc sunt præcipuæ ratiuncule, quibus erroneam suam opinionem, quæ conati sunt Parisienses illi Magistri, quæque amplectuntur moderni Novatores, Mendicantium præcipui obores; erroris autem hujus Proto-parens fuit sæculi IV. Hæreticus Vigilantius, qui non contentus cum Joquiniano condemnare virginitatem à Christo consultam, consilium etiam de paupertate reali seu actuali evertere conatus est, teste Hieronymo; quem imitantes dicunt, paupertatem laudari in Scriptura non actuali, quæ aliquis se rebus temporalibus expoliat, sed habitualem, quæ aliquis rem temporalem contemnit corde, etsi re possideat. Ad destructionem igitur hujus erroris hoc modo procedit S. Thomas; primo ostendit ad perfectionem Evangelicam pertinere non solum paupertatem habitualement, sed etiam actuali, quæ fit per abjectionem rerum corporalium. Secundo, quod hæc perfectio manet, etiam si possessiones in communi non habeantur. Tertio, quod hæc perfectio etiam in his, qui possessionibus carent, non semper requirit manuum laborem. Quarto demique solvit argumenta ab Adversariis adducta. Primum addit ex iis locis Evangelii, quos supra N. 70. adduximus, probando divitias ex natura sua impedire Christianam perfectionem. Secundum ex exemplo Jesu Christi



Christi & Apostolorum, qui sua relinquentes, nullas habuere possessiones in communi. Tertius denique iis argumentis, quibus supra à N. 84. ostensum est, Religiosos absolute non obligari ad labores manuales. Post hæc ad adversariorum objecta responderet, cum quo

91. Ad I. Respondemus: sicut divitiarum, ita & paupertatis non usum, sed abusum esse culpabilem, quando scilicet aliquis paupertatem inivitis & impatienter sustinet. Quod ergo dicit Salomon, *mendicitatem & divitias ne dederis mihi*, intelligitur de paupertate involuntaria, quod patet ex hoc, quod sequitur: *Ne egestate compulsus fueris*; quæ pericula à voluntaria paupertate procul absint. Et per hoc patet ad secundum: Ecclesiasticus enim ibi loquitur de paupertate involuntaria.

92. Ad tertium respondet S. Doctor, quod illud, quod dicitur, quod temporalia non sunt omnino abicienda, intelligendum est, quin eis utamur ad sustentationem vitæ in cibo, & potu, & vestitu; quod patet ex hoc, quod dicitur: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus*; non tamen intelligit glossa, quin homo possit omnium temporalium curam à se abicere.

93. Ad quartum dicit, quod quamvis non sit præceptum, quod nihil pecunie ad usus necessarios reservetur, est tamen consilium: nec Dominus loculos habuit, quasi alias ei non potuisset provideri, sed ut inhiariorum generis personam, ut sibi licitum crederent, quod à Christo observatum viderent. Prævidit enim multos infirmos futuros, & ista quaesituros. Et tamen loculos, quos habebat, ex possessionibus non impleverat, sed ex his, quæ ei à devotis, & Fidelibus administrabantur.

94. Ad quintum ait, quod, sicut in 2. Ethicorum determinatur, medium in virtutibus non accipitur secundum distantiam ab extremis, sed secundum debitum

proportionem circumstantiarum, quam facit ratio recta: unde non oportet, quod medium virtutis sit inter superfluum & diminutum in unaquaque circumstantia secundum se considerata, sed in una circumstantia per comparisonem ad alias. Contingit enim quandoque, quod unius circumstantiæ medium variare oportet secundum variationem alterius circumstantiæ: v. g. in sobrietate modus huius circumstantiæ quis variatur secundum varietatem huius circumstantiæ quid: constat enim, quod aliquid in cibum sumere est alicui Personæ moderatum, quod alteri Personæ est superfluum, alteri vero diminutum. Unde aliquando contingit, quod una circumstantia in suo maximo existens, moderatur secundum proportionem ad aliam circumstantiam. — Patet ergo, quod medium virtutis non corrumpitur ex hoc, quod una circumstantia in sui summo accipitur, dummodo per alias circumstantias moderetur. Si ergo in liberalitate consideremus, quantum sit dandum, & accipitur ultimum circumstantiæ huius, videlicet omnia dare, in quibus circumstantiis adjunctis, cadet in superfluitatem, & erit prodigalitatis vitium: aliis autem circumstantiis adjunctis, erit perfecte liberalitatis opus v. g. si daret aliquis omnia sua, ut consulat patriæ, cui periculum destructionis imminet, non reputabitur à morali Philosopho prodigus, sed perfecte liberalis. Similiter qui omnia sua dat propter Christi consilium implendum, non est prodigus, sed perfectum actum virtutis agit. Si autem non debito fine, ut aliis circumstantiis indebitis omnia daret, prodigus esset. Et similiter dicendum est de virginitate, & de aliis huiusmodi, in quibus videtur excessus contra commune medium virtutis. Sic ergo patet, quod dare omnia propter Christum non est dare danda & non danda, sed est dare danda tantum. Quamvis enim non omnia sint danda quocumque modo,

do, sunt tamen danda propter Christum.

95. Ad sextum respondetur ex eodem S. Doctore, Apostolum velle rationabile obsequium nostrum in iis, quæ immediate ad naturam sustentandam pertinent, sicut potus, cibus, somnus, & huiusmodi sunt: unde si in istis aliquis sibi subtrahat ultra id, quod natura sustinere potest, sic rationis medium excedit, & vitiosus est. At sunt quædam, sine quibus natura conservari potest, sicut venerorum usus: & ideo in istis, quantumcumque subtrahatur propter Deum, non potest esse superfluum, dummodo ex alia circumstantia vitium non incidat: & propter hoc Virginitas laudabilis est, quæ ab omni huiusmodi delectabili ablinet. Et similiter est in proposito. Potest enim sine dominio possessionum terrenarum natura conservari cum spe divini auxilii multis modis; unde quantumcumque ei subtrahatur, non erit superfluum, si propter Deum fiat. Et sic patet, quod voluntaria paupertas propter Christum suscepta à medio virtutis non discedat. Et per hoc patet ad septimum, quia licet ille, qui dat omnia propter Christum, subtrahat sibi aliquid auxilium vitæ, non tamen omne: quia adhuc remanet auxilium divinæ providentiæ, quæ ei in necessariis non deserit, & Fidelium devotio. Et ideo ille, qui dimittit omnia propter Christum, non se exponit fami, quæ ipsam interimat, quia nunquam à Deo ita deseritur, quod fame moriatur.

96. Ad octavam dicimus cum eodem S. Doctore, quod homo rerum suarum est dominus, non autem rerum alterius; & ideo injuriam faceret alteri, si possessiones ei auferret, non autem si possessiones sibi auferret, injuriam sibi faceret, vel maxime, quod sua dimittendo, non inducat se in paupertatem involuntariam, sed voluntariam propter Christum, quod non tantum licet, sed & consilium est, ut ex dictis in aprico est.

Tom. II.

97. Ad nonum dicendum, quod sicut supra dictum est, Dominus pecunias reservari fecit ad necessarios usus, ut infirmis condescenderet: & ideo non est reputandum pro superfluitate, si aliqui perfecti viri pecuniam reservare nolunt: accedit, quod est Dominus pecuniam reservari fecerit, non tamen eam de aliquibus propriis possessionibus habebat, sed magis ei à Fidelibus per modum elemosynæ ministrabatur: unde dicitur Lucæ 8. quod mulieres quedam sequebantur Dominum ministrantes de facultatibus suis.

98. Ad decimum ait S. D. quod Apostoli reservabant pecunias, & etiam colligebant, ut sanctis pauperibus, qui prædica sua vendiderant propter Christum, necessaria ministrarent; nec tamen illas pecunias habebant de aliquibus possessionibus, sed ex elemosynis Fidelium. Quod etiam dicitur, quod nullus egenus erat inter eos, non est intelligendum, quin Apostoli, & primitivæ Ecclesiæ discipuli multas egestates & penurias sustinerent propter Christum; cum dicitur 1. ad Cor. 4. v. 11. *Usque in hanc horam esurimus, & sitimus, &c.* sed quia de his, quæ haberi poterant, univocis secundum quod opus erat, tribuebant, ut quantum eis facultas suppeteret, omnium indigentias relevarent.

99. Ad undecimum dicit, quod quamvis illud præceptum, in vitam gentium ne abieritis, fuerit post passionem totaliter revocatum, eo quod primum oportebat Judæis verbum Dei loqui, & sic transire ad Gentes, ut dicitur Actor. 13. tamen hoc, quod Dominus dixerat Apostolis, quod non secum necessariam ferrent, non totaliter revocavit in cena, sed solum tempore persecutionis, quando à persecutoribus necessaria haberi non potuissent. — Dicitur enim in ultima cant. Joan. cap. 5. *Carissime fideliter facis quidquid operaris in Fratres, & hoc in peregrinos; & infra: Pro nomine enim*

Y

ejus



ejus profecti sunt, nihil accipientes à Gentilibus. Nos ergo debemus suscipere bajusmodi. Non autem esset necessarium, quamvis à Gentilibus nihil acciperent, quod reciperent à Fidelibus, si secum necessaria ad victum deferrent.

100. Ad duodecimum, ait, quod ille, qui, dimissis omnibus propter Christum, spem habet, ut sustentetur à Deo, neque presumptuosus est, neque Deum tentat. Qui ergo fiduciam debitam de Deo habet, neque presumptuosus est, neque Deum tentat. Talem autem fiduciam debent habere de Deo pauperes Christi, & præcipue Prædicatores veritatis; quibus dicitur Lucæ 13. *Nolite portare sacculum &c. remanent enim Fideles devoti, per quos factisieri eis potest & debet.*

101. Ad decimum tertium, quod temporalia à Deo petere jubetur ad naturæ usus necessarios: unde temporalia non debemus abicere, quin eis utamur ad necessitatem corporis in cibo & vestibus.

102. Ad decimum quartum respondet, quod statutum illud inductum est in favorem Ministrorum Ecclesiæ; & ideo, si aliqui supererogare velint, ut sine possessionibus Ecclesiæ servant, laudabiliores existunt, sicut Paulus prædicans Evangelium sine sumptu, qui Prædicator erat à Deo ordinatus, ut patet 1. ad Cor. 9. Ex hoc etiam ruit argumentum ab eo ductum, quod Ecclesiæ possessiones habeat; respondetur enim, quod Ecclesiæ multos inimicos sustinet, quos non facile sustineret sine temporalium possessionum solatio; ex quo tamen non sequitur, quod non sit expeditius perfectis viris, qui sua dimiserunt, vitam Religiosam agere sine communibus possessionibus; & quamvis perfectio Apostolica non annulletur in illis, qui possessiones communes habent, tamen expressius conservatur in illis, qui propriis dimissis, etiam communibus carent. Verba sunt S. Doctoris.

103. Ad decimum quintum dicit,

quod quamvis SS. Patres illum modum approbaverint, non tamen istum modum reprobaverunt; & ideo non est presumptuosum modum hunc sequi: alius nihil de novo posset institui, quod non fuerit antiquitus observatum. Nihilominus tamen iste modus antiquitus à multis Sanctis fuit approbatus, etiam in Ecclesia primitiva. Nec obstat finaliter, quod discipulis Christi in novo Testamento imponitur, ut necessitatibus pauperum subveniant, quod Mendicantes facere non possunt; responderet enim, quod subvenire indigentibus indicitur illis, qui divitias possident Joann. 1. c. 3. v. 17. Sed multo laudabilis est, quod aliquis, omnibus suis datis, etiam semetipsum Deo det, quod ad Apostolicam perfectionem pertinet; unde dicit Hieronymus ad Lucianum Beticum: *Se ipsum offerre Deo proprie Christianorum est, & Apostolorum, qui totum censum, quem habuerant, Domino tradiderunt.* Ex his igitur patet, quam futilia omnia sint argumenta, quæ tum hæretici, tum invidiosi Catholici excogitarunt, ad expugnandos Religiosos Ordines tum in genere, tum in specie Mendicantes. Sed adhuc excutiendum caput speciale de Mendicantibus.

104. Tertium caput, Religiosos nempe Mendicantes non posse licite de elemosynis vivere, quod est veluti consuetudinem duorum præcedentium, eos nimirum debere labore manuum victum querere, & si hoc nolint, non posse tam in particulari, quam in communi sua omnia relinquere; probare conantur 1. Quia juxta estatum Apostolicum Actor. 20. v. 35. *Beatius est magis dare, quam accipere;* Religiosi autem sunt in statu perfectionis: ergo debent magis manibus laborare, ut elemosynam dare possint, quam mendicare. 2. Quia Apostolus 1. ad Timoth. v. 5. præcipit, ut viduæ, quæ possunt aliunde vivere, non vivant de elemosynis Ecclesiæ, ne gravetur Ecclesiæ, ut illis, quæ vere sunt viduæ,

suffi-

sufficiat: ergo Religiosi validi & robusti debent de laboribus manuum vivere, non de elemosynis, quas accipiunt pauperes, qui aliunde quam de elemosynis vivere nequeunt. 3. Quia Hieronymus relatus causa 1. q. 11. Can. Clericos, ait: *Qui bonis parentum, & operibus suis sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium judicium sibi manducant & bibunt.* 4. Quia & dicit August. super illud 1. ad Thess. cap. ult. *Ut nosmetipsos formam daremus: qui frequenter ad alienam mensam convenit otio deditus, adlectur necesse est patienti se.* Ad alienam mensam autem Religiosi Mendicantes frequenter accedere habent necesse: ergo de necessitate sunt adulatores. 5. Idem Augustinus in libro de opere Monachorum reprehendit quosdam Religiosos, qui sine labore manuum volebant de elemosynis vivere: de quibus inter cætera dicit: *Isti Fratres sibi temere arrogat, quantum existimo, quod ejusmodi habeant potestatem, scilicet, vivendi de Evangelio sine labore manuum: & tamen illi, contra quos loquitur, sua propter Christum reliquerant, & spiritualibus operibus vacabant, scilicet, orationibus, Psalmis, lectio, & Verbo Dei.* 6. Quia vivere de sumptibus Fidei-um est à Domino provisum ad solatium eorum, qui in Evangelio laborant, ut patet 1. ad Cor. 9. & 2. ad Timoth. 11. v. 6. ergo saltem illi Religiosi Mendicantes, qui non laborant in Evangelio, non possunt de elemosynis vivere. 7. Apostolus nolebat sumptus à Corinthiis, unde viveret, accipere, ut occasionem auferret Pseudo-Apostolis, ut patet 2. ad Cor. 11. Item ne Fideles scandalum in fide paterentur, unde Augustinus lib. de opere Monachorum: *Eadem vobis causa est, quæ Apostolo fuit, ut amputetis occasionem his, qui querunt occasionem.* 8. Quia si Religiosi, qui sunt validi & fortes, de elemosynis vivere possunt sine labore

manuum, eadem ratione & alii poterunt; si vero omnes talem vitam agere vellent, tota vita humana periret. Hæc sunt præcipua argumenta, quibus dicit Magistri, & cum iis moderni Domini Protestantes simpliciter damnant vitam eorum, qui ex elemosynis qualitercumque obtentis vivunt, si aliter necessitatibus suis providere possunt. Uterius vero nituntur ostendere, quod est Religiosi Mendicantes possent aliquo modo de elemosynis ultra oblati vivere, non tamen ipsis liceat elemosynas mendicando querere: quia 1. Deuteronomii 15. v. 4. dicitur: *Omnino indigens & mendicus non erit inter vos.* 2. in Psalmo 36. v. 25. habetur: *Non vidit jusum derelictum, nec semen ejus querens panem.* 3. Psal. 103. v. 10. *Nudantes transferantur Filii ejus, & mendicant.* 4. 1. ad Thessal. 4. v. 11. *Ut honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis: ubi glossa ait: Et non desiderabitis rem alterius, nedum rogatis, vel tollatis aliquid.* Scriptura igitur à justis movet mendicantem, eam ipsis prohibet, malisque imprecatur. 5. Quia Augustinus super illud 2. ad Thessal. c. 3. *Si quis non vult operari, &c. ait: Vult servus Dei corporaliter operari unde vivat, ut ne compellantur egestate necessaria petere.* 6. S. Hieronymus ad Neopolitanum Presbyterum: *Namquam petentes, raro accipiuntur rogati. Beatus enim est magis dare, quam accipere.* 7. Augustinus enim libro de opere Monachorum contra Religiosos Mendicantes dicit: *Tam multos hypocritas sub habitu Monachorum usquequaque dispersit callidissimus hostis, circumveniens provincias, nusquam missus, nusquam fixus, nusquam stans, nusquam sedentes: & infra: Omnes petunt, & omnes exigunt aut sumptus lucrosæ egestatis, aut simularæ pretium sanctitatis.* 8. Quia mendicatio est turpis, ingerit enim homini verecundiam, quæ, teste Damasceno, non est nisi de turpi. Postremo denique nituntur ostendere,

Y 2 quod



quod Religiosi, etiam Predicantes, de elemosynis vivere, vel etiam elemosynas petere non debeat. 1. Quia, qui de elemosynis vivunt, oportet adulari illis, à quibus pascuntur, quod est contra officium Predicatoris, 1. ad Thessal. 11. v. 5. 2. Quia, ut dicitur 2. ad Cor. 12. v. 14. Predicantes non debent querere ab iis, quibus predicant, temporales res, quod tamen faciunt Predicantes mendicantes. 3. Quia in 2. ad Timoth. 11. habetur, quod vivere de Evangelio potestatis est, non mendicitatis: potestas autem illa non competit nisi Prelatis. 4. Predicantes, qui non sunt Prelati, victum suum ab his, quibus predicant, mendicando querentes, aut querunt quod est eis debitum, aut quod non est eis debitum? Si querunt quod est eis debitum: ergo possunt illud potestative exigere, & per coactionem; quod manifeste est falsum. Si autem petunt, quod non est eis debitum: ergo & indebite & injuste petunt. 5. Prelati recipientes à plebibus decimas & oblationes tenentur in spiritualibus eis providere: ergo si alii ab Episcopis dirigantur ad spiritualia ministranda, injura sit plebi, si à plebe victum recipient, cum magis Episcopi eis teneantur providere. 6. Quia Dominus Matth. 23. v. 14. contra Phariseos dicit: *Va vobis Scribae, & Pharisei hypocrita, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes:* ergo & illi semper videntur esse reprehensibiles, qui sub pretextu orationis, aut predicationis, aut alieius hujusmodi elemosynas petunt. 7. Quia Predicantes mendicantes videntur simoniam committere: non enim licet post spiritualium administrationem accipere temporalia ab eis, quibus administrata sunt sive ante, sive post, sive petendo, sive oblata recipiendo. 8. Denique Predicantes mendicantes petendo temporalia ab his, quibus predicant, speciem mali videntur committere; quod prohibetur 1. ad Thess. ult. v. 22.

105. Hanc argumentorum farraginem, quam cum crambem recoctam in Mendicantes Ordines resumunt moderni Protestantés, duplici via dissipat S. Thomas; primo positivis argumentis contrarium monstrando; secundo argutiusculas illas solvendo. Primum præstat probando imprimis, quod pauperes, qui reliquerunt omnia propter Christum, possunt de elemosynis vivere. Secundo, quod Predicantes, etsi non sint Prelati, dummodo à Prelatis Ecclesie mittantur, possunt ab eis, quibus predicant, accipere unde vivant. Tertio, quod liceat predicatis elemosynas petere mendicando, quamvis sint corpore validi. Quarto, quod eis præcipue sunt elemosynæ dandæ; quo posteriori ariete proferunt falsam eorum opinionem, quam ibi variis rationibus adhibere conantur; quod nempe non liceat Religiosis Mendicantibus elemosynam dare. Cum ergo hæc S. Doctoris propositiones in prioribus jam satis in apicem positæ sint, ubi probavimus Monachos absolute loquendo non teneri ad manuales labores; item posse aliquem amore Christi sua omnia tam in particulari, quam in communi relinquere; atque ex solutione argumentorum propositorum satis patebunt; ne solito prolixiores in angulo opere simus, ad solvendam hanc aranearum telam ex eodem S. Doctore procedimus; cum utique ex propria peni nihil adferre possimus, quod non videri, aut præoccupaverit ille, de quo ipse inter Dominos Protestantés ingenii laude, atque animi candore celebratissimus Christianus Liber Baro de Wolff, anno necdum elapso Hale Magdeburgicæ mortuus in prælatione secundæ partis Theologiæ naturalis ob similem rationem testatur: *Vidit hoc pro nemine suo prorsus singulari D. Thomas: unde asseruit, existentiam Dei à priori demonstrari non posse: ejsdem Doctoris summi luminibus usi, &c.* Itaque cum eodem Summo Doctore.

106. Ad primæ classis argumentum I. respondemus, quod dare secundum se est laudabilius quam accipere; nihil tamen prohibet receptionem esse meliorem ratione alicujus adjuncti, & hoc est per accidens. Dicendum ergo, quod si in paupere nihil consideretur, nisi receptio elemosynæ tantum, beator est dives, qui dat elemosynam, quam pauper, qui recipit: sed talis potest esse causa recipiendi elemosynam, quod magis merebitur recipiens, quam dans; utpote si se in tali statu propter Christum coactuerit, ut elemosynam recipiat non quasi coactus, sed voluntarius pauper. Et queritur an adversarius, an æconomia Christi propter nos in forma pauperis elemosynas à Religiosis mulieribus recipientis imperfecit fuerit, quam illa mulierum eidem, atque discipulis ejus, qui propter eum sua omnia reliquerunt, eandem largiantur? Sed fortassis, quemadmodum Patres Ecclesie Christi, ita nec Christus ipse sanam moralem habuit? sane facilis ad hanc blasphemiam impietatem est descensus, atque ad Naturalium ostium patens in principis modernorum Protestantium. In plana igitur Catholicorum via manendum est, & cum S. Doctore dicendum, quod secundum glossam in textum allatum procul dubio laudabilius sit cuncta possessa relinquere, & nihilominus manibus laborare operando, ut habeatur, unde tribuatur necessitati patienti; sed in illa duntaxat, qui ab aliis magis necessariis occupationibus vacent. Et ita tales, si possent sine impedimento talium occupationum laborare, & aliis dare, perfectius esset; — nec tamen concedendum, quod Religiosi teneantur ad omne id, quod perfectius est, sed ad illa tantum, ad quæ ex voto se adstringunt.

107. Ad II. dicendum, quod Ecclesia non gravatur, si tales de elemosynis vivunt, quia modicis sunt contenti, magnum fructum in Ecclesia facientes; imo

in hoc Ecclesia maxime alleviatur, quia quod alii, qui non sunt ita modicis contenti, cum magnis expensis faciunt, hoc idem per tales cum parvis sumptibus experire. Nec in hoc pauperibus aliquid subtrahitur, quod tales de elemosynis vivunt: quia talium consilio, & inductione multo plura pauperibus dantur, quam ipsi accipiunt. Et præterea ipsi etiam omnia, quæ habuerunt, pauperibus sunt largiti: unde multo plus in sumptibus pauperum posuerunt, quam illud, quod de elemosynis accipiunt.

108. Ad III. respondet S. D. quod illud Decretum perverse inducitur, quod patet ex hoc, quod Gratianus dicit in cap. sequenti. Verum his auctoritatibus prohibetur ab Ecclesia suscipi non illi, qui quondam fuerunt divites, & postea omnia reliquerunt, ut Petrus, & Matthias, & Paulus; aut pauperibus distribuerunt, ut Zacharius; aut Ecclesie rebus adjunxerunt, sicut illi, qui prædia sua vendentes ponebant pretia ante pedes Apostolorum, ut essent illis omnia communia: sed illi, qui in domibus parentum residentes, vel sua relinquere nolentes, Ecclesiasticis facultatibus pasci desiderant.

109. Ad IV. dicit, quod Augustinus loquitur de illis, qui sunt otio dediti, qui in nullo possunt esse utiles illis, à quibus pascuntur: tales enim necesse est, ut adulentur ad hoc, ut pascantur. Tales enim pascere onerosum esset cuiuslibet, nisi favorem pascens saltem adulationibus captarent. Sed illi, qui pascuntur propter Christum, à quibus, pascentes scilicet, sperant spiritualia pro temporalibus, quæ largiuntur, non oportet adulari: quia talibus non datur propter eos, sed propter illum, cuius sunt servi, qui in eis recipitur, ut dicitur Matth. 10. v. 40.

110. Ad V. jam supra responsum est, quod Augustinus in libro illo reprehendit Monachos, qui volebant de elemosynis vivere propter duo: primo propter erro.



errorem, in quem inciderant, ut scilicet dicerent, manibus operari esse contrarium præcepto Evangelico, quod habetur Matth. 6. v. 25. *Nolite solliciti esse corpori vestro, &c.* Secundo, quia propter pigritiam à labore manuum desiste- bant, laboriosam vitam fugientes, quia in sæculo possessiones habuerunt, unde vi- verent sine labore manuum, vel qui occupationibus Ecclesiasticis occupantur, non prohibet de elemosynis vivere, exem- plo eorum, quos tales fuisse in primitiva Ecclesia Hieronymus dicit: & hoc manifeste patet verba libri diligenter in- tuenti.

111. Ad VI. respondetur. Cum Religiosi Mendicantes ex commissione prædicantes similiter laborent, dignum est, ut & ipsi ab his, quibus prædicant, necessaria victus accipiant. Sunt tamen & alie cause, propter quas & Religiosi etiam non prædicantes necessaria victus à Fidelibus accipere possunt: puta, quia omnia sua propter Christum reliquerunt, vel quia ministrant Altari, cuius Sacri- ficium, ubique agatur, commune est toti populo Fidelium; vel quia vacant studio sacre Scripturæ, contemplationi, orationi, & aliis spiritualibus ad communem utilitatem totius Ecclesiæ.

112. Ad VII. dicitur, quod majus dam- num sequebatur ex prædicatione Pseudo- Apostolorum, quibus prædicandi occasio- nem Apostolus auferebat, de sumptibus Fidelium non vivendo, cum contraria fidei prædicarent, quam de hoc, quod Apostolus se labori manuum implicabat, de proprio labore vivens. Nunc autem est & converso, quia major profectus est Ecclesiæ Fidelibus de hoc, quod aliqui exemplum *humilitatis* præbent in pau- pertate, & mendicitate vivendo volun- tate propter Christum, & dimisso labore

manuum, occupando se in his que per- tinent ad salutem animarum, quam se- quatur damnium de hoc, quod aliqui turpiter de elemosyna vivere volunt. Et ideo non debent desistere Pauperes Christi ab hoc, quod de elemosynis vivant, et aliis occasionem auferant. Per quod etiam patet ad secundam partem ejus- dem argumenti: nam essi à principio con- versionis Gentium, quando in Gentibus necdum, quemadmodum apud Judæos, consuetum erat Doctoribus ab aliis vite subsidia ministrari, Apostoli sumptus di- mittebant accipere propter scandalum: nunc tamen hoc scandalum non est ti- mendum, & præcipue in illis, qui mo- dico victu, & veltis sunt contenti; de quo multo plures edificantur, quam scan- dalizantur. Qui enim de hoc scandalizantur, Pharisaorum scandalum sibi inducunt, quod Dominus parvipendere ju- bet Matth. 15. Secus autem esset, si ele- mosynam acciperent non solum ad ne- cessitatem victus, sed ad laute viven- dum, vel ad divitias congregandas. Quod cum S. Thoma non iustificamus; sed om- nes, qui Patrimonio Christi sive ex ele- mosyna quotidiana, sive ex beneficiis secularibus, sive regularibus proveniente ita abutuntur, conspirante Ecclesiæ pec- cati arguimus. At si Heterodoxi moderni causam contra nos evincere volunt, non ex corruptis moribus quorundam Cleri- corum aut Monachorum similia facien- tiam nos aggredi debent, quod tamen solenne habent; sed canones, regulæ- que Monachorum producant est necesse, qui similia præcipiant, quod in æternum non prælabant.

113. Ad VIII. respondet idem Ange- licus Doctor, quod eadem ratione probari posset, quod Virginitas non sit bona; quia hoc Hieronymus dicit contra *Vigilantium*, prædicam rationem facientem: *Si omnes virgines fuerint, nuptia non erunt, interibit humanum genus;* ad quod infra dicit: *Rara est virtus, nec à plu- ribus*

*ribus appetitur: atque unam hoc omnes essent, quod pauci sunt, de quibus dicitur: Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Ex quo patet solutio prædictæ obje- ctionis. Opera enim perfectionis tante difficultatis sunt, quod paucorum est se ad ea extendere. Nec dicendum, quod timeandum sit, quod dum omnes ei in- hærent, mundus pereat. Certe hoc non timuit Christus, dum virginitatem, & Evangelicam paupertatem sequacibus suis consuluit: aut si nullus ejus consilia se- qui debet, male consuluit, quod absit vel cogitare.

114. Ad I. Argumentum secunda- clausis respondet, quod in loco Deute- ronomii non prohibetur, quia aliquis statu mendicitatis, vel paupertatis assu- mat: sed quia non ita derelinquetur ab aliis, ut in talem statum incidat, in quo eum oporteat de necessitate mendicare; & hoc patet per id, quod præcedit: *Civem & propinquum repetendi non ha- bebis potestatem.* — Ex quo patet, quod ibi præcipitur misericordia, non prohibetur mendicitas. Et hinc ad secun- dum dicit, locum illum intelligendum esse, quod iusti non querant panem ex necessitate, quasi derelicti à Deo; per quod tamen non excluditur, quin illi, qui sunt iusti, voluntarie se possint expo- nere paupertati propter Christum. Per quod etiam patet ad tertium, quia non est inconveniens, quod illud, quod alicui in peccatum infligitur, ab illo volun- tate assumptum in iustitiam vertatur. Et quæso, an de malorum, & infelicium forte fuerint SS. Martyres, qui carceres malis paratos spontanea Christi confessione elegerunt? Et similiter ad quartum respondendum, quod per illam glossam prohibetur, quod aliquis non petat ex cupiditate, alias glossa non concordaret textui: in textu enim dicitur: *Ut nullius aliquid desideretis.* Ex cupiditate autem querunt, non qui necessaria victus & veltis petunt, sed qui ultra hoc qua-

runt, unde divites fieri possint. Ex vanis igitur hisce argutiis minime infertur, voluntariam mendicitatem propter Christum à Scripturis redargui. Hinc etiam patet ad id, quod sexto loco obijciatur ex S. Hieronymo; loquitur enim de pe- titione, & acceptione eorum, quæ sunt ultra necessarium victum: scribit enim Nepotiano Presbytero, qui de rebus mundi sufficienter habebat ad vitam sustentandam. S. Augustinus vero, cujus glossa argumento quinto abutuntur, per verba illa non prohibet mendicitatem voluntariam, sed docet occasionem necessarii mendicitatis vitandam esse à pau- peribus Christi, dum manibus laborant: quod patet per hoc, quod dicit: *Ut non compellantur egestate necessaria petere.* Et ideo idem S. Pater loco septimo inductus loquitur de illis, qui non solum petant necessaria victus, sed aliquid ultra ad divitias congregandas; nec habebant veram sanctitatem, sed simulatam: quod patet ex hoc, quod dicit: *Quod exigebant sumptus lucrose egestatis, aut simulatæ pretium sanctitatis:* & hoc procul dubio reprehensibile erat, atque in hoc sensu leges quoque civiles validos men- dicantes ab omnibus repellunt. Sed apage mihi collationem iniquissimam hujus fur- furis hominum cum servis Dei juxta spiri- tum Ecclesiæ, regulæque immaculate approbatorum à Sede Apostolica Ordinum, paupertatem Christi cum fructu maximo Ecclesiæ profingitum.

115. Ad VIII. cum eodem S. Doctore dicendum, quod erubescencia semper est de turpi: turpe autem pulchro opponitur, unde secundum differentiam pulchri oportet accipere differentiam turpitudinis & ruboris. Est enim duplex pulchritudo; una spiritualis, quæ consistit in debita ordinatione animæ, & affluentiis bonorum spiritualium: unde omne, quod procedit ex defectu spiritualis boni, vel quod interiore inordinationem ostendit, turpitudinem habet. Alia est pulchritudo exterior,



terior, quæ consistit in debita ordinatione corporis, & assuetudine exteriorum rerum, quæ ad corpus ordinantur; & est conversio, inordinatio corporis, vel defectus temporalium rerum exteriorum quamdam turpitudinem habet. Et sicut utraque pulchritudo deservat, & deservatur, in utraque turpitudine erubescensiam parit. Verecundatur enim aliquis de hoc, quod est pauper, vel de hoc, quod est corpore vitatus, vel de hoc, quod est infamis, vel inordinata gessit. Quia igitur turpitudine interior semper est reprobanda, ideo omnia, quod habet erubescensiam prædictæ turpitudinis, reprobandum est. Defectus autem exteriorum, vel turpitudine à Sanctis Viris contemnitur, & quandoque perfectionis studio assumitur propter Christum. Unde illud, quod habet erubescensiam illius turpitudinis, non semper est reprobandum; imo quandoque maxime laudatur, quando propter humilitatem assumitur. Mendicare autem habet erubescensiam huic secunda turpitudini respondentem: quia omnis mendicans se pauperem ostendit, & quodammodo se subicit ei, à quo mendicat, quæ ad defectum exteriorum pertinent: unde mendicitas propter Christum assumpta non solum non est reprobanda, sed maxime laudanda.

116. Ad tertie classis ratiunculam I. respondet S. Doctor, quod quamvis Prædicatores de elemosynis vivant, non tamen sequitur, quod adulentur. Quamvis enim qui sine adulatione prædicant, non habeant gratiam apud malos, qui dicuntur homines carnales, habent tamen gratiam apud bonos, & ideo quandoque, si sine adulatione prædicant, cogunt defectus multos pati, quando scilicet in illos incidunt, apud quos sine adulatione gratiam habere non possunt: quandoque autem sine egestate sunt, quando in illos incidunt, quorum sine adulatione gratiam habent. Unde & Christus hospitium quandoque habere non poterat, quan-

doque etiam invitabatur à multis, & mulieres, quæ eum sequebantur, de suis facultatibus ei ministrabant, ut dicitur Lucæ 8. Ita etiam Apostoli quandoque multas penurias sustinebant, quandoque autem abundantes, in utroque modo de se habentes, ad Philipp. ult. Scio & abundare & penuriam pati. Et has etiam vicissitudines pauperes Prædicatores nostri temporis experiuntur multi.

117. Ad secundum dicit, quod Prædicatores non debent querere temporalia quasi ex principali intentione, ut in eis finem constituent; possunt tamen querere secundario, ut sustententur ad Evangelium prædicandum, quod primo querere debent: Matth. 6. v. 36. *Primum querite Regnum Dei, & iustitiam eius.*

118. Ad tertium ex eodem S. Doctore respondemus, quod vivere de Evangelio possit contingere vel ex debito legalis iustitiæ, vel ex debito iustitiæ amicitialis; primo modo competit Prælati vivere de illo, secundo modo Religiosis, qui non sunt Prælati. Quando enim aliquis Prælati alicui plebi præfertur, hoc modo ad invicem colligantur, quod subditi possunt à Prælato spiritualia petere, & Prælati à subditis temporalia; sed ab aliis, qui non sunt Prælati, non possunt subditi spiritualia exigere, nec è converso, ipsi possunt eos cogere ad solvendum temporalia, quamvis ex licentia Prælatorum spiritualia seminant; nisi forte quantum ad omnia Vicarii Prælatorum constituentur. Patet ergo, quod diversimode accipiunt sumptus pauperes, qui omnino nihil impendant, & Religiosi, qui non sunt Prælati, sed prædicant de licentia Prælatorum, & Prælati; quia alii pauperes totaliter accipiunt gratis, unde in eis est pura mendicitas; sed prædicantes, qui non sunt Prælati, sed prædicant de licentia Prælatorum, accipiunt sicut mercedem debitam, unde habent potestatem accipiendi, quamvis non coactivam: Prælati autem etiam coacti-

coactivam habent potestatem. Si autem ille, qui potest aliquid ex potestate accipere, petat non quasi debitum, sed quasi omnino gratuitum, nulli facit injuriam, sed in se habilitatem commendabilem reddit. Et per hoc patet responsio ad quartum. Prædicti enim Religiosi prædicantes petunt quod est eis debitum per secundum modum iustitiæ, quia debitum iustitiæ respicit; sed in hoc commendabiliores sunt, quia hoc, quod est debitum, ut gratuitum petunt.

119. Ad V. respondet, quod Prælati recipientes à populo decimas & oblationes, etsi ipsi solvant per se debito modo spiritualia seminando, possunt tamen ad maiorem plebis utilitatem etiam alios cooperatores habere: unde nulla injuria fit plebi, si plus de temporalibus conferant, quam sit statutum, quando & plus de spiritualibus eis impenditur, quam Prælati teneantur; & præcipue ex quo non protestative accipiunt, sed humiliter & caritative petunt.

120. Nec valet dicere, quod Prælati mittentes aliquos ad prædicandum, tenentur eis in necessariis providere, ut habetur extr. de Off. Ord. *Inter cetera*: si ergo Prædicatores ab Episcopis missi, ab aliis victum requirant, hoc in illorum gravamen cedit; & ita non debent ab aliis sumptus petere.

121. Respondetur enim cum eodem S. Doctore, quod unusquisque renuntiare potest ei, quod sibi debetur: unde etsi Prælati ex debito teneantur providere eis, quos mittunt ad prædicandum, possunt tamen, qui mittuntur, huic debito renuntiare. Nec tamen in hoc gravamen ingeritur illis, ad quos mittuntur, cum ab eis ultra necessaria victus non petant, nec etiam ista exigant coactivè, sed caritative, prout unusquisque destinavit in corde suo; in hoc exemplum Apostoli imitantes. 2. Corinth. cap. 8. & 9.

122. Ad VI. respondetur, quod hypocritæ propter hoc à Domino redarguantur. Tom. II.

tur, quia per orationem, & alia, quæ superstitiosè agebant, solum intendebant ad quantum; hoc autem de aliquo iudicare est temerarium, cum pertineat ad intentionem cordis. Et ego, nisi vehementer fallor, non memini me in aliqua Mendicantium Ordinum Regula à Sede Pontificia approbata simile quid Alumnis Religiosis præscriptum fuisse; similia nimirum dicitur hominem cordatum terrent. Hinc patet ad id, quod septimo loco calumniantur Pseudo illi Magistri: quis enim audeat vel somnare, Religiosis Mendicantes vi sui instituti in predicatione Evangelii eam finalem intentionem habere, ut temporale lucrum inde capiant, quod esset simonia? cum potius sublimiore intentione non ex debito, sed ex caritate pacisci prædicant, ut spiritualia seminare possint. Ex quo etiam soluta manet objectio octava; quamvis enim potuerit esse aliqua species mali accipere nascente Ecclesie victum à Gentibus, quibus fides prædicabatur, propter hoc, quod non erat eis consuetum, ut supra dictum est; tamen nunc nulla species mali apparet, divulgata Evangelii doctrina, quæ hæc debet evangelizantibus ordinavit, & præcipue illis, qui non quarunt ad superfluitatem, sed ad necessitatem.

123. Hæc igitur genuina Religiosorum, præsertim Mendicantium, imago est, ab humili, cordato, sancto, ac summi ingenii Viro D. Thoma Aquinate nativis coloribus depicta, atque à maculis, quam eidem tum invidi Catholici, tum præiudiciis execrati Hæretici aspergere conati sunt, & adluccum conantur, plene expurgata. Puræ patæ igitur sunt calumnix, quas, post allata hæcenus principalia objectionum capita, in suo male confuso ceatone dicti Magistri attulerunt, & quas moderni Domini Protestantes ad nauseam requeunt, à S. Doctore opusculo cit. non minore acerratione refutatæ: ad quod benevolam Lectorem remitti-



mittimus, ne propositum presentis opella in re domestica insolita prolixitate transgrediamur. Illas fideliter retulimus N. 82. h. r. Exemplum autem sibi datum a S. Thoma perdiscent ex hacenus dictis Domini Adversarii, quod non debeant in suis scriptis plurima velut ex tripode contra status spirituales Ecclesie Catholicae definire, & definitionis suae nullam rationem reddere; vel si reddant, eam ex moribus quorundam hos status profitentium emendicare, quemadmodum solenne habent: sed vero systemate Coetus

Fidelium ex functionibus pragmaticis à Christo in Evangelio positus sine præiudicis comparato, tum demum videre, si quidquam in iis, quæ Romana Ecclesia, sive in materia fidei, sive morum approbavit, ex ratione ab hoc fonte petita reprehensibile sit. Si enim ex moribus multorum Christianorum hac nostra ætate, qua omnia præter avitam pietatem ad summa vix non perducuntur, dijudicanda esset Christianæ Religionis innocentia & veritas, sinendo præsentem materiam Christianus esse desisterem.

## TITULUS XXXV.

### De Statu Monachorum, & Canonicorum Regularium.

**P**resentis Titulus equidem ex solum completitur, quæ Regulares sive Monachos, sive Canonicos in specie concernunt: quia propter & de statu Monachorum & Canonicorum Regularium inscribitur; quæ Rubrica satis indicat, eundem esse generalis tituli de Regularibus, & transientibus ad Religionem determinativum. Cum vero præcedentis, & huius, sicut & tituli 33. libri V. de Privilegiis & excessibus Privilegiatorum occasione, constituerimus dare Lectori benevolo iustum, quantum pro modulo nostro valemus, notitiam tam de Monachorum, quam Clericorum Congregationibus, eorumque Privilegiis; absolute de Monasticis Institutis tractatu, de Clericorum & Canonicorum Regularium Congregationibus impresentiarum ægenus, de Privilegiis utrorumque titulo citato libri quinti tractatum instituturi.

#### §. I.

#### De Clericis & Canonicis Regularibus.

**N**E tamen in limine ipso offendamus, Lectori quæ consusam ideam ingeramus, probe notandum censuimus

distinctionem inter Collegia Clericorum, quæ in unum coalescunt, nec tamen vitam communem agunt; cuiusmodi hodie sunt Capitula Cathedralium & Collegiarum Ecclesiarum; & inter illa, in quibus vita communis agitur, qualia sunt, quæ hodie vocantur Congregationes Clericorum & Canonicorum Regularium. Vita vero communis à non communi in hoc præcipue fecernitur, quod illi, qui priorem profiteantur, è penu communi alantur & vestiuntur, seu non habeant in particulari sibi assignatam portionem proventus, ex quibus sibi pro arbitrio victum & vestitum comparare valeant; quales fuerunt primigenii Canonici Cathedralium sub Regula Chrodogangi vel Aquisgranensis viventes, & usque in hodiernam diem Clerici & Canonici Regulares. Illi vero, qui posteriorem agunt, proventus suos speciales nanciscantur, quorum æconomia necessitatibus suis providere possint. Quales sunt moderni Canonici Cathedralium, & Collegiales. Patet vero ex terminis, quod quævis vita communis huiusmodi Congregationum exigit abdicacionem proprietatis tum rerum externarum, tum volun-

voluntatis, & castitatis custodiam; nihilominus non exigere ex natura sua, ut votis Deo factis ista stabiliantur. In decursu enim presentis materie videbimus, Canonicos à S. Augustino in Africa constitutos, communem vitam agentes, votis enumeratis non fuisse adstrictos; quamvis castitatem ob susceptos sacros Ordines, abdicacionem proprii ob ipsam vitam communis possessionem, sicut & obedientiam ob eandem rationem servare debuissent. Patet vero non minus, tria hæc à Clericibus Congregationibus solemniter voveri posse; & hinc ortum habent diversi illi Clericorum status, qui ab initio Ecclesie usque ad moderna tempora floruerunt, in quibus Clerici primitivi ex communi penu Ecclesie spatulas, per dispensacionem Episcopi quidem accipiebant, sed communi domo mensaque non utebantur. Sub Augustini vero Institutis Sæc. V. militantes ita communi domo ac mensa utebantur, ut abdicacionem omnis proprii ipsis imponeretur. At Clerici sub Regula Chrodogangi & Aquisgranensi communiter viventes, ad hanc abdicacionem non adgebantur Sæculo VIII. & IX. E contra, dum eorum collapsa disciplina Sæculo XI. restitueretur, ad expressam trium votorum emissionem adgebantur. Clerus vero Sæcularis tam Cathedralis, quam reliquus tam à communi mensa, ac domo, quam à dispensacione Episcoporum separatus, vitritum stabiles sustentacionis fundos acquireret. De quibus, sicut & de militarium Ordinum præclarissimis institutis ordine chronologico jam agendum.

**3.** Quemadmodum grassantibus persecucionibus nulla poterat esse Monachorum, vel sacrarum Virginum, ita nec Clericorum in communi viventium Congregatio.

Non enim usque adeo despiciantur Resores Ecclesiarum, inquit Thomassinus, ut florem delibatum Christianæ Ecclesie unum in locum colligerent, objicerent-

que infidelium grassacioni. In ea siquidem Monasteria sive Collegia illico deservisset Principum furor; nec tacuisset historia ruinas & clades dissipatarum huiusmodi Congregationum. Non tamen negamus Christum communem cum Apostolis suis vitam initiasse, duxisseque; eadem cum vitam mensa, domoque, & contubernio usum; Apostolos quoque & discipulos ejus, postquam ille in caelos revolavit, communis vite vinculo copulatos venturis Sæculis præluxisse; sed id factum est solum Ierosolymis, & modico tempore, nec poterat dici stricta Clericalis vel Monachalis Congregatio, ut Titulo præcedenti jam advertimus; cum, teste S. Luca in Actis Apostolorum, non Clerum dumtaxat, sed Fideles etiam Laicos, & conjugatos, & mulierculas, puerosque & innuptas puellas complecteretur, qui communi mensa certe non accumbabant, nec sub eodem tecto morabantur.

**4.** Itaque primis Ecclesie Sæculis Clerus mediam quodammodo vitam inter modernum Clerum secularem & regularem ducebat.

Imprimis enim ex dictis libro primo Titulus de officio Archidiaconi, & Archiepiscopii constat, Clerum Cathedralium Ecclesiarum Collegium, seu, ut nunc dicimus, Capitulum, cum suo Episcopo constituisse, cuius consilio, opaque Ecclesiam ille sive Diocesim gubernabat unde in Concilio œcumenico Ephesino plures existant Cyrilli Alexandrini Episcopi Epistolæ scriptæ ad Presbyteros & Diaconos, id est, ad Clerum sive Capitulum Alexandrinæ Civitatis. Et ipsa Synodus Ephesina scribit Presbyteris, æconomis, aliisque Clericis Constantinopolitanis, &c. Patet etiam ex ibidem dictis, quod ruri subside degerent plures Presbyteri sub inspectone Senioris vel Choræpiscopi Plebem rusticam verbo divino pascere. Hic tamen Clerus Cathedralis non utebatur communi mensa vel domo;



mittimus, ne propositum præsentis opella in re domestica insolita prolixitate transgrediamur. Illas fideliter retulimus N. 82. h. r. Exemplum autem sibi datum à S. Thoma perdiscent ex hæcenus dictis Domini Adversarii, quod non debeant in suis scriptis plurima velut ex tripode contra status spirituales Ecclesie Catholicae definire, & definitionis suæ nullam rationem reddere; vel si reddant, eam ex moribus quorundam hos status profitentium emendicare, quemadmodum solemnè habent: sed vero systemate Cœtus

## TITULUS XXXV.

### De Statu Monachorum, & Canonicorum Regularium.

**P**ræsentis Titulus equidem ex solum completitur, quæ Regulares sive Monachos, sive Canonicos in specie concernunt: quia propter & de statu Monachorum & Canonicorum Regularium inscribitur; quæ Rubrica satis indicat, eundem esse generalis tituli de Regularibus, & transeuntibus ad Religionem determinativum. Cum vero præcedentis, & hujus, sicut & tituli 33. libri V. de Privilegiis & excessibus Privilegiatorum occasione, constituerimus dare Lectori benevolo iustam, quantum pro modulo nostro valemus, notitiam tam de Monachorum, quam Clericorum Congregationibus, eorumque Privilegiis; absolute de Monasticis Institutis tractatu, de Clericorum & Canonicorum Regularium Congregationibus impresentiarum ægenus, de Privilegiis utrorumque titulo citato libri quinti tractatum instituturi.

#### §. I.

### De Clericis & Canonicis Regularibus.

**N**E tamen in limine ipso offendamus, Lectori quæ consusam ideam ingeramus, probe notandum censuimus

Fidelium ex functionibus pragmaticis à Christo in Evangelio positus sine præiudiciis comparato, tum demum videre, si quidquam in iis, quæ Romana Ecclesia, sive in materia fidei, sive morum approbavit, ex ratione ab hoc fonte petita reprehensibile sit. Si enim ex moribus multorum Christianorum hæc nostra ætate, qua omnia præter avitam pietatem ad summa vix non perducuntur, dijudicanda esset Christianæ Religionis innocentia & veritas, sinendo præsentem materiam Christianus esse desisterem.

distinctionem inter Collegia Clericorum, quæ in unum coalescunt, nec tamen vitam communem agunt; cuiusmodi hodie sunt Capitula Cathedralium & Collegiarum Ecclesiarum; & inter illa, in quibus vita communis agitur, qualia sunt, quæ hodie vocantur Congregationes Clericorum & Canonicorum Regularium. Vita vero communis à non communi in hoc præcipue fecernitur, quod illi, qui priorem profiteantur, è penu communi alantur & vestiantur, seu non habeant in particulari sibi assignatam portionem proventus, ex quibus sibi pro arbitrio victum & vestitum comparare valeant; quales fuerunt primigenii Canonici Cathedrales sub Regula Chrodogangi vel Aquisgranensis viventes, & usque in hodiernam diem Clerici & Canonici Regulares. Illi vero, qui posteriorem agunt, proventus suos speciales nanciscantur, quorum œconomia necessitatibus suis providere possint. Quales sunt moderni Canonici Cathedrales, & Collegiales. Patet vero ex terminis, quod quævis vita communis huiusmodi Congregationum exigit abdicacionem proprietatis tum rerum externarum, tum volun-

voluntatis, & castitatis custodiam; nihilominus non exigere ex natura sua, ut votis Deo factis ista stabiliantur. In decursu enim præsentis materie videbimus, Canonicos à S. Augustino in Africa constitutos, communem vitam agentes, votis enumeratis non fuisse adstrictos; quamvis castitatem ob susceptos sacros Ordines, abdicacionem proprii ob ipsam vitam communis possessionem, sicut & obedientiam ob eandem rationem servare debuissent. Patet vero non minus, tria hæc à Clericibus Congregationibus solemniter voveri posse; & hinc ortum habent diversi illi Clericorum status, qui ab initio Ecclesie usque ad moderna tempora floruerunt, in quibus Clerici primitivi ex communi penu Ecclesie spatulas, per dispensacionem Episcopi quidem accipiebant, sed communi domo mensaque non utebantur. Sub Augustini vero Institutis Sæc. V. militantes ita communi domo ac mensa utebantur, ut abdicacionem omnis proprii ipsis imponeretur. At Clerici sub Regula Chrodogangi & Aquisgranensi communiter viventes, ad hanc abdicacionem non adgebantur Sæculo VIII. & IX. E contra, dum eorum collapsa disciplina Sæculo XI. restitueretur, ad expressam trinum votorum emissionem adgebantur. Clerus vero Sæcularis tam Cathedralis, quam reliquus tam à communi mensa, ac domo, quam à dispensacione Episcoporum separatus, vitritum stabiles sustentacionis fundos acquireret. De quibus, sicut & de militarium Ordinum præclarissimis institutis ordine chronologico jam agendum.

**3.** Quemadmodum grassantibus persecutionibus nulla poterat esse Monachorum, vel sacrarum Virginum, ita nec Clericorum in communi viventium Congregatio.

Non enim usque adeo despiciantur Resores Ecclesiarum, inquit Thomassinus, ut florem delibatum Christianæ Ecclesie unum in locum colligerent, objicerent-

que infidelium grassacioni. In ea siquidem Monasteria sive Collegia illico deservisset Principum furor; nec tacuisset historia ruinas & clades dissipatarum huiusmodi Congregationum. Non tamen negamus Christum communem cum Apostolis suis vitam initiasse, duxisseque; eadem cum vitam mensa, domoque, & contubernio usum; Apostolos quoque & discipulos ejus, postquam ille in caelos revolavit, communis vite vinculo copulatos venturis Sæculis præluxisse; sed id factum est solum Ierosolymis, & modico tempore, nec poterat dici stricta Clericalis vel Monachalis Congregatio, ut Titulo præcedenti jam advertimus; cum, teste S. Luca in Actis Apostolorum, non Clerum dumtaxat, sed Fideles etiam Laicos, & conjugatos, & mulierculas, puerosque & innuptas puellas complecteretur, qui communi mensa certe non accumbabant, nec sub eodem tecto morabantur.

**4.** Itaque primis Ecclesie Sæculis Clerus mediam quodammodo vitam inter modernum Clerum secularem & regularem ducebat.

Imprimis enim ex dictis libro primo Titulus de officio Archidiaconi, & Archiepiscopi constat, Clerum Cathedralium Ecclesiarum Collegium, seu, ut nunc dicimus, Capitulum, cum suo Episcopo constituisse, cuius consilio, opæque Ecclesiam ille sive Diocesim gubernabat unde in Concilio œcumenico Ephesino plures existant Cyrilli Alexandrini Episcopi Epistolæ scriptæ ad Presbyteros & Diaconos, id est, ad Clerum sive Capitulum Alexandrinæ Civitatis. Et ipsa Synodus Ephesina scribit Presbyteris, œconomis, aliisque Clericis Constantinopolitanis, &c. Patet etiam ex ibidem dictis, quod ruri subside degerent plures Presbyteri sub inspectone Senioris vel Choræpiscopi Plebem rusticam verbo divino pascere. Hic tamen Clerus Cathedralis non utebatur communi mensa vel domo;



fed separatim vivebat, uti vidimus hoc libro Titulo 2. de *Cobabitatione Clericorum & mulierum*, ubi annotavimus, à Concilio Niceno veritum fuisse Episcopis, Presbyteris, & aliis Clericis, ne subintroductas haberent feminas; tales enim habere non potuissent, si in Congregatione aliqua communem vitam duxissent. Vidimus præterea in Titulo de Præbendis eodem hoc libro, eosdem Clericos five Cathedralis, five Rurales non habuisse parciales aliquos fundos suis sustentationis, quorum dispositio ad illos pertineret, quemadmodum nunc habent Canonici alique Beneficij, sed ab Episcopo ex communibus proventus Ecclesie unicuique, prout opas habebat, distributum fuisse: unde & à S. Cypriano *Frateres sportulantes* vocati sunt. Ex quo patet, eos mediam vivendi rationem inter moderum Clerum secularium, & regularem inivisse.

5. Sæculo V. Sanctus Augustinus primus Clericorum Congregationes instituit.

Eundem S. Patrem Monachorum primum, deinde Clericorum Regularium Patrem fuisse colligitur ex Possidio Calamensi Episcopo in ejus vita. De primo enim ita scribit *c. 1. S. Hactenus Presbyter Monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei Servis vivere cepit secundum modum & Regulam sub Sanctis Apostolis constitutam*. Secundum vero eruitur ex ejusdem S. Patris sermone 49. de diversis, ubi ita dixerit: *Dedit mihi Valerius hortum illum, in quo nunc est Monasterium*. Perveni ad Episcopatum, vidi necesse habere Episcopum exhibere humanitatem assiduum quibusque venientibus five transeuntibus; quod si non fecissent, Episcopus inhumanus diceret. Si autem consuetudo ista in Monasterio permixta esset, indecens esset. Et ideo volui habere in ista domo Episcopi mecum Monasterium Clericorum. Ex quo patet, distinctum fuisse Monasterium Monacho-

rum à Monasterio Clericorum S. Augustini. Quod autem hi Clerici in perfecta communitate, hoc est, sine proprio vixerint, ex sermone 50. eruitur, ubi ait: *Modo quia placuit illis hæc socialis vita, quisquis cum hypocristi vixerit, quisquis inventus fuerit habens proprium, non illi permitto, ut inde faciat testamentum, sed debeo illum de Tabula Clericorum. Statuisse præterea S. Augustinum nullum ordinare Clericum, qui non profiteretur communem eam vitam, quam instituerat, in præcitato sermone 49. fatetur, dicens: Certe ego sum, qui statueram, sicut nobis, nullum ordinare Clericum, nisi qui mecum vellet manere: ut si vellet discedere à proposito, recte illi tollerem Clericatum, quia deserat sancta societatis promissum, & captivum propositum. Et infra: *Professus est sanctitatem, professus est communiter vivendi societatem: si ab hoc proposito ceciderit, & extra manens Clericus fuerit, dimidius & ipse cecidit*. Ex quo patet, Clericos illos professionem se se ad hoc vitæ genus obstringere debuisse, in quo cum paupertas, castitas, & obedientia cohererentur, ad hæc tria se implicite obligasse. Eundem vero S. Patrem primum esse Fundatorem Congregationis Clericorum puræ & impermixtæ ex eo eruitur, quod ante ipsum Eusebius Vercellensis in Occidente, Basiliius item, & S. Epiphanius in Oriente pura & impermixta Clericorum Seminaria haud instituerint; sed in Cathedralibus suis Ecclesiis Clericatum cum Monachicæ vitæ & austeritatis toto rigore copulaverint. De Eusebio siquidem testatur S. Ambrosius: *In Ecclesia Vercellensi duo pariter exigi videntur ab Episcopo: Monasterii continentia, & disciplina Ecclesiæ*. Hæc enim primus in Occidentis partibus diversa inter se (soli enim contemplationi & manuum labori, adeoque sibi tantum vacabant tum Monachi, Clerici vero animarum cura) Eusebius S. Memoria conjunxit, ut & in Civitate po-*

fitus

fitus instituta Monachorum teneret, & Ecclesiam regeret jejuniis sobrietate. Ep. 82. Et infra: *Eusebius prior levavit vexillum confessionis. Hæc patientia in S. Eusebio Monasterii coaluit usu, & durioris observationis consuetudine hausit laborum tolerantiam*. Cujus rigoris nec S. Augustinus, nec S. Possidius ullibi meminere, dum de suis Congregationibus verba faciunt, solam communem vitam & paupertatis professionem commemorantes. Quod S. Basilium attinet, memorat ille quidem alicubi Canonicos in Cœnobio degentes: sed de Cœnobis illis sermo est, seu de Monachis communem adgregatis ad vitam, cum ceteri Monachi soli, & alii ab aliis disjuncti agerent. Unde & in Constitutionibus Monachicis de his verba facit S. Pater, ubi & duas has Monachorum species diligenter fecernit, & utriusque præceptiones longe pulcherrime accommodat. *Constit. Monachi. c. 18*. Illos autem vocat *Canonicos*, tamquam diligentissimos Regulæ, quæ Canon dicitur, discipulos. Disciplinam & mores Ecclesie Catholice sui vi elegantissime expressit Epiphanius in eo, quem edidit, tractatu de *expositione Fidei Catholice*. Docet porro Subdiaconatum & quoslibet sacrorum Ordines iis demum conferri solitos, qui virginitatem coinissent, & integritatem carnis, vel certe Monachis, vel certe iis, qui superfluo conjugæ, vel extinctæ, continentiam servarent. Ex quo colligitur, id in more fuisse Orientalibus in Ecclesiis, ut sanctissimi quique Monachi Monasteriis abdicarentur suis, & ad Ordines sacros dignitateque Cleri attollerentur. Præterea, quod nulla ævo Epiphanius Clericorum fuerint Collegia; si enim existissent, ea certe Epiphanius silentio haud præterivisset.

6. Pulcherrimum hoc S. Augustini Institutum in Africa equidem magno zelo propagatum fuit: an autem alias Regionis pervaserit? incertum est; quin, non

diu in Africa perseverasse, verosimilium.

Possidium Sanctumque Alipium Augustini in Africa Collegas ad imitationem ejusdem Clericorum Seminaria & Monachorum Monasteria in suis Diocæbus erexisse historica produnt monumenta. Ad Alipium scribens S. Paulinus hæc habet: *Nostri salutem invicem obsequii, & in Clero sanctitatis tuæ Comites, & in Monasteriis fidei & virtutis tuæ amulatores*. Nam etsi in populis, & supra populum agas, tamen abdicatione sæculi, ac repulsa carnis & sanguinis, desertum tibi ipse fecisti, secretus à multis, vocatus in paucis.

Quantum ad secundum membrum, quamvis & in Hispania & in Gallia occurrant Seminariorum Clericalium exempla, ea tamen ab Augustinianis in Africa Collegiis erant oppido diversa; vel enim ex Clero Cathedrali, communi mensa domoque non utente, sed ex Canone, seu ex redditibus Ecclesie individuas sportulas reportante, constabantur: vel gratia inventus in Clerum erudienda aptandæque erant ereda; quæ memoriaur in Hispania à Concilio Toletano VI. vel ex Clericis constabant, qui in eodem cum Episcopo conclavi versantes morum ejus integritatis, ac imprimis castitatis illibate erant speculatores, testes, ac ab obretractionibus turbæ vindices; quos si forte infirmitas aut ætatis gravitas in conclavi Episcopi manere non sineret, eandem societatem relinquere possent, ac separatim vivere cum aliquibus vitæ sue tellibus; uti habet idem Toletanum Concilium, & in Gallia Concilium Turonense 2. Can. 12. quos Clericos Synodos dictos, usque Episcopos tum Orientis, tum Occidentis usos fuisse probavimus lib. 1. Tit. 25. N. 11. vel denique sacri-lit. Conventus ex Episcopis & Monachis constabantur, quem vivendi modum in Angliam, hortante S. Gregorio hæc ætate invexit S. Augustinus Anglo-

rum



rum Episcopus, cui Sanctissimus Pontifex in optione reliquit, ut Clerum in majoribus Ordinibus constitutum vel Monasterii disciplina, in qua institutus ipse fuerat, imbueret, vel nascentis primum Ecclesie mores emularetur, id quod in Africa fecit Augustinus. Verba ejus apud Bedam libro I. c. 27. sic sonant: *Mus Sedis Apostolicæ est, ordinatis Episcopis in præcepto tradere, ut in omni stipendio, quod accedit, quatuor debeant fieri portiones, &c. Sed quia fraternitas tua Monasterii reguli erudita seorsim fieri non debet à Clericis suis in Ecclesia Anglorum, hanc debet conversationem instituere, que initio nascentis Ecclesie fuit Patribus nostris, in quibus nullus eorum ex his, que possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia. Si qui vero sunt Clerici extra sacros Ordines constituti, qui se continere non possunt, sorti uxores debent, & stipendia sua exterius accipere. Quo insigni testimonio Summi Pontificis manifeste edocemur, vitam communem Clericorum in Ecclesia Occidentali in more non fuisse hinc sæculis, quamvis non negemus eam subinde in quibusdam Hispanie Gallique Diocæsis excitatam fuisse, ut testatur Thomassinus ex S. Gregorio Turonensi hist. libro 10. ubi de Euphronio suo antecessore ait: *Hic instituit mensam Canonicorum.* Sed ipsa hæc vita Monachicum spirabat; & in Anglia quidem ita rem se habuisse ex Ven. Beda L. 4. c. 27. discimus, ubi ait: *Siquidem in temporibus antiquis in insula Lindisfarnensium Episcopus cum Clero, & Abbas solebat manere cum Monachis, qui tamen & ipsi ad curam Episcopi familiariter pertinerent. Quia nimirum Aidan, qui primus ejus loci Episcopus fuit, cum Monachis illius, & ipse Monachus adveniens, Monachicam in eo conversationem instituit, quomodo & prius B. Pater Augustinus in Cantia fecisse noscitur, scribens ei Reverendissimo Papa Grego-**

rio id quod supra posuimus. Et in vita S. Guntheri c. 16. *Una eademque habitatio utroque simul tenet, &c. omnes loci ipsius Antiqui usque hodie sic Episcopale exercent officium, ut, regente Monasterio Abbate, omnes Presbyteri, Diaconi, Cantores, Lectores, ceterique Gradus Ecclesiastici Monachicam per omnia cum Episcopo regulam servent.* Nimirum S. Benedicti.

Quod tertium membrum attinet, nullum fere dubium, quod Wandalarum inundatio & diutina infestatio, quæ post fata S. Augustini contigit, præclaram spem interceperit propagandæ latius diutiusque purioris Ecclesiarum disciplinæ. An vero S. Augustini institutum per Gelasium I. ad finem sæculi V. Europæ invecitum, & Romæ in Lateranensi Basilica excultum, ac inde in alias regiones usque ad moderna tempora propagatum fuerit? quæstio est, quæ superioribus annis magnopere collisit viros doctissimos sacerrimorum Ordinum Benedictinorum, & Canonicorum Regularium S. P. Augustini in Germania, de præcedentia ex Titulo antiquitatis contententes. Affirmant idipsum Canonici Regulares, suamque sententiam muniant approbatione Pii IV. in Bulla in favorem suum contra Monachos Benedictinos Cassinenses expedita Romæ 18. Jan. 1564. atque ex eo, quod ejusdem narrationis veritas Brevario Canonicorum Regularium Lateranensium à Pio V. approbato inserta reperitur. Negant vero pernegantque Patres Benedictini, contenduntque S. Benedictam, postquam contracto Cassinensi Monasterio interfuerat Lateranensi Concilio sive Romano A. 530. à Bonifacio II. vocatum, & exoratum, Monachorum colonias instruxisse omnis urbis Ecclesias, & inter illas Lateranensem incoluisse; postea vero illi præfuisse ex discipulis suis Abbatem Valentianum tempore S. Gregorii M. vita sancte functum. Id quod confirmat ex lib. 2. dial. ejusdem Summi Pon-

Pontificis, ubi in principio ait: *Hujus (S. Benedicti) ego omnia gesta non didici, sed pauca, quæ narro, quatuor discipulis ejus referentibus agnovi, Constantino scilicet, Reverendissimo valde Viro, qui ei in Monasterio (Cassinensi) regimine successit, Valentiano quoque, qui annis multis Lateranensi Monasterio præfuit.* Quam Lateranensem Ecclesiam juxta Mabill. in apologia tenuisse Ordinem Benedictinum asserunt annis 500. seu usque circa medium sæculi XI. ubi ajunt Lateranensi Ecclesie Clericos Lucenses sub Regula Chrodogangi vel Aquiligranensi vitam communem profitentes ab Alexandro II. invecitos fuisse; eosque ibi perdurasse usque ad Bonifacii VIII. An. 1294. in Papam electi tempora: nec tamen Benedictinos eliminatos, cum Innocentio II. An. 1130. electus Pontifex Benedictinus Lateranensis asseratur à Baronio ex monumento in Archivio tituli S. Praxedis accepto. Bonifacium deinde VIII. tandem Canonicos seculares in eam Ecclesiam invecisse. At Eugenium IV. electum An. 1431. in eandem reintrodaxisse Canonicos Regulares, auctore Jacobo de Bergamo Ordinis Prædicatorum A. 1400. institutos, Frisonarios, ac Frigionarios dicæos, vagos primum, ac sub multiplici habitu forma sæpius immutata, Canonicos Regularibus tandem deputatos, & consequenter, qui modo dicuntur Lateranenses, à Frigionatis non differre, ex variis authoribus adstruere conantur. Quos An. 1447. Canonicis Secularibus locum rursum cedere coactos asserunt. Verum Paulum II. Papam electum An. 1464. Canonicos Regulares Secularibus immiscuisse, quos tamen Sixtus IV. An. 1471. electus rursum exisse iusserit, & consequenter in Ecclesiam sibi assignatam, cui à pace nomen erat, se recipere coactos, atque abinde se Canonicos Congregationis Lateranensis nominasse, ex isdem perhibent. Qui primum sub Leone X. abjecto caputio & cappa

nigra cum suis Rochetis, sive camillis albis, & Birettis, Benedictinis id non curantibus, in Processionibus tamquam ultimi in Clero seculari processerint, in suis tamen Monasteriis & Ecclesiis, ac per vias publicas caputium & nigram cappam adhuc deferentes ex Mail. Galelio. Hæc historice referre suscepti operis postulabat ratio, criticæ vero dicere me prohibet tum sacra Congregationis interdictum, annis superioribus emanatum, quo vetatur ne quis ad alterutram opinionem quocumque prætexta ventilandam, vel minimam lucubrationem aut descriptionem quecumque in locum deinceps emittere præsumat, tum profunda mea erga utrumque sacerrimum Ordinem veneratio. Quem momenta utriusque partis expendere curiositas invaderet, legat pro parte Canonicorum Lateranensium S. P. Augustini Commentaridam in ejusdem Regulam, alioque; pro parte vero Benedictinorum Doctissimum Mabilionium in Apologia pro Benedictinis, & Benedicti Stolte tractatum historico-juridicum de hac materia, &c.

7. Isdem sæculis VI & VII. Clerum Capitularem in Ecclesia Græca Constantinopoli & in aliis Ecclesiis Cathedralibus extitisse certum est; qui tamen eam vivebant rationem, quam modo in Ecclesia Latina profitentur Clerici vel Canonici Regulares, non adoptavit.

Prima pars constat ex Novell. 3. 6. & 15. Justiniani, ubi in Constantinopolitana majori Ecclesia enumerantur Presbyteri 60. Diaconi 140. Diaconisse 40. Subdiaconi 90. Lectores 100. atque ita Clerici 421. per quos in Ecclesia majori, atque in aliis divina celebrabantur Officia. Item ex Synodo Trullana Can. 16. quo novo munus vigore Novella Justiniani & consuetudo non paucorum, nec ignobilium Ecclesiarum, ubi plures essent quam septem Diaconi.

Secunda vero pars ex ipsa Ecclesie Orientalis disciplina, qua Clero connu-



bia permittebantur, in apicium ponitur, de qua jam alibi verba fecimus. Nec eundem est Diaconus Clero in eadem domo & mensa commixtus fuisse. Ex facultatibus itaque Ecclesie portiones & distributiones victim trahebant illi Capitulares. Unde in Constitutione Heraclii Imperatoris legitur: *Ad id quidem, ut inde aliorum quantitas, qua ipsi (Clericis Cathedralibus) datur, magnopere excreseat.*

8. Saeculo VIII. Clerus in Occidente in unam societatem, communemque vitam sub certa Regula congregari coepit.

Hujus vite Regulaeque sub Pipino Francorum Rege in Gallis Author fuit Chrodogangus Metensis Episcopus, de quo Paulus Diaconus in fragmento de Metensibus Episcopis (apud Dulchenium historiae Francorum Tomo 2.) testatur: *Vir egregius, & omnibus praecanis offerendus Chrodogangus Antistes — Clerum aduavit, & ad instar Cenobii intra claustrorum septa conuersari fecit, normamque eis instituit, qualiter in Ecclesia militare deberent. — Ipsumque Clerum abundanter lege diuina, humanaque imbutum Cantileua, motam atque Ordinem Romanae Ecclesiae seruare praecipit. Quod usque ad id tempus in Metensi Ecclesia factum minime fuit. Hanc Regulam ex Veteri MSS. Vaticana Bibliotheca cum Andegavensi & Fisanensi collato edidit P. Labbeus Tomo 8. Conciliorum. Tringenta quatuor dumtaxat constat capitibus, & hincera est procul dubio Chrodogangi Regula; in spicilegio Lucae Dachérii 86. capitibus constat, sed haec ab Anonymo interpolata est, aflatu ex Concilio Aquisgranensi plurimis additamentis. Ceterum hanc Regulam ex Sacris Canonibus, atque magna ex parte ex Regula S. Benedicti contexit Chrodogangus. Notandum nihilominus, ante Chrodogangum Canonicam Religionem in Rhenensi Clero S. Rigobertum restituisse, & eorum usus ararium commune*

instituisse, ut testatur Flodoardus lib. 2. cap. 11. sed Regulam hic Rigobertus nullam dederat.

9. Quamquam autem solis Canonici Metensibus data sit primum a Chrodogango haec Regula; ab aliarum tamen Diaecesum, quae Regum Christianorum parebant imperio, Clericis octavo & nono Saeculo suscepta est, & seruat nonnullis cum additionibus.

Propositio constabit ex dicendis.

10. Itaque sub Carolo M. seu Saeculo IX. praeter Monachos duplicis generis capitula Canonicorum existerunt: nimirum alia, quae sub Episcopis egerunt in Ecclesiis Cathedralibus; alia sub Abbatibus, ubi & vite communi, & Regulae Canonicorum inservirent.

Hanc propositionem doctissimus Thomassinus tribus documentis ex Concilio Turonensi III. An. 813. roborat; Canone enim 23. dicitur: *Canonici & Clerici civitatum, qui in Episcopii conuersantur, consideravimus, ut in claustris habitantes simul omnes in uno dormitorio dormiant, simulque in uno refecturio dormiant, quo facilius possint ad horas Canonicas celebrandas occurrere, ac de vita & conversatione sua admoneri & edoceri: viduum ac vestimentum iuxta facultatem Episcopi accipiant, ne paupertatis occasione per diversa vagari cogantur. En Canonicos Episcopales. Canone sequenti delineantur Canonici, qui sub Abbatibus imperio merebant: Simili modo & Abbates Monasteriarum, in quibus canonica vita antiquitus fuit, vel nunc videtur esse, sollicite suis provident Canonici, ut habeant claustra & dormitoria, in quibus simul dormiant, simulque reficiantur; horas Canonicas custodiant, vestium & vestitum, iuxta quod poterit, Abbas, habeant, quo facilius ad Dei servitium possint constringi: sintque Abbates sibi subditis bene vivendo duces & praevis &c. Canone denique proximo describuntur Monachi Regulam S. Benedicti pro-*

professi: *Monasteria Monachorum, in quibus non Regula Patris Benedicti conseruabatur, &c. Distabant itaque hi Canonici hoc uno capitali discrimine, quod alii Episcopo, alii Abbati immediate subicerentur: illi civitatem vel domum ipsam Episcopalem incolerent; Canonici & Clerici civitatum, qui in Episcopii conuersantur, &c. hi extra civitates, saltem extra Episcopales aedes, domicilia nati sunt.*

11. Verosimilimum autem est, haec posteriorum Canonicorum Capitula quondam fuisse Monachorum Cenobia sub Regulis S. Columbanii, Caesarii, Aureliani, Benedicti, aliorumque, qui relaxata disciplina fibula coeperint Clericorum potius agere vitam, quam Monachorum, ea praesertim tempore, quo ea nomina indiscriminatim crepta sunt usurari: tandemque, cum Pipinus & Carolus M. aggressi sunt Ecclesiasticos Conventus omnes functioni vindicare formae & disciplinae, optionem his factam esse alterutrius Regulae sectandae vel Chrodogangi, vel S. Benedicti, dum ab ea, quam essent complexi, tantillum ne deviant.

Hanc conjecturam idem doctus Thomassinus ex eodem Concilio Turonensi probat, ejus Can. 25. ita sonat: *Monasteria, in quibus Regula B. Benedicti penitus abolita negligitur, &c. aliqua sunt, in quibus pauci Monachi, qui praedicti Patris Regulam suis Abbatibus promissam habeant, quippe cum ipsi Abbates magis Canonicos, quam Monachos inter suos conuersari videntur. 2. ex epistola Caroli M. ad Albinum tom. 1. Capitulum Baluz. in qua exprobrat piissimus Imperator Monachis S. Martini sequentia: Aliquando enim Monachos, aliquando Canonicos, aliquando neutrum vos esse dicebatur. 3. ex Concilio Verno, ubi dicitur: Placuit, ut in Monasterio sint sub Ordine Regulari, aut sub manu Episcopi sub Ordine Canonico. Eandem illis optio-*

nis copiam fecit Carolus M. in Aquisgranensi Capitulari: *Illi Clerici, inquiens, qui se fingunt habitu vel nomine Monachos, & non sunt, corrigendi omnimodo videntur, ut vel veri Monachi sint, vel veri Canonici. Pergit Thomassinus, nec illud oscitanter expendendum est, parum hic anxios fuisse Imperatores & Conciliorum Praesules de vera & prima cuiusque Monasterii origine detegenda: an ab exordio Monastica ibi vigerent instituta? Ubique assentiri videntur, praestabilis esse, ut boni habeantur Clerici, quam mali Monachi. Quibus ita praerelictis, nemo stupebit, si ad Clericorum quoque Conventus, & Monasteriorum, & Abbatum vocabula delaxaverit.*

12. Utriusque generis Canonici sub eadem Regula vel Chrodogangi, vel Aquisgranensi vivebant.

Id constat ex Concilio Meldensi An. 845. Can. 53. *Ut Canonici in Civitate, vel Monasteriis, sicut constitutum est, in dormitorio dormiant, & in refectorio comedant, & tam sani, quam infirmi Canonice vestiantur, atque in claustris horis congruis degant, & sub custodia Canonica laesionibus & ceteris divinis institutionis instent officiis. Id quod praescribit Regula Chrodogangi An. 780. in Concilio Aquisgranensi, & in Moguntino An. 813. Clericis observanda praescripta, postquam, teste Ademaro An. 816. ad mandatum Ludovici Imperatoris Regula quaedam, ex SS. PP. scriptis, per Amalricum Diaconum excerpta, in altero Concilio Aquisgranensi approbata, data est Canonice observanda; & est eadem propemodum atque Regula Chrodogangi, ipsissima enim verba Regulae Chrodogangi Concilio illi Aquisgranensi a cap. 115. usque ad cap. 125. inserta reperiuntur.*

13. Neutri hi Canonici voto paupertatis erant adstricti per Regulam Chrodogangi, aut illam Aquisgranensem; adeoque non fuerunt Canonici proprie Regulares.



Primam partem evincunt ipsa verba Regule cap. 32. ubi statuitur: *Ut si aliquis uni Sacerdoti pro Missa sua, vel pro Confessione, aut pro infirmitate, seu pro quolibet choro suo, aut vivente, aut mortuo, aliquid in elemosynam dare voluerit, hoc Sacerdos à tribuente accipiat, & inde quod voluerit faciat. Itemque capite 31. Ut qui in Congregatione Canonico recipi voluerit, facultates suas Ecclesie S. Pauli solemniter donationis instrumento tradat, facta tamen, si voluerit, precaria, ut quamdiu vixerit, usum fructum percipiat. Quae capita in Regula Aquigranensi reperuntur excerpta l. max citato. Unde juxta additionem 3. ad Capitularia cap. 122. Canonici Beneficia Ecclesiastica habere poterant, sed tum nulla stipendia ex communi Congregationis arario recipiebant. Et ex cap. 113. ejusdem additionis non tenebantur de Patrimonio abdicare, sed in illo casu pariter nullo stipendio donabantur. Ex quibus etiam patet, tum, quemadmodum nunc Canonicos Regulares, ex illis quoque Canonice altis inferuissent choro, alios curae animarum. Saeculo enim IX. omnes Clerici Canonicorum Regulae subditi fuerunt, & vite communi, ubi possibile fuerat, in Ecclesia praesertim Gallicana, & Germanica.*

Ex his patet secunda pars, moderni enim Canonici Regulares paupertatem solemniter voverunt.

14. Vita haec communis, quam Saeculo VIII. & IX. omnes pene Clerici profitebantur in Capitalibus tum Cathedralibus, tum Abbatialibus, sequenti Saeculo paulatim definire cepit, donec plene aboleretur; in Capitalibus vero sub cura Abbatum constituitis, pariter non amplius perseverat sub Regula Chrodogangi vel Aquigranensi.

Primam propositionis partem sufficienter jam exposuimus hoc libro Titulo V. de Praebendis N. 13. & seqq. & videri potest infra N. 19. testimonium Ivonis.

Secunda vero inde patet, quod modo non habeamus alios Canonicos praeter eos S. Augustini ac Premonstratenses, tribus votis solemnibus adstrictos. Priores ajunt Patres Benedictini in Controversia superius N. 6. citata esse reliquias illorum posteriorum Saeculo XI. reformatorum; ac per omnes Occidentis Regionem longe lateque propagatorum, qui successive, abdicata Chrodogangi, aut alia Canonice Regula, Regulam S. Augustini pro Monachibus scriptam sibi adapterint, Religiosam vitam per emissionem trium votorum amplectentes; illi vero legitimam sui per discipulos S. Augustini ininterruptamque propagationem ad moderna usque tempora pro virili teneant. De qua Controversia ventilandam iam omnibus supersedendum est, ut ibi annotavimus.

15. Communis Clericorum vita, à SS. Apostolis instituta, ac per S. Augustinum propagata, sub Carolo vero M. & Ludovico Pii Imperio restituta, decimo denique Saeculo collapsa, undecimo & sequentibus Saeculis Viris Religiosis ac sanctis agentibus florenter surrexit, ac propagata est per varias Congregationes.

Divinum hoc opus reformationis Canonico decreverat Nicolaus II. & Alexander II. Pontifices Max. An. 1059. & 1063. in Synodis Romanis de vita communi Clericorum Canonem edentes; quo quidem perfectam peculi abdicacionem Professoribus hujus vite non imperarunt, sed suaserunt dumtaxat.

16. Primus itaque in Italia fuit B. Petrus de Honestis, peccatoris sibi nomen indens, qui ad votum horum Pontificum opus sanctae reformationis non tantum incepit in Ecclesia S. Mariae in Portu in agro Ravennate, ubi Canonicis, quibus praerat, scripsit Regulam tam ex SS. Patrum autoritate, quam Religiosorum Virorum exemplis, & morum honestate conceptam; verum etiam Canonicos ad abdicacionem omnium praeteri adstraxit.

Id

Id testatur Paschalis II. qui illam Regulam confirmavit 12. Kal. Januarii 1115. Quem qui confuderunt, inquit Nat. Alex. *hisl. Eccl. Saec. 11. c. 7. Art. 7.* cum B. Petro Damiani, & Portuenses Constitutiones ab ipso editas, Regulam Damianam appellaverunt, fœde hallucinati sunt. Contra hunc errorem legendi Hieronymus Rubens *lib. 5. hist. Ravennat. & Bennotus lib. 2. hist. tripartita cap. 48.* Portuensis Ecclesiae Regulam in Ecclesiam Eugubiam intulit S. Ubaldo Canonico Regularium ibidem Prior, ac Eugubinus paulo post Episcopus. Eundem B. Petrum de Honestis emulati sunt Canonici S. Frigidiani, Lucentes, Lateranenses, & Mortarienses S. Crucis Canonici, quae Ecclesiae celeberrimarum Congregationum capita progressu temporis evaserunt.

17. Saeculi XI. initio, adeoque uno Saeculo ante Congregationem Portuensem, celebris quoque erat Canonice Regula observantia Abbatia S. Rufi extra muros Avenionenses, quae ad Albigenis usque tempora stetit, quorum favore eversa, Valentiam translata est An. 1210.

Hujus Monasterii Paschali II. Summo Pontifice Abbas erat S. Ollegarius, qui Barcinensis postea Episcopus, ac deinde Archiepiscopus Tarraconensis, ac Legatus Apostolicus, Canonico Regularium Institutum in Hispaniam provexit. Vide Anselmum Havelburgensem *lib. 1. dial. c. 11.* Fundata est haec Congregatio ab Arnaldo, Odilone, Pontio, & Durando, zelosis Ecclesiae illius Cathedralis Canonicis, Benedicto I. Avenionensi Episcopo Abbatia S. Rufi eis donante An. 1030. ubi praenominati quatuor Canonici, vita communi antiquorum Canonicorum sub Regula vel Chrodogangi vel Aquigranensi degentium, addiderunt promissionem trium Religionis votorum ad exemplum Monachorum: unde & *Regulares* ceperunt dici, teste Mabillonio in

Apol. fol. 14. ubi asserit eos non vixisse sub Regula S. Augustini.

18. Anno 1135. S. Gilbertus Sempringamensis Ordinem Canonico Regularium in Anglia renovavit, qui ab ipso eo in Regno Ordo Gilbertinorum, & Sempringamensis nuncupatus est.

Ejus elogium contexit Wilhelmus Neoburgensis suppar auctor *lib. 1. cap. 16.* ejusque spiritum à S. Bernardo probatum fuisse tradit. Ordinis vero ab eo conditi innocentiam à fœdis calumniis, quibus impetebatur, vindicavit Wilhelmus Norvicensis Episcopus, ab Alexandro III. ad inquirendum in causa delegatus.

19. Ante Gilbertum, in saeculo Saeculi XI. finem, Canonico Regularium Ordinem in Gallia restituit S. Ivo Carnotensis Episcopus.

Id testatur Siebertus in *Chronico ad Annum 1078.* Vincentius Bellocensis in *speculo historiali*, & S. Antonius *Chronici parte 2. tit. 15. cap. 16.* Ecclesia S. Quintini, cujus tum erat Praepositus Ivo, illustre fuit sanctae reformationis seminarium. Neminem Clericorum à communi vita excepti, nec civilis, nec suburbanae Ecclesiae Presbyterum, prolatis Sanctorum Clementis, & Urbani Pontificum apochryphis decretalibus, asserit Ivo *ep. 213. Quid vero*, inquit, *communis vita in omnibus Ecclesiis pene deficit, tam civilibus, quam Diocesanis, non auctoritati, sed desuetudini & defectu asseribendum est, refrigerante caritate, quae omnia vult habere communia, & regnante cupiditate, quae non querit ea, quae Dei sunt, & proximi, sed tantum quae propria.* Hunc Ivonem S. Augustini Regulam propagasse quidam ferunt, propterea dictum Canonico Regularium S. Augustini Reformatorem, ut sentit Lebecius in *Chronico Mindensi*; alii vero eorundem institutorem proflus esse contendunt: utriusque contra-dicti Thomassius, vultque Ivonem non S. Augustini, sed Sancti Quintiani Regulae

Aa 2

Iam



iam esse secutum. Nos à controversia hac odiosissima, iuxta moderationem superius initam, præcudinus.

20. Sæculi XII. initio Cœnobium Canoniorum Regularium Sancti Victoris ad muros Parisienses regia magnificentia excitavit Ludovicus VI. Rex Christianissimus.

Primus ejusdem Cœnobii Abbas fuit Gilduinus vir Religione & Regule observantia spectatissimus. Regalis hæc Abbatia plurimarum aliarum parens & caput celeberrima Congregationis fuit: multosque peperit sanctimoniam & doctrinam insignes Viros, quorum aliquos Ecclesia illustriorum oravit in his dignitatibus. Videantur Jacobus de Vitriaco S. R. E. Cardinalis *bibl. Occidentalis cap. 24.* Primæ hujus Congregationis Constitutiones existant MSS. in Bibliothecis Abbatiarum S. Victoris, & Genovevæ.

21. Hæc S. Genovevæ Abbatia, Victorinæ filia est. In Ecclesiam quippe S. Genovevæ, jubente Eugenio III. Pontifice Maximo, Sugerio Sandionysiano Abbate, ac Regni Ministro exeunte, Canonici Regulares à Cœnobio S. Victoris selecti, loco Sæcularium introducti sunt An. 1148.

Inter Sæculares hos Canonicos erat unus nomine Wilhelmus, Collegis suis ob morum innocentiam, & studium vitæ Regularis exosus, quam introductis Victorinæ Canonici devote & alacriter professus est, ac in Virum Sanctissimum evasit. A Rege Waldemaro, filio S. Canuti Regis & Martyris, & Salomou Roschildensi Episcopo in Daniam accessit, collapsam Canoniorum disciplinam in Eshil Insula prope Raschildam restituit, Abbas ab Episcopo creatus.

22. Anno 1120. novum Canoniorum Regularium Ordinem condidit S. Norbertus in Dioceseos Laudunensis loco, qui Præmonstratus dicitur, in Vosago Sylva, quem ipsi Bartholomæus Episcopus Laudunensis concessit.

Sancti Norberti Institutum approbavit Callistus II. Honorius II. Innocentius II. Lucius II. Eugenius II. Hadrianus IV. Alexander III. Lucius III. Urbanus III. Clemens III. Privilegiis donavit, quæ in Bibliotheca Præmonstratensis sunt excusa. S. Augustini Regulam sectantur Canonici Regulares Præmonstratenses, Constitutiones austeras observant ex S. Norberti disciplina. Ex quibus primaria capita continentur lib. 4. Bibliotheca Præmonstratensis. Unde FF. Prædicatorum Constitutiones maxima ex parte derivatas esse, testatur Nat. Alex. Quorum Institutum fuisse æque Canonicum ac illud Præmonstratensium defendit Graveson hist. Eccl. Sæculo XIII. & XIV.

23. Ex dictis in aprico est, Congregationes has Canoniorum Regularium Sæculo X. XI. & XII. à Viris Santissimis institutas, fuisse reformativas Congregationum Canoniorum vel S. Augustini, vel earum, quæ Sæculo VIII. & IX. sub Regali Chrodogangi, aut Aquigranensi in communis ac Apostolicæ vitæ societatem collectæ sunt, (si illam Præmonstratensium noviter institutam excipias) ac infelici Sæculo X. cum Clero Sæculari, ac Monachis potiori ex parte ad laxiorem vitam degenerarunt.

Confirmatur vero ex eo, quod conquire non poterat B. Petrus Damiani, quod Canonici peculium haberent; atque Regulam à Synodo Aquigranensi I. sub Ludovico Pio approbatam, cujus se auctoritate tuebantur, suggillavit, ejus præcudubio ignorans auctores & approbatores: Canonicos omnes in Congregatione viventes ad peculi abdicationem teneri, SS. Augustini, Hieronymi, & Prosperi, seu potius Juliani Pomerii testimonio probare conatus est opusculo 24. contra *Canonicos proprietarios.* Eorum excusationem ex Regula petitam, non quidem S. Augustini, quam non profitebantur, sed Synodi Aquigranensis, refellit ibidem. Legendum præterea ejusdem

Jem S. Viri opus 27. de communi vita Canoniorum cap. 2. Cujus Viri imitatorum in Gallis fuisse S. Ivonem testatur Mabill. Annal. Benedic. Tom. 4. Et Numero præcedenti vidimus, Canonicos in Dania reformatos fuisse à Wilhelmo Congregationis Victorinæ Presbytero. Clemens denique III. Pontifex Max. Canonium Regularem cum peculo morientem Christiana Sepultura privati præcepit cap. *Super quodam* h. t.

24. Reformatio vero Canoniorum in hoc præcipue considebat, quod ad amissam Regulæ S. Augustini vitam instituerent, & consequenter nec Patrimonium, nec ulla bona quovis modo quaesita proprio nomine possiderent, aut peculium habere ullatenus possent: quam vitæ rationem prosteri debebant Clerici S. Patris Augustini (N. 5. h. t.), non vero Canonici sub Regula Chrodogangi, aut Aquigranensi militantes (N. 13. h. t.).

Canonicos Regulares Sæculo XI. & XII. professos fuisse Regulam S. Augustini ad Moniales olim scriptam, & Viris tam jam accommodatam, in qua legimus: *Et non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communis: probat Natalis Alex. hist. Eccl. Sæc. XI. & XII. c. 7. Art. 7. N. 7. ex Bertholdo Presbytero ad An. 1095. scribente: Lutholphum Tullensis Ecclesie Decanum in Monasterio à se condita Clericos secundum Regulam B. Augustini vivere professos congregasse: & Urbanum II. decrevisse, ut Clerici illius loci Regulam S. Augustini in perpetuum custodirent. Item ex Ivone Carnotensi, quem Beati Augustini Regulam Canonicis suis tradidisse testari ait Canonicos Regulares S. Joannis in Valle Carnotensi, in literis associationis cum Monasterio S. Quintini Bellavacensis datis An. 1128. Verba literarum sunt: Cum igitur à longe retroactis temporibus, à visceribus Matris nostræ Ecclesie B. Quintini Bellavacensis suarimus spiritaliter propagati, &*

*ab ipsa, tanquam à Fonte sacra, Religioni sua Jumpsimus per Venerabilem Patrem Ivonem, qui, cum floreret in eadem Ecclesia Religionis novella plantatio sub B. Augustini Regula, digne Omnipotentis Deo militans, Fratribus ibidem Deo servientibus præfuit. Quo loco vellicat sententiam Thomassinii asserentis S. Ivonem Canonicos Regulares sub Regula S. Quintini, non Augustini instituisse, aut propagasse. Sed & solvit argumentum pro sententia Doctissimi Thomassinii militans æque doctus Nat. Alexander, dum pergit: Hæc certe Regula est, cujus fit mentio in charta institutionis Canoniorum Regularium Sancti Quintini Bellovacensis in Ecclesia S. Georgii Trecentis à Philippo Episcopo A. 1095. in qua legitur: *Domno itaque Ivone Abbate Trecentis in Capitulo B. Petri residente, hæc ratio approbata est ex utraque parte, ut Frater S. Georgii à S. Petro sua teneant, à B. autem Quintino Regulam: in qua quidem si offenderint, illius sit Ecclesia aut aliquid in eis corrigere, aut aliquem ex eis transmutare.* Certe in hac charta authentica legimus, Frater S. Georgii à B. Quintino accepisse Regulam, non tamen B. Quintini Regulam. Literæ autem associationis Canoniorum S. Joannis in valle Carnotensi mox relatæ hanc dicunt fuisse Regulam S. Augustini. Regulam S. Augustini viris accommodatam commentario illustravit Hugo à S. Victore; quod argumento est Canonicos Regulares Congregationis Victorinæ hanc Regulam fuisse professos. Idem probant primæ Constitutiones MSS. quæ ad S. Genovevam asservuntur cap. de *suspensione Novitiorum*, ubi Abbas Novitium alloquitur dicens: *Frater, reddis te Deo ad servendum eum in societate & obedientia Congregationis hujus, & ad tenendam vitam Canoniam secundum Regulam B. Augustini, & Constitutiones hujus loci, quæ vel jam in præsentem institutæ sunt, vel post hæc, Domino annuente,**



nuentes, institutæ sunt? Respondet: Reddo. Ex quo illustri loco patet i. Clericos seu Canonicos Regulares his sæculis, saltem persequi (id quod etiam fatentur Apologitæ Benedictini) professos fuisse Regulam S. Augustini, quam etiam Canonici Præmonstratenses adoptarunt. 2. Eos, præter Regulam communem S. Augustini, diversas Constitutiones servandas spondidisse, ut ex dictis elucet animam advertenti. 3. Tribus votis Religionis obligatos fuisse.

25. Hi Canonici Regulares Parochiales Ecclesiæ regere poterant, salvo tamen Episcopi jure.

Id primum Sueffionensi Abbati concessum videtur ab Urbano II. ep. 18. ubi ait: *Ut igitur propositi vestri Ordinem, secundum B. Augustini Regulam commissi tibi Fratres tranquille valeant absque secularium tumultuum perturbacionibus annuente Domino custodire; postulacioni ræ libenter annuimus, ut in Parochiis Ecclesiis, que ad vestrum Monasterium pertinent, Regulares vobis liceat Claustris vestris Clericos ordinare, qui & Ecclesiis ipsæ Religiosè serviant, & adjacentis populi Parochiam secundum timorem Dei, salvo Episcopi jure debito, sollicitè procurare non negligant. Et Concilium Pictaviense Præsentibus Paschalis II. Papa Legatis An. 1100. celebratum Canone 9. statuit: Ut Clerici Regularibus jussu Episcopi sui baptizare, prædicare, penitentiam dare, mortuos sepelire liceat.*

26. Idem Canonici Regulares Parochii præpositi à suis Abbatibus amoveri ad nutum, & in Monasterium revocari poterant.

Id probat Epistola 95. Stephani Abbatis S. Genovevæ, postea Toracensis Episcopi, qua Lucium III. rogat, ut Canonicos S. Joannis Sueffionensis adversus Abbatem, eos à Parochiis revocantem contumaces, reprimat. *Per obedientias, inquit, inobedienter vivunt, nec Abbati revocanti respondere, nec corrigenti vo-*

*lunt acquiescere, nec credere corripienti. Hujus nequitia sua velamentum, & excusationis opponunt causam, auctoritatem Episcopi sui, qui contra sacram, quam professi sunt, disciplinam, armat eos & animat, ne Abbati suo reverentiam exhibeant, quam ei inter prima sue conversionis auspicia, coram Deo, & Sanctis ejus reliquis, tamquam Castellis Reipublicæ jurati milites promiserunt. En originem differentiarum inter modernum Clerum Sæcularem & Regularem in vitæ ratione, & cura animarum; atque compendium omnium fere, que de utroque hucusque diximus. Vivebat primitivè Clerus non quidem communi domo, & mensa, sed communibus sportulis, ex communi Diocesis penu Ecclesiastica per Episcopum administrata; atque ex Cathedrali Ecclesiæ ad rurales pascendas mittebatur ad nutum Episcopi revocabilis. Ad communem mensam, domumque Sæculo IV. instituebatur à S. Augustino in Africa, quin ad Monachismum in Europa per Eusebium, in Asia per Basilium, ad curam animarum revocabiliter mistendus; sed non omnis capere verbum hoc, quin Sæculis insipientibus titulum stabilem in Beneficiis independentem à dispositione vel revocatione Episcopi sibi acquisivit. Iterum Sæculo VIII. & IX. quasi primitivam Ecclesiæ superans in vita communi sub Regulis Chrodogangi & Aquisgranensi tum in Cathedralibus Ecclesiis sub Episcopis, tum in Collegiatis seu Monasteriis sub Abbatibus fere per totum Occidentem coadunatus est, Beneficia Ecclesiastica plurimis in locis revocabiliter utique administrans. At, vita communis Sæculo X. fere deserta, aut saltem magnopere lapsa est. Restoruit equidem Sæculo XI. & XII. & quidem sub arctiori disciplina, zelo præstantissimorum Virorum, quos ex parte commemoravimus; at totus Clerus, & præsertim Cathedralis, eam non est amplexus; unde factum est, quod*

Cl.

Clerus eandem vivendi rationem amplexus, in Congregationes varias sectus fuerit, à Capitulis Cathedralibus vitam communem amplius non colentibus distinctas, atque ad Monachismum magis accedentes. Qui proinde ad curam animarum non assumebatur nisi in Beneficiis Abbatibus suis incorporatis, & quidem immediate à suis Abbatibus, salvis juribus Episcopalibus, ac revocabiliter: quæ disciplina tam in Canonicis Regularibus, quam Monachis, curam animarum adeptis, in præsentem diem perseverat, eoque in hoc puncto à Clericis Sæcularibus principaliter scernitur.

27. Sæculo nihilominus XIII. Episcopi Canonicos Cathedralium suarum ad vitæ Regularis professionem compellere poterant.

Id ex cap. *Quoniam* à Gregorio IX. promulgato Tit. *de vita & honestate Clericorum*, compertum est. Quæ proculdubio Constitutione fretum Concilium Colonienſe An. 1260. vitam Regularem & communem in omnibus ejusdem Provincie Capitulis restituit Can. 7. Benedictus vero XII. Constitutione, que incipit *Ad decorem*, A. 1339. Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini æconomiam edixit.

28. Hoc quoque Sæculo Gerardus Magnus Parisiensis Doctor, Ultrajectensis, & Aquisgranensis Canonicus, Beneficiis opibusque dimissis, Congregationem Fratrum vitæ communis Daventræ instituit. Quod Institutum postea per Germaniam inferiorem late propagatum est.

Canonici Regulares non erant, sed Clerici nullo voto obligati. Bona si quæ habebant, in commune conferebant, cum in societatem admittebantur, jureque illa repetendi, si è Congregatione illos exire contingeret, & in perpetuum abdicabant; labori manuum iungebant magistrum literarum humaniorum.

29. Sæculi XV. initio instituta est Congregatio Canonico Regularium S. Salvatoris Sylvæ Lacus.

Nomen sumpsit hæc Congregatio ab Ecclesiæ S. Salvatoris dicata in Sylva illicum ad lacum Civitati Senensi vicinum, quæ postea Scopetinum in vulgo appellata est ab unione Ecclesiæ S. Donati de Scopeto Florentiæ sitæ, quam Martinus V. ipsi adjunxit. Eiusdem Author est Stephanus Senensis Ordinis Eremitarum S. Augustini professor, qui, mutato habita auctoritate Pontificia, Canonicis Regularis effectus est. Congregationem illam confirmavit Gregorius XII. An. 1408. Regulam profiteretur S. Augustini.

30. Sæculo XVI. Ordo Clericorum Regularium Theatinorum à Joanne Petro Carafa Theatino Episcopo, qui postea fuit Summus Pontifex Paulus IV. & Cajetano Tienzo Nobili Vicentino, ab Urbano VIII. in Beatorum album adscripto, conditus est An. 1524.

Instituta fuit hæc Congregatio à Sanctissimis Viris ad Cleri in Urbe, in Italia, aliisque Regionibus maxime depravati reformationem, inquit Nat. Alexander. Eorum institutum est, præter tria vota Religiosa, non solum nihil omnino possidere, verum etiam nec mendicando vitam sustinere, sed sponte oblati, ac in providentiæ divinæ sinu vivere. Institutum Sanctissimum approbavit Clemens VII. An. 1524.

31. Eodem Sæculo Congregatio Somaschæ Clericorum Regularium condita est ab Hieronymo Amiliano Nobili Veneto ac Senatore.

Finiis hujus Congregationis fuit gerenda Orphanorum cura, ut in certis locis educarentur, & in pietate, literis, vel artium mechanicarum tyrocinio instituerentur. Eam confirmavit Paulus III. An. 1540. Pius V. concessit, ut Clerici Regulares S. Majori de Papiæ nuncuparentur, quoniam illud primum fuit Congregationis Collegium; vulgo tamen *Somaschi* appellantur à loco Mediolanum inter & Bergamum, ubi Fundator Sanctissimus obiit An. 1527.



32. Costanea mox adnumeratæ Congregationi est Congregatio Clericorum Regularium S. Pauli Decollati, vulgo *Barnabitarum*, ab Ecclesia S. Barnabæ eidem Mediolani primum concessa.

Inlita est hæc Congregatio A. 1526. à Viris ejusdem Civitatis nobilibus Jacobo Antonio Morigia, Bartholomæo Ferrario, ac Francisco Maria Zacharia Cremoensis, ferventissimis Seraphini Firmani Canonici Regularis concionibus ad nuntium Seculari vite remittendum incitatis. Qui homines ad penitentiam adhortati, & publica S. Pauli Apostoli Epistoliarum lectione bene vivendi normam edocere satagentes, plurimis aliis in consortium suum adlectis, Congregationem sub præfato nomine considerant, à Clemente VII. approbatam A. 1528. aliisque Pontificibus confirmatam.

33. Hoc ipso Sæculo Congregatio Clericorum Regularium ministrantium infirmis Romæ instituta est à Camillo de Lellis Theatinae Diocesis Presbytero.

Eam approbavit Sixtus V. A. 1585. ejusque Regulam confirmavit Gregorius XIV. A. 1591. reformavit Clemens VIII. A. 1600. Ejus Fundatorum Sanctorum albo inscripsit, ejusque officium Urbis & Orbis effecit Benedictus XIV. feliciter regnans A. 1752. assignata 23. Julii.

34. Hac tempestate præterea prodit Congregatio Clericorum Regularium minorum à Joanne Augustino Adamo Genuesi Presbytero.

A Sixto V. pariter confirmata est, Constitutione, quæ incipit: *Sacra Religionis*, data die 1. Julii 1588.

## S. II.

### De Ordinibus Militaribus.

35. Sæculo XII. instituti sunt Ordines Equestris, Regno Hierosolymitano per Godofridum Bullonium restitutum.

Inter hos celeberrimi fuerunt Hospitalarii S. Joannis Hierosolymitani, Milites templi, Ordo S. Mariæ Teutoniorum, & Ordo de Calatrava.

36. Hospitalis S. Joannis initium habuit, cum adhuc sub Saracenorum dominio Civitas Sancta captiva teneretur.

Dominante Ægyptio Sultano Hierosolymis, postquam Christiani ab eodem facultatem Ecclesie edificandæ prope Sepulchrum Dominicum in honorem B. Mariæ Virginis impetrassent, ac postmodum peregrinis mulieribus excipiendis aliud Monasterium in honorem B. Mariæ Magdalene condidissent, in quo Sanctimonialis Hospitalariæ constituta sunt; demum peregrinorum ad loca Sancta consuetum crescente numero, Abbas & Monachi S. Mariæ infirmis & egenis suscipiendis Hospitalis & Capellam in honorem S. Joannis Eleemosynarii condiderunt. Postquam vero Hierosolymam Dacis Godofridi, aliorumque Fidelium armis à Saracenorum tyrannide liberatam, Christiano cultui penitus restitui voluit Deus; Gerardus quidam Vir nobilis, & vite sanctimonialis insignis, qui in S. Joannis Hospitalii pauperibus & infirmis sub Abbatum Ecclesie S. Mariæ de Latina dictæ, quam mox commemoravimus, directione ministraverat, adjunctis sibi nonnullis honestis, Religiosisque Viris, habitum Regularem suscepit, ac velibus suis alba Cruce insignitis, Redemptionis nostræ signum in pectore palam præferens, Regula salutaris, piisque institutis professione solenni se obstrinxit. Sanctum propositum æmulata est Agnes nobilis & Religiosa femina. Hi devote Domino servientes, & infirmis pauperibus de paupertate sua diligenter ministrantes in agro, qui vocatur Haceldama, mortuos sepeliebant. Progressu temporis Milites cum servientibus in suum Collegium admiserat ad Terræ Sanctæ defensionem contra Saracenos, ac demum Ordo Hospitalis totus in Equestrum mutatus est. Hi-

que

que olim Rhodii, nunc Melitenses Equites. Hæc Natalis Alexander ex Jacobo de Vitriaco Hist. Hierosolymitanæ cap. 64. qui ea desumptis ex Wilhelmo Tyrio hujus Sæculi Scriptore. Quamvis multi originem hujus Equestris Ordinis altius haud improbabilius accersant, inquit Graveison in tabula 14. Chronologica. Qui etiam Colloquio VI. in Sæculum XII. Wilhelmum Archiepiscopum Tyrium, ut parum æquum Militibus Melitensibus cum aliis notat, quod asserat S. Gerardum Hospitalis dictum dedicasse S. Joanni Eleemosynario, cum ex perpetua traditione strenuissimus Ordo S. Joannem Baptistam Patronum suum revereretur. Cardinalis de Vitriaco Hist. Jerosol. cap. 64. & alii.

36. Hospitalariis in militia Religiosa Professione prævire Templarii Equites A. 1118. instituti. Ad partes Hierosolymitani Patriarchæ se adstrinxerunt ad visum publicarum custodiam, & Peregrinorum defensionem contra Prædones & Sicarios.

Initium Ordini debere Viri nobiles Hugo de Paganis, & Gaudridus de S. Aldemaro cum 7. Sociis. Quibus Rex Hierosolymorum Balduinus II. partem Palatii sui juxta Templum Domini concessit ad tempus habitandum: Abbas autem & Canonici Templi Domini plateam, quam juxta Regis palatium habebant, eidem ad construendas officinas tradiderunt. Inde *Frater militie Templi* sunt appellati. Novus Ordo in Concilio Trecenti A. 1128. celebrato confirmatus est, ipsique tradita Regula de mandato Honorii Papæ, & Domini Stephani Patriarchæ Hierosolymitani, teste Wilhelmo Tyrio autore supplicii. Et vestes candidæ conscriptæ, quibus Eugenius III. pollea rubeam Crucem attexti curavit. Ordo hic in sui initio parvus, & à S. Bernardo commendatus, miris Personarum, divitiarumque incrementis in Occidente brevi auctus est, à Clemente V.

Tom. II.

& Philippo Pulchro aliisque Principibus Sæculo XIV. funditus deletus.

37. Ordinis Templariorum foetus est Ordo B. Mariæ Teutoniorum, Hospitalis simul & Equestris, sub eadem Regula militans, hoc tantum discrimine, quod illi Cruces nigras albis chlamydis intertex habentur.

Ordo Teutoniorum dicitur, quod à Teutonicis inchoatus, pro susceptione pauperum peregrinorum & infirmorum ex Teutonica Gente, sive ex Germania fundatus fuerit, & nobiles Germani illi Xenodochio & militie solenni voto se obstrinxerunt. Dicitur autem B. Mariæ, quia sub Depare Virginis patrocinio institutus est. Vide Jacobum de Vitriaco Hist. Hierosol. c. 66.

38. Sacram Calatrave militiam in Hispania instituit B. Raymondus Abbas Fiterii, quod Cisterciensis Ordinis celebre Monasterium in Nayarra.

Ordini condendo Calatrave Urbis discrimen occasione dedit. Hanc Mauris ereptam Alphonsum VIII. Rex Hispaniæ Templariis concessit Militibus, ut arcis instar esset ad Barbarorum incursum arceandos. Ab his metu Saracenorum, quorum propulsandis incursum impares se exultabant, Sanctio III. Castellæ Regis Alphonso filio reddita. Quam ille Raymondus Fiterii Abbati, & Didaco Velasqui Monacho, viro bellicæ fortitudinis gloria quondam celebri, dedit. Hi ope Joannis Archiepiscopi Toletani, & Civium collecto exercitu, Saracenos respressere, quibus impugnantibus B. Raymondus Militarem Ordinem Cisterciensis Instituti condidit A. 1159. vel 1160. Ordinem Calatrave laudat Rodericus Ximius Raymondus & Didaco Velasqui suppar Author lib. 7. cap. 17.

39. Præter hos celebriores Ordines Militares Sæculo XII. exortos, Sæculo XIII. alii adhuc conditi sunt. Et imprimis Ordo S. Mariæ Gloriosæ: cujus officium erat procuratio & conciliatio pa-

Bb

cis



cis in Civitatibus Italiae, quae Gibellinorum, & Guelforum intestine odiis ac bellis conflagrabant.

Auctor Instituti fuit Bartholomaeus Ordinis Fratrum Praedicatorum, Vir Sanctus, Patria Vincentinus. Ab Urbano IV. confirmatus est An. 1261. Tunica alba & subcinerica toga induti, Crucem purpuream in campo albo duabus supra positus stellis praeferebant. Regulam S. Augustini profitebantur. Quos etiam, quod suis quique in aedibus cum Uxoribus & Liberis vitam agere permitti sint, vulgus *Fratres gaudentes* appellavit. De his Griderbaci in historia Bononiensi.

40. Prodit in Palaestina circa A. 1250. Equestris Ordo Penitentiae SS. Martyrum sub Regula S. Augustini.

Ejus meminere, qui de Ordinibus Militaribus scripserunt, praesertim Franciscus Menenius. Verba sunt Natalis Alexandri ex Menenio. A B. Cleto An. Christi 87. fundatum Ordinem Sanctum praetendunt eius Professores.

41. Ordinem Fratrum & Militum Hospitalis Leprosorum S. Lazari Hierosolymitani longe ante sua tempora constitutum, sub S. Augustini Regula confirmavit Alexander IV. An. 1255.

De eo legendi Peléjus & Menenius in libris suis de Ordinibus Equestribus, &c.

42. Ordo Montefix ab urbe Regni Aragonii, in qua Sedes ejus praecipua constituta est, Ordini Calatravae aggregatus, & Cisterciensium leges sub proprio Magistro servare iussus est; Valentinique Regnum à Maurorum incuribus tueri. Vestis candida cum rubea Cruce novi Milites insigniti. Templarium bona in Valentino tractu illis colata.

Joannis XXII. Pontif. Max. auctoritate haec militia instituta, idque Aragonii Regis precibus datum An. 1317.

43. Post biennium in Lusitania, eodem Pontifice concedente, sacra pariter

Militia instituta est, cui à Christo nomen, Mauris & Saracenis propulsandis, Cruce rubra, linea candida intersecante distincta. Cui etiam Templariorum bona ejusdem Regni attributa fuerunt.

Sedes principalis Castrum Marinum Sylvensis in Algarbiis Diocesis, unde postea Tomarium migrarunt. De Montefix, & Christi Militia legendus Mariana lib. 15. cap. 16. Haec ex Natali Alexandro desloravimus. Quem non omnes Ordines Militares enumerasse constat ex eo, quod nostris in oris conspicimus Ordinem Militarem Custodem S. Sepulcri Prae in Zedras, & Nisse Silesiorum Domicia habentem, nec non Ordinem Militarem Crucigerorum cum rubea Stella per Bohemiam, Moraviam, Austriam, Hungariam, Poloniam, Silesiam diffusum; ac praeter hos quosdam adhuc referat in suo emblemate *Liber vita* intitulo Eximius D. Simon Antonius Ertl posterioris Ordinis Alumnum, Prae An. 1714. edito: cujus verba de utraque sacerrima familia huc excerpto nulla mutatione, vel additamento adhibito. De primo itaque scribit: Circa primævum huius Ordinis Fundatorem magna inter Authores est diversitas. Ut Bartholomaeus de Saligna ejusdem Ordinis Eques illum faciat ceteris antiquiorem, & Apostolicum, conatur in itinere Terrae Sanctae ex quibusdam conjecturis probare, quod originem trahat ex Institutione S. Jacobi primi Hierosolymorum Episcopi. — Sunt etiam, qui à S. Helena Constantini matre fundatos existunt Custodes S. Sepulcri. — Nonnulli etiam huius Militiae florem S. Narcisso tribuunt. — Verum, ut scribit Andreas Mendo §. 3. ex Sylvestro Marullo, Petro Pellego, & aliis Scriptoris, probabilius videtur initium sumpsisse circa An. Christi 1100. quo tempore Balduinus primus Hierosolymorum Rex hos Equites instituit cum obligatione S. Sepulcro assistendi, elemosynas corrogandi pro redimentis ex

cop-

captivitate apud Saracenos Christianis. Haec ille. De posteriore vero seu proprio inclyto Ordine solum haec: Inter Illustriores Militarium Ordinum Cohortes, quae olim pro fide & Ecclesia non modo Religione sed & Armis sub Crucis labaris contra infidelem Orientem decertantes praecleara merere stipendia, conspicua etiamnum est inclyta Crucigerorum cum rubea Stella Familia. Cujus Illustris Militis, posteaquam compluribus annis sepius de Saracenis adempta illis Aegypto, Palaestina, Phoenicia, Hierosolymis in virtute S. Crucis triumphasset, tandem ultra vires eorum, invalescente Barbaro-

rum potentia, sua in Orientalibus terris exuti statione Anno 1217. regnante in Bohemia Przemisso Octocaro, in Bohemiam, quasi lassati praestantiam actorum meritis, seque, suaque signa recipient, devenerunt. Post quae Regum, Reginarumque Bohemiae in eos munificentiam enarrat. Inclyti Ordinis Supremus ac Generalis Magister Veteris Prae in principe Hospitali ad pedem Pontis residet. In quem, dum haec scribo, electus est Reverendissimus, Perillustris, ac Amplissimus Dominus Antonius Jacobus Suchanck, quem honoris ac debite venerationis causa nominare constitui.

## TITULUS XXXVIII.

## De Jure Patronatus.

**N**omen ipsum Juris Patronatus eo sensu, quo accipitur praesenti Titulo, quod nimirum sit Jus nominandi seu praesentandi Clericum idoneum promovendum ad Beneficium Ecclesiasticum vacans, & hodie passim à Canonistis & Theologis intelligitur, non reperitur apud antiquos Authores Canonum & Legum, aut eruditus Franciscus Florens apud Espenium in tractatu de antiquo Jure Patronatus monetque nomen Patroni, quod in cap. 1. & 2. h. t. apud Gregorium extat, deesse in collectione prima, & integre Canonibus, qui extant in Concilio Cabillonensi 2. sub Carolo M. & Triburienfi sub Arnulpho. Fuit autem haec distinctio Patroni addita à B. Raymundo Decretalium Collectore facilioris notitiae causa: quia ejusdem aetate nomen Patroni in ea significatione, quam hodie habet, invaluerat.

2. Licet autem nomen Patroni in hodierna significatione ignotum esset, res ipsa tamen non erat incognita.

Fundatoris enim & Fundationis nomine veteres quidem utebantur, at ea

ferre iis tribuebant jura, quae hodie Patronis tribuuntur. Non quidem, quod hodierna, Patronorum Jura pristinam Ecclesiae Saeculis nota, & secundum modernam disciplinam ordinata fuerint, quod nonnulli sensim accidit; sed quod in antiquis Canonibus, ac monumentis occurrant multa, quae ipsum jus Patronatus licet non nomine, ipsa tamen in hodierna etiam acceptione notum fuisse ostendunt, ipsisque initia & progressus satis probant.

3. Notant praeterea communiter Interpretres, multis Saeculis unius dumtaxat generis jus Patronatus fuisse: neque differentiam ullam inter Ecclesiasticum & Laicum in antiquis Canonibus, vel Novellis Justiniani notam esse: sed divisionem Juris Patronatus in Ecclesiasticum & Laicum, & differentias inter utrumque sensim labentibus Saeculis, non tam canone, quam consuetudine invaluisse.

Jus Patronatus Ecclesiasticum proprie dicitur, quod competit Ecclesiae, seu ratione Ecclesiae sive Clerico, sive etiam Laicae Personae v. g. Abbatisse. Jus Patronatus Laicale vero appellatur, quod ali-

Bb 2

cui



cis in Civitatibus Italiae, quae Gibellinorum, & Guelforum intestine odiis ac bellis conflagrabant.

Auctor Institutus fuit Bartholomaeus Ordinis Fratrum Praedicatorum, Vir Sanctus, Patria Vincentinus. Ab Urbano IV. confirmatus est An. 1261. Tunica alba & subcinerica toga induti, Crucem purpuream in campo albo duabus supra positus stellas praeferebant. Regulam S. Augustini profitebantur. Quos etiam, quod suis quique in aedibus cum Uxoribus & Liberis vitam agere permitti sint, vulgus *Fratres gaudentes* appellavit. De his Griderbaci in historia Bononiensi.

40. Prodit in Palaestina circa A. 1250. Equestris Ordo Penitentiae SS. Martyrum sub Regula S. Augustini.

Ejus meminere, qui de Ordinibus Militaribus scripserunt, praesertim Franciscus Menenius. Verba sunt Natalis Alexandri ex Menenio. A B. Cleto An. Christi 87. fundatum Ordinem Sanctum praetendunt eius Professores.

41. Ordinem Fratrum & Militum Hospitalis Leprosorum S. Lazari Hierosolymitani longe ante sua tempora constitutum, sub S. Augustini Regula confirmavit Alexander IV. An. 1255.

De eo legendi Peléjus & Menenius in libris suis de Ordinibus Equestribus, &c.

42. Ordo Montefix ab urbe Regni Aragonii, in qua Sedes ejus praecipua constituta est, Ordini Calatravae aggregatus, & Cisterciensium leges sub proprio Magistro servare iussus est; Valentinique Regnum à Maurorum incuribus tueri. Vestis candida cum rubea Cruce novi Milites insigniti. Templarium bona in Valentino tractu illis colata.

Joannis XXII. Pontif. Max. auctoritate haec militia instituta, idque Aragonii Regis precibus datum An. 1317.

43. Post biennium in Lusitania, eodem Pontifice concedente, sacra pariter

Militia instituta est, cui à Christo nomen, Mauris & Saracenis propulsandis, Cruce rubra, linea candida intersecante distincta. Cui etiam Templariorum bona ejusdem Regni attributa fuere.

Sedes principalis Castrum Marinum Sylvensis in Algarbiis Diocesis, unde postea Tomarium migrarunt. De Montefix, & Christi Militia legendus Mariana lib. 15. cap. 16. Haec ex Natali Alexandro desloravimus. Quem non omnes Ordines Militares enumerasse constat ex eo, quod nostris in oris conspicimus Ordinem Militarem Custodem S. Sepulchri Pragae in Zedras, & Nisse Silesiorum Domicia habentem, nec non Ordinem Militarem Crucigerorum cum rubea Stella per Bohemiam, Moraviam, Austriam, Hungariam, Poloniam, Silesiam diffusum; ac praeter hos quosdam adhuc referat in suo emblemate *Liber vita* intulato Egidius D. Simon Antonius Ertl posterioris Ordinis Alumnum, Pragae An. 1714. edito: cujus verba de utraque sacerrima familia huc excerpto nulla mutatione, vel additamento adhibito. De primo itaque scribit: Circa primævum hujus Ordinis Fundatorem magna inter Authores est diversitas. Ut Bartholomaeus de Salignia ejusdem Ordinis Eques illum faciat ceteris antiquiorem, & Apostolicum, conatur in itinere Terrae Sanctae ex quibusdam conjecturis probare, quod originem trahat ex Institutione S. Jacobi primi Hierosolymorum Episcopi. — Sunt etiam, qui à S. Helena Constantini matre fundatos existunt Custodes S. Sepulchri. — Nonnulli etiam hujus Militiae florem S. Narcisso tribuunt. — Verum, ut scribit Andreas Mendo §. 3. ex Sylvestro Marullo, Petro Pellego, & aliis Scriptoris, probabilius videtur initium sumpsisse circa An. Christi 1100. quo tempore Balduinus primus Hierosolymorum Rex hos Equites instituit cum obligatione S. Sepulchro assistendi, elemosynas corrogandi pro redimentis ex

cop-

captivitate apud Saracenos Christianis. Haec ille. De posteriore vero seu proprio inclyto Ordine solum haec: Inter Illustriores Militarium Ordinum Cohortes, quae olim pro fide & Ecclesia non modo Religione sed & Armis sub Crucis labaris contra infidelem Orientem decertantes praecleara merere stipendia, conspicua etiamnum est inclyta Crucigerorum cum rubea Stella Familia. Cujus Illustris Militis, posteaquam compluribus annis sepius de Saracenis adempta illis Aegypto, Palaestina, Phoenicia, Hierosolymis in virtute S. Crucis triumphasset, tandem ultra vires eorum, invalescente Barbaro-

rum potentia, sua in Orientalibus terris exuti statione Anno 1217. regnante in Bohemia Przemislao Ottocaro, in Bohemiam, quasi lassati praestantiam actorum meritis, seque, suaque signa recipient, devenere. Post quae Regum, Reginarumque Bohemiae in eos munificentiam enarrat. Inclyti Ordinis Supremus ac Generalis Magister Veteris Pragae in principe Hospitali ad pedem Pontis residet. In quem, dum haec scribo, electus est Reverendissimus, Perillustris, ac Amplissimus Dominus Antonius Jacobus Suchanck, quem honoris ac debite venerationis causa nominare constitui.

## TITULUS XXXVIII.

## De Jure Patronatus.

1. **N**omen ipsum Juris Patronatus eo sensu, quo accipitur praesenti Titulo, quod nimirum sit Jus nominandi seu praesentandi Clericum idoneum promovendum ad Beneficium Ecclesiasticum vacans, & hodie passim à Canonistis & Theologis intelligitur, non reperitur apud antiquos Authores Canonum & Legum, aut eruditus Franciscus Florens apud Espenium in tractatu de antiquo Jure Patronatus monetque nomen Patroni, quod in cap. 1. & 2. h. t. apud Gregorium extat, deesse in collectione prima, & integris Canonibus, qui extant in Concilio Cabillonensi 2. sub Carolo M. & Triburienfi sub Arnulpho. Fuit autem haec distinctio Patroni addita à B. Raymundo Decretalium Collectore facilioris notitiae causa: quia ejusdem aetate nomen Patroni in ea significatione, quam hodie habet, invaluerat.

2. Licet autem nomen Patroni in hodierna significatione ignotum esset, res ipsa tamen non erat incognita.

Fundatoris enim & Fundationis nomine veteres quidem utebantur, at ea

ferre iis tribuebant jura, quae hodie Patronis tribuuntur. Non quidem, quod hodierna, Patronorum Jura praeiustis Ecclesiae Saeculis nota, & secundum modernam disciplinam ordinata fuerint, quod nonnulli sensim accidit; sed quod in antiquis Canonibus, ac monumentis occurrant multa, quae ipsum jus Patronatus licet non nomine, ipsa tamen in hodierna etiam acceptione notum fuisse ostendunt, ipsisque initia & progressus satis probant.

3. Notant praeterea communiter Interpretres, multis Saeculis unius dumtaxat generis jus Patronatus fuisse: neque differentiam ullam inter Ecclesiasticum & Laicum in antiquis Canonibus, vel Novellis Justiniani notam esse: sed divisionem Juris Patronatus in Ecclesiasticum & Laicum, & differentias inter utrumque sensim labentibus Saeculis, non tam canone, quam consuetudine invaluisse.

Jus Patronatus Ecclesiasticum proprie dicitur, quod competit Ecclesiae, seu ratione Ecclesiae sive Clerico, sive etiam Laicae Personae v. g. Abbatisse. Jus Patronatus Laicale vero appellatur, quod ali-

Bb 2

cui



cui sive Laico, sive Clerico competat ratione proprii Patrimonii, non Beneficii, vel Ecclesie. Eorum differentie precipue consistunt in differentia temporum presentationi desinitorum à Bonifacio VIII. ad finem Sæculi XIII. probata c. un. de Jure Patronatus in 6. & in ea, quod Patronus Laicus intra suum tempus possit successive plures presentare, eo saltem effectu, ut Episcopus possit etiam posterius presentare prætere priori presentato; Ecclesiasticus vero Patronus unum tantum; & si de facto plures successive presentaverit, prior sit omnino præferentia. De quibus videantur Scholastici. Nos notas historicas de utroque in globo dabimus.

4. Præcipua pars Juris Patronatus est Præsentatio Clerici ad Beneficium vel Ecclesiam fundatam; hæc comitantur Jura alimentationis, superintendentia, & Jura honorifica: inter quæ hodie usitatoria sunt honor Processionis, honor Thuris, aquæ benedictæ, honor precum, honor sedis, & Sepultura.

De omnibus hæc historica commentatio jam insinuanda.

5. Primis igitur quinque Ecclesie Sæculis jura quædam honorifica ipsi Ecclesiis Fundatoribus concessa fuere ex virtute gratitudinis.

Id testatur Alexander III. in cap. 24. de Jure Patronatus primæ collectionis apud Ant. Augustinum, ubi ait: *Sanctos Patres Patronis reservasse, quæ plane observentur.* Et ita legimus nomina & elogia Fundatorum in eorum Ecclesiis sub initium Sæculi V. solemniter fuisse inscripta, uti testatur S. Paulinus tam florens ep. 10. & 12. Quin & à Fundatoribus ceperunt, etiam antiquissimis temporibus, ipse Ecclesie nomen suum mutare, atque Titulus Ecclesie nomen Fundatoris præferre. Unde inter Titulos sive Basilicæ Ecclesie numerantur *Basilica Constantiniana, Titulus Damasi, Titulus Equitii, Titulus Pastoris, Titulus*

*Vesinae, Titulus Eudoxie, Titulus Lucinae & Fajciola;* nomine petito à Fundatoribus, sive masculis, sive feminis. Hæc Francicus Florens in tractatu de antiquo Jure Patronatus, qui pluribus exemplis aliarum Ecclesiarum, quæ à nomine Fundatorum jam pridem appellate sunt, id ipsum confirmat; notatque, quod is solus honor Patrono, ut de nomine ejus Basilicæ, id est, Ecclesie, Oratoria, Monasteria denominarentur, ab initio videatur attributus.

6. Ad Sæculi IV. finem vel V. initium Jus nominationis, vel ( ut hodie vocatur ) Jus Præsentationis Fundatoribus delatum fuisse, verosimilimum est.

Propositionem admittere videtur Can. 10. Concilii Arauscani I. An. 441. celebrati, in quo decernitur: *Episcopum non esse prohibendum in alieno territorio Ecclesiam edificare;* additque: *Servata edificatori Episcopo hac gratia, ut quis desiderat Clericos in re sua videre, ipsos ordinet;* id est, *cujus territorium est, vel si ordinati jam sint, habere acquirat.* Quin autem hic Episcopo edificatori jus plane simile juri hodierno presentationis referretur, negari nequit: adeoque jus illud jam Sæculo V. Fundatoribus deferri cepisse constat. Quin multum probabile est, idem jus ad Successores similium Episcoporum transiisse; cum in eodem Concilio æquum esse censetur, ut ne habeat alios Episcopus ille, in cujus Diocesi Ecclesia edificata fuit, Ministros, quam quos Fundator desiderat Clericos in re sua videre. Hæc enim ratio suffragatur omnibus in Episcopatu successuris. Notandum tamen, quod hoc Jus nomine *Gratiæ* exprimitur, ut significetur gratia Ecclesie ad Fundatores pervenisse.

7. Eodem Sæculo V. eadem gratia necdum videatur facta Fundatoribus laicis in Occidente, bene vero in Oriente, adeoque Jus presentandi Laicorum ibidem antiquius est, quam apud nos.

Ut enim advertit eruditus Florens, idem

idem Canon Arausicanus loquens de Sæcularibus Ecclesiis edificantibus, nihil illis simile annuit. Quin Canon 39. concilii Arelatensis II. An. 451. eandem Canonem confirmans, addita hæc clausula: *Et si quid Ecclesie fuerit ab Episcopo Conditor collatum, is, in cujus territorio est, auferendi non habeat exinde potestatem.* Hoc solum edificatori Episcopo credimus reservandum; quasi ex professo edificatore alium, præter Episcopum, ab hac gratia excludit.

Quantum ad secundam partem, refertur à Theodoro Lectore, Pulcheriam Augustam pientissimam Imperatricem plures in vita Ecclesias edificasse, atque possedisse, seu jus presentandi necessarios in illis Ministros habuisse; uti ex hæc phrasi infert Thomassinus, addens: *Eudoxiam Imperatricem, Theodosii Junioris conjugem, cum plura, etque splendidissima Tempia in Palestina excitasset, eo, quibus collibitum sibi esset, administranda concedidisse.* Scripserit item vita B. Euthymii Abbatis, Cyrillus apud eundem fidem facit de Ecclesia S. Stephani, quam amplissime dotatam contulit Gabrielis Monacho, quem prius curaverat Presbyterum ordinare. Baron. ad A. 445. N. 21. Narrat idem Scripserit, ut nobilis & pia Matrona Bassa Andream Pastorem effecerit, & Præfectum Monasterii, quod ab ea fuerat edificatum. Idem Baronius An. 460. N. 24. Ex quo infert Thomassinus fundationis iure Patroni nominabant Abbates Monasteriorum in Oriente, quanto probabilius Rectores, & Beneficiarios quaruncumque aliarum Ecclesiarum?

8. Sæculo VI. VII. & VIII. Patronatus & Laicus, & Ecclesiasticus tam in Occidente, quam in Oriente incrementa suscepit.

Quod Occidentem attinet, tempore Gregorii M. seu ad Sæculi VI. finem & VII. initium Patronatus Laicum in Italia necdum invaluisse, ex scriptis ejusdem

Pontificis ostendere conatur Thomassinus de Beneficiis p. 2. lib. 1. c. 30. Lib. enim 2. ep. 9. vetat ne Matrona in Oratorio à se constructo Presbyterum Cardinalem, seu Beneficiarium constituat. Epist. nihilominus 59. fidem facit nominatum fuisse à Fundatrice Monialium Abbatissam. Lib. item 8. ep. 18. cum Surretina Episcopo orbatâ esset Ecclesia, electusque fuisset Presbyter Oratorii, quod in Castro erat Matronæ Nobilis; rescripsit Gregorius ad Subdiaconam Rectorem Patrimonii Romanæ Sedis in Campania, ut examen de illo institueret; & si Episcopatus gerendo idoneum comperisset, Romam dedinaret, perito, etiam forsitan minus impetrato, consensu Matronæ. Non recedit, inquit Thomassinus, à verosimilitudine, penes hanc Matronam fuisse jura Patronatus, qui tum utique Laicus fuerat. Quo referri etiam debet, quod alibi idem Pontifex Lunensi mandavit Episcopo, ut Presbyteros ordinet, Diaconosque, quos militia Dux quidam presentaret, diu ante tamen examinatos; ex quo loco umbram quandam Imperatoris, Regique, adeoque Laici Patronatus elicit Thomassinus, quo Imperatores, & sub ipsis constituti Militum Duces Capellanos seu Ministros sacros bellicos presentabant; ab Episcopis ordinandos; id quod confirmari potest ex Decreto Belagii, Gregorii Successoris in collect. Rom. pag. 241. In Gallis vero his Sæculis Patronatus Laicorum sua accessisse incrementa constat ex Concilio Aurelianensi IV. Can. 7. 26. item 33. ubi dicitur: *Si quis (Laicus) in agro aut habet, aut habere possit Diocesim (Parochiam), primum & tertius ei deputet sufficienter, & Clericos, qui officia sua ibi implent, ut sacratis locis reverentiam condigna tribuantur.* Horum Laicorum Patronorum jura, vel auctoritatem moderatus est S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus in Constitutionibus suis. Prohibuit vero imprimis, ne vel instituerent Beneficiarios, vel desti-



tuerent, inconsulto & invito Episcopo, & ne quid pretii pro presentatione exigent. Verba ejus sunt: *Ut Laici Presbyteros non ejiciant de Ecclesiis, nec mittere presumant sine consensu suorum Episcoporum.* Ut Laici omnino non audeant munera exigere à Presbyteris propter commendationem Ecclesie. Spicil. 1. 9. pag. 63. Ex quo pater de Germania. Jus vero hoc presentandi in Hispania quoque Saeculo VII. stabilitum fuisse evincit decretum Concilii Toletani IX. in cujus Canone 2. decretatur: *Ut quamdiu eorum Fundatores Ecclesiarum in hac vita superstiti existerint, pro istem locis curam permittantur habere sollicitam, & sollicitudinem ferre præcipuum: atque Rectores idoneos in istem Basilicis istem ipsi offerant Episcopis ordinandos. Quod si tales forsan non inveniuntur ab eis, tunc quos Episcopus loci probaverit Deo placitos, sacris cultibus instituat cum eorum contentiva servituros. Quod si, spreto istem Fundatoribus, Rectores ibidem presumpserit Episcopus ordinare, & Ordinationem suam irritam noverit esse, & ad verecundiam sui alios in eorum loco, quos istem ipsi Fundatores condignos elegerint, ordinari.* Can. 32. cauf. 16. q. 7.

Quantum ad Ecclesiam Græcam Jus presentandi à Justiniano attribuitur Fundatoribus, vel Heredibus, & eorum Successoribus, qui suo ex maruptio effundent, quo alantur Ministri & Beneficarii: ita sane, ut necessario semper intervenire Episcopi consensu debeat, & institutio. Si qui, inquit Novella 57. adificans Ecclesiam, aut etiam aliter expendens in ea ministrantibus alimenta, voluerit aliquos Clericos insituere, non esse fiduciam ullam, quos vult, per potestatem deducere tunc Reverentia ad ordinandos eos, sed examinari à tua Sanctitate, & hos suscipere ordinationem, qui Dei Ministerio digni videbuntur existere. Vide etiam Novellam 123. c. 18.

9. His quoque Saeculis Patronis Ec-

clesiarum accessit jus curam habendi locorum à se vel à parentibus suis in Ecclesiam collatorum.

Id constat ex Canone 1. Concilii Toletani IX. mox citati, ubi habetur: *Filii, vel Nepotibus, ac honestioribus propinquis ejus, qui construxit, vel dilavit Ecclesiam, licitum sit hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si Sacerdotem, seu Ministrum aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut commotionis honesta conventionem peccent, aut Episcopo vel Judici corrigenda denuntient. Quod si talia Episcopo agere tenet, Metropolitanus ejus hæc insinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia agat, Regis hæc auribus intimare non differant.* Eadem jam prius statuta fuerunt in Concilio Toletano IV. qui Canones referuntur apud Gratianum causa 10. q. 1. Can. 6. Item 16. q. 1. Can. 60. & 16. q. 7. c. 31. Hinc Rectores Angliæ Saeculo XIII. rationem decerpserunt, ut assererent, ne quidem à Summo Pontifice imminui, & quoquo modo usurari posse Patronatum Ecclesiarum redditus, nec ullam exactionem iis imperari. Apud M. Paris ad An. 1240. Et alii volunt cum le Roi, non tantum circa bona temporalia hanc Fundatorum sive Patronorum curam versari debere; sed & circa officium divinum, aliaque ex præscripto fundationis peragenda. Dumque illis obijciuntur constitutio Synodi Tridentina Sess. 24. cap. 3. de Reform. decernens: *Patroni vero in iis, quæ Sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se presumant ingerere, neque visitationi ornamentorum Ecclesie, aut bonorum stabilium, seu fabricarum proventibus immisceant: nisi quatenus id eis ex institutione ac fundatione competit, &c.* Respondent, nullatenus verisimile esse, quod Synodus Tridentina sollicita semper inhaerere, quantum temporis conditio patiebatur, sacris Canonibus, voluerit curam & vigilantiam Patronorum pro tuendis legi-

legibus Patronalibus, Canonum auctoritate stabilitam, evertere; sed cavere dumtaxat, ne Patroni prætextu defensionis Episcopos in officiorum divinarum celebratione, aut Sacramentorum administratione turbarent, aut Jura Ecclesiarum sibi appropriarent, conformiter ad Concilia Toletana; quæ LL. cit. postquam Fundatorum curam, & studium in tuendis rebus Ecclesie excitantur, subijciunt hoc monitum: *Noverint autem conditores Basilicarum, in rebus, quas istem Basilicis conferunt, nullam potestatem habere: sed juxta Canonum instituta, sicut Ecclesiam, ita & dotem ad ordinationem Episcopi pertinere.*

10. Istem Toletanis, aliisque Canonibus statutum fuit, ut Fundatores seu Patroni Ecclesiarum ad egestatem redacti ab istem alantur.

*Præbendum est, ait Can. 38. Concilii Toletani IV. apud Gratianum 16. q. 7. c. 30. à Sacerdotibus vitæ solatium indigentibus, & maxime his, quibus restituenda vicissitudo est: quicumque ergo Fidelium de facultatibus suis Ecclesie aliquid devotionis proprio contulerunt, si forte ipsi aut Filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporum usu percipiant. Si enim Clerici, vel Monachi, seu peregrini, aut quamlibet necessitatem sustententibus, pro solo Religionis intuitu in usum rei Ecclesiasticæ largiantur, quanto magis his consulendum est, quibus retributione justa debetur.* Ad hunc Canonem respexit Pontifex in cap. 23. h. t. scribens: *Pro fundatione quoque Ecclesie honor Processionis servatur, & si ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modeste (vel ut alia lectio habet) moderate succurritur, sicut in sacris est Canonibus constitutum.* Unde & ex præscripto Pontificali Romani Episcopus, facta Ecclesie consecratione, dicit ad Fundatorem, quod si Fundator aut ejus Heredes casu ad egestatem pervenerint, grata recor-

datione Ecclesie Fundatoris piam liberalitatem recognoscit. Ex hac ipsa vicissitudinis seu gratificationis lege manavit, ut Fundator vel sibi, vel suis Successoribus pensionem aliquam annuatim etiam extra casum necessitatis solvendam reservare valeat, uti habetur in c. 23. h. t. Quinimo talis pensio tertio alicui constitui potest juxta cap. 16. de Censibus. De quibus vide Canonistas.

11. Quantum ad jura honorifica, Patronis seu Fundatoribus ab Ecclesia concessa, Honor Processionis, seu præcedentia in Processionibus, si non est à Gelasio I. Saeculi V. sine institutis, certe ejus Canones eidem prærogativa in sequentibus Saeculis occasionem præbuerunt.

Plerique Canonistarum credant honoris Processionis jam pridem meminisse Gelasium I. inquit Van Espen L. cir. eumque Patronis exhibitum fuisse, idque auctoritate Canonum 26. & 27. causa 16. q. 7. in quorum priore vel nomine Gelasio I. dicitur: *Sciturus (Fundator Ecclesie) sine dubio præter Processionis aditum, qui omni Christiano debetur, nihil ibidem se proprii juris habiturum.* Et Canone sequenti: *Nihil se tandem sibi Fundator ex hac Basilica noverit vindicandum, nisi Processionis aditum, qui Christianis omnibus debetur.* Verum hoc unum voluisse videtur Gelasius, pergit idem, quod postquam Basilica fuerit adificata, & sufficienter fundata, tum primum ab Episcopo sit dedicanda, qua dedicatione facta, Fundatori concedendus sit aditus Processionis, id est, liceat Fundatori in ea Basilica ad Missarum Solemnia procedere, sicuti omnibus Fidelibus conceditur aditus ad Ecclesias publicas ab Episcopis dedicatas, quemadmodum latius notant, & probant Franciscus Florens titulo de antiquo jure Patronatus pag. 84. & Franciscus de Roi l. cit. c. 7. Quidquid sit, hoc constat, quod auctoritate horum Canonum jus Processionis inter



inter Jura honorifica fuerit relatum. Scribens enim Clemens III. vel, ut alii volunt, Alexander III. in cap. 25. h. t. *Pro fundatione quoque Ecclesie honor Processionis Fundatori servatur; mox subjungit: Sicut in sacris est Canonibus institutum.* Quibus verbis indicari citatos Canones manifestum est; atque ita post hanc decretalem unanimi Canonistarum calculo probatum est, inter Jura honorifica Patrono debita, esse honorem Processionis; licet inter ipsos non conveniat, quid in allegatis Canonibus per aditum Processionis intelligatur. Honor autem hic Patrono duobus potissimum modis exhiberi potest, ut tradunt Canonistae. Primo, ut veniant ad Ecclesiam processionaliter occurratur; qui tamen non est exhibendus nisi illis, qui tales ac tanti sunt, ut hunc honorem mereantur, nimirum Reges & Principes. Secundo, dando vel cedendo ei locum honoratiorem in ipsa solemnitate publica Processione.

12. Honor Thuris, sive Suffitus, qui consistit in speciali ac honorifica thurificatione alicui in signum eminentiae aut benevolentiae exhibenda, mediis ac frequentibus Saculis Patronis seu Fundatoribus ab Ecclesia deferri capit.

Antiquissimus temporibus Episcopos & Sacerdotes singillatim ac separatim à reliquo Clero & populo suffitum accepisse, fat indicat vetus Ordo Romanus; & hodie ex praescripto Ritualium perseverat. Cum ergo singularis haec Thurificatio facta Episcopis reputaretur symbolum honoris, sensim cum aliis honoris symbolis ad Laicos transire cepit. Scribit Codinus lib. 3. c. 14. N. 17. *Circa vesperam obit Imperator ad S. Sophiam, audientque vesperinos hymnos incensatur; seu Thuris suffitu honoratur à Patriarcha, omnesque etiam Aulici Proceres, ad ultimum usque.* Honoris incensu exhibendi Patriarchae Gradeni à Monasterio S. Georgii meminit Honorius III. in c. 8. de cau-

sa possess. & proprietatis. Quamvis ergo detur Cironio lib. 3. observ. c. 6. suffitum ex sui institutione non esse proprie honoris argumentum, sed ad excitandum populum ad elevandam mentem in Deum, &c. institutum; hoc tamen non officit, quin idem suffitus assumi pariter non poterit, vel assumptus fuerit in casu ad honoris tesleram Patronis exhibendam. Et hinc,

13. Quamvis aquae benedictio, aut ejus aspersio in Ecclesia hodie recepta, non sit primitus instituta, ut per eam alicui honor deferatur, uti ex precibus in ipsa benedictione recitandis patet; nihilominus, in quantum aliquibus eum quadam prerogativa datur, honoris nota est; & eadem Juribus honorificis aspersio aquae benedictae ab Ecclesia subinde adnumerata fuit.

Notat Espevius, nonnullos juribus honorificis gaudentes, non contentos, si aqua lustrali seu benedicta separatim & ante alios Laicos eum quadam honoris nota aspergantur, remissive à Sacerdote conspergi; sed aspergillum sibi porrigi praeferunt, ut ipsum aquam ex aspergillo accipientes seipsos aspergant. Cui abusu Episcopos in Gallia & Belgio se opposuisse docet ibidem, & merito; cum ex antiquo usu aqua benedicta juxta Ecclesiam praescriptum per asperionem dari consueverit; itaque ritus in omnibus, etiam antiquis Ritualibus, sit probatus, juxta illud Psalmi 50. *Asperges me hyssopo & mundabor, quem etiam inter aspergendum decantari jubet Ecclesia.*

14. Honor quoque precum, consistens in speciali recitatione & commendatione alicujus in precibus, ab antiquissimis temporibus Patronis ab Ecclesia delatus fuit.

Id constat ex Concilio Emeritensi Canonum 19. ubi ajunt Patres: *Salubri deliberatione censemus, & pro singulis quibusque Ecclesiis, in quibus Presbyter justus fuerit per sui Episcopi ordinationem praesse, pro singulis diebus Domi-*

niciis

niciis Sacrificium Deo procurat offerri, & eorum nomina, à quibus eas Ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his Sanctis Ecclesiis videntur, aut visi sunt contrulisse, si viventes in corpore sunt, ante Altare recitentur tempore Missae; quod si ab hac decesserint luce, nomina eorum cum Fidelibus defunctis recitentur in suo ordine. Ad quem Canonem notat Matthias Marechal in Tractatu de Juribus honorificis pag. 102. quod licet omnes benefactores hoc haberent commune cum Patronis & Toparchis, quod publice in concionibus, sive *Proma*, precibus Fidelium commendentur; ipsi tamen Patroni & Toparchae debeant nominatim, id est, expressis nominibus, & qualitatibus commendari, si id petant.

15. Inter Jura honorifica frequens etiam ac eminentis est honor Sedis, qui defector assignando sedem perpetuam & specialem alicui in Ecclesia, quae eo honorabilior est, quo locus sessionis est honorificentior.

Locus in Ecclesia honorabilior censetur qui magis ipsi Sacratio & Altari appropinquat. Unde sedem in Choro honorabilioris esse, quam sedem in Navi Ecclesiae meminisse dubium est, inquit Vanespem. Et quidem Chorum ex praescripto Canonum populo non patere, sed solis Clericis divinum Officium peragentibus fat constat; atque honoris causa dantur nonnullis Laicis sensim apertum esse: quod latius deducit Franciscus de Roye de Juribus honorificis lib. 1. cap. 10. Quin & Anno 1240. Synodus Wigoriensis Can. 3. *Ne Laici stent in Cancellis dum celebrantur Divina, statuit, salva tamen reverentia Patronorum. Et*

Matthias Marechal in simili tractatu non semel judicatum fuisse ait, solis veris Patronis, & Fundatoribus competere jus Sedis in Choro, quod si aliis competat, id magis ex conniventia sive tolerantia, quam jure procedere.

16. Postremo honor Sepulturae Patronis seu Fundatoribus posterioribus Saeculis concessus est.

Idem honor versatur quoque circa locum honorabilioris inhumationis in Ecclesia, itque hic similiter judicatur honorabilior, qui Sacratio est propinquior. Unde Sepulturam habere in Choro maxime honorificum reputatur; nec olim Laicis concedebatur; hodie vero Patronis specialiter annuitur.

17. Haec Jura honorifica Jure Decretalium non tantum Patronis Laicis, sed & Ecclesiasticis competunt.

Id statuit Alexander III. cap. 3. de adif. Ecclesiarum, ubi scribit: *Quod si nova Ecclesia ex proventibus veteris Ecclesiae construatur & dotetur, prorsus videri debeat, ut competens in ea honor pro facultate loci Matrioni Ecclesiae sercetur. Verum cum Patronus Ecclesiasticus Jus Patronatus non habeat proprio nomine, sed nomine Ecclesiae sive Praelaturae, vel tamquam Praelatus, qui jura ipsius tueatur & exerceat; rationi plane consentaneum est, ut insignia Ecclesiae, cui Jus Patronatus proprium est, assignet, atque ita palam contestetur, ad Ecclesiam jus illud pertinere. Uti recte observat de Roye lib. 2. cap. 3. monetque rectissime observatum, Patronum Ecclesiasticum non posse in Litra depingere insignia seu arma sua gentilia, sed tantum Ecclesiae, cujus Jure Patronatus utitur.*





## TITULUS XL.

## De Consecratione Ecclesie vel Altaris.

1. **P**resenti Titulo historie pertractabimus, quamvis strictim, ea, que infra Titulo XLVIII. de Ecclesiis edificatis, vel reparandis dicenda essent, cum materia utriusque, presertim quoad historiam commentationem, magna & aperta sit connexio; simulque reconciliationis earumdem Ecclesiarum mentionem faciemus.

2. Ecclesia vox Græca *Concionem* sive *Fidelium Congregationem* significans, à temporibus Apostolorum jam sumpta fuit pro ade sacra publici pietatis exercitio, & cultui divino destiuata.

Propositio hoc edicitur 1. ad Corinth. c. 11. ubi Apostolus ait: *Conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio fissuras esse inter vos. Et paucis interiectis: Numquid domos non habetis, ad manducandum & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis? Hic enim Apostolum loqui de loco, ad quem Fideles conueniunt, evidens est; & ita hunc locum, post S. Basilium in *Regulis brevioribus interrogatione* 310. exponit S. Augustinus quæst. 57. in Levit. dicens: *Ecclesia dicitur locus, quo Ecclesia (nimirum homines Ecclesiam proprie dictam, seu Congregationem constituentes) conueniunt.* Hæc autem pia loca primitivi Christiani *Ecclesias* potius, quam *Templa* dixerunt, ut se ab Ethnicis vel ipso etiam nomine loci sacri fecerent; usus enim eo tempore obtinebat, ut Templi nomine intelligeretur locus ad Sacrificia & cultum falsis Gentium Dii exhibenda destinatus; atque hoc sensu Octavius apud Minucium Felicem, Optatus Milevit. & Hieronymus negant Christianos habere Tempia, ut monet Bellarm. lib. 3. de cultu SS. c. 4.*

3. Ecclesias in hac significatione sumptas, seu loca specialiter destinata, ad

que Fideles conuenirent orationis, Sacrificii incrementi offerendi, aliaque pietatis & Religionis opera peragendi causa; non tantum in domibus privati, atque in cryptis subterraneis, de quibus fortasse intelligendus venit Apostolus, & plena sunt Martyrum sub duris persecutionibus monumenta, habuerunt ante Constantinum Christiani, verum etiam patentibus & publicis.

Id ex indubitatis sæculi IV. monumentis discimus. Refert enim Lampridius, Alexandrum Severum Imperatorem Christianis addidisse Ecclesiam, de qua controversiam faciebant caupones; quod Ethnicus ille satius fore existimaret, ut locus Nami, quam rei cauponarie dicaretur; verba ejus sunt: *Cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra Popinarii dicerent, sibi eum deberi; rescripsit melius esse, ut quomodocumque Deus illic colatur, quam Popinarii dedatur.* Et similes Ecclesias esse, extruere fuisse Ethnicos Imperatores discimus ex Eusebio lib. 1. c. 1. & 2. ubi de Christianis sub Constantino, hoc est, sub respirante à persecutionibus Ecclesia, ait: *Præsertim adhibuit jam non contenti, in singulis Urbibus spatiosas ab ipsis fundamentis extruxerunt Ecclesias.* Et lib. 10. c. 2. *Notis incredibilis erat lætitia, cum loca cuncta, que tyrannorum impietas paulo ante subruerat, reviviscere videremus; templaque rursus à solo in immensam altitudinem erigi, & longe majore cultu & splendore, quam illa, que prius expugnata fuissent, innitescere.* Ex quo famoso loco non tantum evincitur propositio, verum etiam magnifice datur intelligi, Ecclesias primis Ecclesiæ sæculis fuisse cultas, & quidem fortasse imaginibus.

4. Ref.

4. Respirante à persecutionibus Gentium Ecclesia, ipsis quoque Imperatoribus ad Christum conversis, tot passim edificari ceperunt Ecclesiæ, ut ipsi primi Imperatores Christiani modum eorum constructioni ponere sint coacti.

Id ex variis eorum legibus & edictis in codice Theodosiano & Justiniano, etiamnum hodie exstantibus, patet. Et quidem ea adificationem Ecclesiarum lex posita est, ne quis eas absque consensu Diocesani Episcopi edificet; quemadmodum Can. 4. Concilii Calcedonenfis cautum est, & à Grat. causa 18. q. 2. Can. 10. his verbis refertur: *Placuit igitur neminem aut edificare, aut extruere Monasteria, aut Oratorii domum sine consensu ipsius Civitatis Episcopi.* Id ipsum pluribus confirmavit Sæculo VI. Justinianus Imp. signanter Nov. 67. cujus Rubrica habet: *Ut nullus fabricet Oratorii domos præter voluntatem Episcopi.* Decreta hujus Novelle, præsertim caput 1. subsequenti tam Imperatorum, quam Conciliorum Sanctionibus sæpius renovata fuerunt; uti videre est libro V. *Capitularium Regum Francorum* cap. 382. nec non apud Gratianum dist. 1. de *Consecrat.* ubi plures eam in rem Canones addert. Notandum est tamen, quod eodem libro *Capitularium* cap. 383. edicitur: *Qui in domo sua Oratorium habuerit, orare potest; tamen non audeat in eo sacra facere Missas, sine permissu Episcopi loci illius.* Illud quoque ex Synodo Aureliensi recitat Gratianus Can. 33. dist. 1. de *Consecrat.* *Unicusque Fidelium in domo sua Oratorium licet habere, & ibi orare, Missas autem ibi celebrare non licet; scilicet sine licentia Episcopi.* Ex quibus apparet canities modernæ discipline circa adificationem Ecclesiæ, aut Oratorii publici, ac privati, & circa celebrationem Missarum, & consequenter administrationem aliorum Sacramentorum in utrisque.

5. Circa onus reparationis Ecclesiarum

rum varia variis Christianæ Reipublice Sæculis viguit disciplina.

Vidimus enim in Titulo de *Præbendis* primis Ecclesiæ Sæculis, dum proventus Ecclesiastici in quatuor partes necdum essent divisi, sed prudenti Episcopi distributioni concederentur, partem eorum in reparationem Ecclesiarum fuisse impendendam. Vidimus eodem Titulo, quod, facta hujusmodi divisione Sæculo V. una ex quatuor partibus earumdem fabricis, scilicet tectis conservandis fuerit assignata; quin in Hispaniis tertia Sæculo VI. sic enim habet Concilium Tarracense An. 526. Can. 8. *Decernimus, ut antique consuetudinis ordo servetur, & annis vicibus ab Episcopo Diocesces visitentur, & si qua forte Basilica reperta fuerit desinita, ordinatione ejus reparari præcipiatur: quia tertia pars ex omnibus per antiquam traditionem ut accipitur ab Episcopis, novimus esse statutum.* Grat. causa 10. q. 1. Can. 10. Vidimus quoque Titulo XXX. de *Decimis*, quod postquam Beneficarii à veteri disciplina totaliter recessissent, atque quilibet Titulum stabilem in suo Beneficio acquisivisset, eos ad hanc reparationem ex Decimis perceptis obligatos fuisse, quin ipsos Laicos eisdem decimas usurpatione, vel legitima concessione obtinentes. Subinde Ecclesiæ ipsæ acquisiverunt Capitalia conservande fabricæ deputata, & nunc Beneficarii, nunc Parochiani ad eandem reparationem legitime obligati. Regulares vero Ecclesiæ ab ipsis Regularibus veniunt reparanda.

6. Ecclesiæ à Christianis, pace reddita Sæculo IV. jam certo dedicabantur, seu consecrabantur.

Dixi jam certo; quia si genuina sunt S. Dionysii opera de *Ecl. Hierarchia*, ex iis colligimus, jam avo Apostolorum Ecclesiæ fuisse consecratas, quemadmodum adnotavimus lib. 1. tit. 15. ubi etiam ea, quæ sacram Uactionem in his consecrationibus adhiberi solitam tam in Ec-

Cc 2 clesia



clesia Latina, quam Græca attinent, retulimus. Adduci præterea possent auctoritates ex Ep. Felice IV. nec non aliorum Romanorum Pontificum, à Clemente ad Siricum, quas refert Gratianus dist. 1. de Consecrat. sed has Epistolâs his Pontificibus esse suppositas jam probavimus eodem lib. 1. tit. 2. Nobis itaque sufficit persuasum esse Patres Sæculi IV. ritum consecrationis seu dedicationis Ecclesiarum à Patribus priorum Sæculorum hæreditasse, quod eiusdem, tamquam rei minime nuper invente, mentionem faciant. Et quidem Eusebius lib. 10. hist. cap. 3. ait: *Post hæc votivum nobis, ac desideratum spectaculum præbatur dedicationum, scilicet, festivas per singulas Urbes, & Oratoriorum recens structorum consecrationes.* Et paulo post: *Jam vero Antiquissimam absolutissimam cæremonia & accurata Sacrificia Sacerdotum, & divini quidem augustique ritus hinc Psalmos canentium, & reliquis nobis divinitus traditis voces auscultantium, illine divina & arcana obsecrantium ministeria.* Meminit quoque hujus Festivitatæ sub idem tempus S. Athanasius in Apologia 2. ad Constantium. Et eundem Constantium se occasione Encænicarum, seu dedicationis Domini aurei, seu magnificentissimi Templi, à Constantino cepit, à se perfecti Anno 341. Antiochiam contulisse, ac ibidem cum suis Arianis pseudo Synodum celebrasse, retulimus lib. eodem Tit. 1. N. 69.

7. Subsequentium Sæculorum Patres variis quoque in locis dedicationis Ecclesiarum meminere, atque in ipsa dedicatione sermones ad populum habuere.

Inter alios plures sermones de eadem re habuit S. Augustinus, qui sunt 336. 337. & 338. in nova editione. In quorum primo ostendit, quomodo ea, quæ in ædificatione Templi materialis fieri quotidie videmus, spiritualiter in ædificatione Templi, quod est Ecclesia Christi, fiant. Eos sermones legere poteris

in Breviario in officio dedicationis. Sermo tamen, qui legitur sub nomine Augustini ipsa die dedicationis, non est S. Augustini, sed Casarii Arelatensis, ut notantur eruditi operum ejus Revifores.

8. Ad majorem dedicationis solemnitatem vicini quoque Episcopi evocari sunt soliti, quia & occasione dedicationis Ecclesie convenientes Synodos frequenter celebrantur.

Præterea partis testis est S. Augustinus ep. 229. ad Nobilium Episcopum, quæ se excusat, quod ad dedicationem nove fabricæ venire non possit: *Tanta est, inquit, solemnitas, ad quam me officii tue fraternitatis invitavit, ut corpusculum meum ad vos traheret voluntas, nisi teneret infirmitas.*

Secunda pars jam demonstrata est N. 6. h. Titulo.

9. Episcopi, Clerus, ac populus in dedicatione Ecclesie convenientes, hymnis, precationibus, aliisque pietatis officiis pro suo quisque munere instabant.

Hæc late describit Eusebius testis oculatus l. cit. qui ibidem cap. 4. refert orationem panegyricam in dedicatione pronunciatam. Deinde l. 4. de vita Constantini describens dedicationem Ecclesie Hierosolymorum, ad quam evocaverat Constantinus Episcopos in Synodo Tyri congregatos, cap. 45. Sacerdotum, aliorumque in hac Solemnitate functiones enarrat, inquit: *At Sacerdotes Dei partim precationibus, partim sermonibus festivitatem ornabant. Alii siquidem comitatem Religiosi Imperatoris erga omnium Servatorem laudibus celebrabant, & Martyrii magnificentiam oratione persequebantur. Alii, &c.* Non igitur recens est, inquit Epienius, in ipsa Ecclesie dedicatione seu consecratione varias preces fundi, quibus divina benedictio super domum istam impetretur, hæcque id, quod Ecclesia quotannis orat, ut quisquis hoc Templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur:

vel

vel, uti intra ipsa consecrationis solemnità: *Nulla hic nequitia contraria potestatis obstat, sed virtute Spiritus S. operante, fiat hic tibi semper purum servitium, & devota libertas.*

10. Quamvis vero hodie usus non habeat, ut plures Episcopi ad Ecclesie dedicationem convocentur; nullus tamen nisi Episcopus eam consecrare potest, neque Episcopus Diæcesanus id munus delegare, quam Episcopo, potest. Eo quod Consecratio Ecclesie inter ea, quæ Ordinis, non autem Jurisdictionis Episcopalis sunt, recensetur.

Id cum Barbosa docent unanimiter Canonizæ, nosque lib. 1. Tit. 24. N. 18. adstruimus. Nihilominus Superiores Regulares suas possunt benedicere Ecclesiis ob contrariam rationem. De quo videantur Scholasticæ.

11. Circa Ritus dedicationis seu consecrationis Ecclesiarum non fuit in omnibus Ecclesiis, nec omni tempore idem usus.

Diferebant inter Ritus unctionis Ecclesie Græcæ & Latine fixos, ac Ritualibus, seu Pontificalibus utriusque Ecclesie insertos, jam delineavimus lib. 1. Tit. 15. N. 20. utroque autem hos ritus integros in multis differre à ritibus Sæculi IV. non est dubitandum, atque ex dictis constat. Et Sæculo ipso IV. dedicationis Ritus fuisse in Ecclesia Romana diversum ab eo, quem Mediolani servare mos erat, ex S. Ambrosii Ep. 54. intelligimus. Cum ego (inquit) *Basilicam dedicare vellem, multi tamquam uno ore interpellare coperunt, dicentes: Sicut in Romana, sic Basilicam dedices, Respondi, faciam, si Martyrum Reliquias invenero.* Ex his verbis S. Ambrosii hoc quoque intelligimus, eo tempore in dedicatione Ecclesie Ritus Romano requisitas fuisse Sanctorum Reliquias, cujus ritus sub idem tempus etiam meminit S. Paulinus Ep. 12. Eundem fuisse jam primum Græcorum ritum, manifestum est ex

Canone 7. Synodi VII. quod decretum: *Ut Episcopus post hæc Templum consecrans sine sanctis Reliquiis deponatur, ut qui Ecclesiasticas traditiones transgressus est.* De hoc Ritu latius agit Cardinalis Bona lib. 1. rerum Liturgicarum cap. 19. §. 5. ibidem notans: *Quod mos olim Christianorum fuisse, ut, durante Eibnicorum persecutione, in arce & cæmeteriis, in quibus Martyrum corpora quiescebant, ad Synaxim peragendam convenirent. Postquam vero cessante persecutione licuit publice templa erigere, ea coperunt potissimum excitari iis in locis, in quibus paulo ante congregari, & clam mysteria celebrare consueverant, nimirum, in locis in quibus Martyrum corpora erant recondita; atque hinc, ait, originem traxisse mihi videtur celeberrimus, & inviolabilis Ecclesie Ritus, ut sine Martyrum Reliquiis nullum Templum, nullumque Altare edificetur; quo nimirum adhuc quodammodo ad ipsa Martyrum sepulcra edificari templa viderentur.*

12. Præter Ritus hunc importandarum Ecclesie consecrandæ reliquiarum tum in Ecclesia Græca, tum Latina, diversus Ritus præterea in utraque Ecclesia tempore dedicationis observantur successive introducti.

Et quidem quod ritum imponendi sacras reliquias juxta præscriptum Pontificalis Romani attinet, ejus origo incerta est. Equidem in Sacramentario S. Gregorii, vulgo S. Eligii apud Menardum, nulla ejus mentio occurrit; uti nec in Codice, quem Sæculo IX. scripsit Rodericus Presbyter; et in Codice Ratoldi, utpote recentiore, plures adduntur cæremoniæ, uti advertit Menardus in Notis ad Sacramentarium: atque inter alias hæc de recondendis reliquiis, & exercendis vigiliis per totam noctem ad illas pridie, quam Ecclesie inferantur. Hunc Codicem sub finem Sæculi IX. scriptum credit Menardus. Et Rabanus Maurus sub medium ejusdem Sæculi scribens, de vigi-



vigiliis coram reliquijs in nocte præcedenti agendis differit lib. 2. de *Instit. Clericorum* cap. 45. Quod vero trinum circuitum Ecclesie ab Episcopo factum, dum ad consecrationem Ecclesie accedit, atinet, cum asperione aquæ benedictæ, & post tertium circuitum faciendam percussione portæ baculo pastorali sub pronuntiatione verborum ex Psalmo: *Atollite portas Principes vestras, &c.* antiquus Codex apud Menardum percussione hujus trina equidem meminit, at non trini circuitus; illam nihilominus recentior Codex recentior Ratoldi, uti & Rabanus Maurus L. cit. Saeculo IX. Asperionis vero aquæ benedictæ in hac circuitione nec præfatus Codex, neque Rabanus meminit. At Ivo Carnotensis Saeculo XI. in sermone de *Sacramentis dedicationis*, postquam de benedictione aquæ cum admixtione salis fuit locutus, subiicit: *Ista aqua ad quamdam baptismi imaginem gyRANDO Ecclesiam tunc exterius aspergimus, quia ubi more baptizatorum non potest fieri trina mersio, necesse est, ut qua possumus Sacramenti similitudine trina fiat asperio. Unam enim habet significationem trina mersio, & trina asperio.* Ex quibus non obscure esse, ait Espenius, ex quo hæc excerptum, Ritus hodiecum in Pontificali descriptus non eodem tempore fuisse adhibitos, sed alios esse recentiores, alios antiquiores. Hoc quoque allegata verba Ivonis indicant, aliquas caeremonias in consecratione Templi materialis esse adhibitas ad similitudinem eorum, quæ in spirituali Templi, scilicet animæ dedicatione per baptismum adhibentur, eo quod à Patribus dedicatio Templi materialis representaretur ut figura dedicationis Templi spiritualis. Hæc verisimiliter originem debeat Ritus signandi ipsos parietes Ecclesie duodecim crucibus, eoque oleo sancto liniendi: ut, sicut in spirituali dedicatione baptizandus crucis signaculo & oleo signatur, ita hic spirit-

tualis dedicationis figura representetur. Similiter ut Neophytis Sal datur, sic & hic Sal adhibetur: quin & ipsa *duplex alfabeta* in ipso Templi pavimento delineatio ex Ritu baptismi derivata videtur. *Quid enim, ait Ivo, per Alphabetum, nisi initia & rudimenta Doctrina sacra intelligi convenit? - Scribit etiam Pontifex quasi Alphabeti ordinem, dum docet fidei simplicitatem, &c.* Ritus Consecrationis Ecclesie solemnissimus olim fuit, quem tamen nunc pene antiquatum, sub Turcarum novas Ecclesias construere prohibentium tyrannide, Græcia deplorat, inquit Goarius; ac ideo forsitan ex editis expunxit Euchologiis, quæ in Pontifice dumtaxat MSS. Ritualibus secretius & sacratius exagata esse voluit. Eundem historice & compendiose exhibet Nicolaus Cabasilas de vita in Christo lib. 5. quem, sicut & totam benedictionis Ritu lege sis apud eundem Goarium in Euchologio Græcorum à se edito pag. 666.

13. Ubi conviviorum occasione consecrationis Ecclesie instituendorum antiquissimus est.

Ejus enim meminit S. Gregorius M. lib. 8. ep. 71. & pluribus probat Du Cange in Glossario verbo *Dedicatio*: ubi advertit, convivia illa in luxus & epulas adeo destitisse, ut inde postmodum dedicationis vocabulum in malam partem tractum sit, ac pro commestatione publica sumptum, quod qui ad eiusmodi festa ad Vicos ire solent, non tam pietatis, quam commestationibus ac ludicris indulgendi causa eo confluant. Deplorat Du Cange quod hoc fiat in Gallia, deplorat Vanespem quod id frequenter in Belgio; sed plures Regiones ob hujusmodi profanationes deploranda sunt. An vero primis Ecclesie Saeculis annua hæc dedicationis festivitas fieret? incertum est. In Sacramentario Gallicano, evulgato per Mabillonium tomo 1. Musei Italici p. 2. ex antiquo codice reperto in Bi-

Bibliotheca Monasterii Bobienis scripto, ut ipse credit, ante annos mille, habetur pag. 354. *Missæ in dedicatione*, in qua collecta ad pacem eadem est, quæ hodie recitatur in anniversaria die dedicationis: *Deus qui nobis per singulos annos, &c.* ut vel hinc manifestum sit, etiam eo tempore in Gallia diem anniversariam dedicationis Ecclesie fuisse celebratam; & hodie ipsa dies dedicationis anniversaria, tamquam una ex præcipuis festivitibus, cum octava celebratur in omnibus Ecclesiis.

14. Ecclesie semel consecrata, & moraliter perseverante eodem edificio, ab antiquis Saeculis reconsecrari sunt vetite; sed si polluerentur, sive violarentur, reconsecrari eas voluit Ecclesia.

Primam partem edicit Canon 20. Concilii Nicæni apud Gratianum dist. 68. Can. 3. ibi enim habetur: *Ecclesiis semel Deo dicatis non debet iterum consecratio adhiberi, quia sicut infans à quicumque sacerdote in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti semel baptizatus non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo dicatus iterum consecrandus est.* Quamquam vero hoc Decretum inter Canones Nicænos non reperitur, nec ullus veterum Scriptorum illius meminerit, nec consequenter ex illo eram hujus disciplinae statuere possumus; nihilominus fundamentum illius inductæ disciplinae non obscure ex illo colligimus. Alii Canones videlicet possunt apud eundem Gratianum L. cit.

Quantum ad secundam partem ea determinatur in Decretalibus, ubi & reconsecratur ea, per quæ Ecclesia polluitur, & Ritus reconsecrationis præscribitur. Polluitur autem humani sanguinis effusione, vel etiam se minis, &c. reconsecratur vero mediante aqua cum vino & cinere, per Episcopum benedicta. Quamvis enim aqua tam pro administratione baptismi, quam lustralis pro benedictione populi à Presbyteris benedicatur; tamen

hæc aqua, quæ cum cinere miscetur pro reconsecratione Ecclesie, tantum per Episcopum benedicatur: unde ad distinctionem alterius aquæ vocatur *aqua consecrata*. Qui etiam solus Ecclesias reconsecrare potest cap. 9. de *consecrat.* Aspergitur autem Ecclesia polluta in sui reconciliatione aspergillo ex vero hyssopo preparato. Ex quibus omnibus hoc finaliter notandum, quod sicut Patres per consecrationem Templi materialis voluerunt representare consecrationem Templi spiritualis per baptismum, atque in hunc finem supra fatas caeremonias in solemnè ea functione præscripserunt; ita per hæc reconsecrationem figurari voluerunt reconciliationem peccatoris, ut jam pridem adverterunt Theologi, uti notat antiquus Glossographus ad cap. un. de *consecr. Eccl.* in 6. verbo *pollui*; & hinc aquæ ad hunc finem adhibendæ cineres admisceri voluerunt, eo quod olim ad publicas poenitentias ex plurimis auctoritatibus Scripturæ adhiberentur; voluerunt etiam asperionem fieri per hyssopum ex eodem fine juxta illud Psalmistæ: *Asperges me hyssopo & mundabor.* Quibus omnibus rite expensis, omnes Novatorum calumniæ in venerandis Ecclesia Romana caeremonias, occasione Consecrationis vel Reconsecrationis Ecclesie adhiberi solitas, sponte sua concedunt; nihil enim in iis reprehensibile merito deprehendunt, si notationes caeremoniarum rationabilium lib. 1. Tit. 8. in gratiam ipsorum ex doctissimo Protestante excipitur, ad limam rectæ rationis expendeint. Accedit, quod caeremoniæ in consecratione vel reconsecratione illorum locorum, erga quæ Fideles summam venerationem habere debent, sint necessariae, cum nata sint, hunc effectum in animis mortalium excitandi, ac ideo, in Consecratione Regum, Vexillorum, &c. adhiberi solent; & hinc potius illi, qui eas redarguunt, ac consequenter respunt, magno opere sunt reprehendendi. Addo cum sanctis



limo Domino nostro Benedicto XIV. De Sacrificio Missæ sectione 1. §. 8. proditum esse in Lege veteri Moysen tabernaculum consecrassè: *Unxit & sanctificavit cum omnibus vasibus suis altare, & similia, ut est in Exodi cap. 40. & Numeror. cap. 7. quod quidem Consecrationis nostrorum Temporum figura quædam fuit, si Petavio habenda fides sit de Eccl. Hierarch. lib. 3. cap. 5. Salomon etiam Solomonem Templi dedicationem celebravit: *Dedicavit domum Dei Rex, & universus populus. Paralipom. 2. Mactavitque 22000. boum, & 26000. aritum. Judas Machabeus, postquam fœdis superstitionibus pollutum Templum expiavit, & altare lapideum posuit, Eucœnia celebravit, seu, quod idem est, festum dedicationis, teste Isidoro, qui lib. 1. de Eccles. cap. 35. scribit: *Eucœnia festivitas erat de-***

*vel Altaris.*

*dicati Templi. Eam vero festivitatem constat Judæos celebrasse etiam Jesu Christi tempore, qui eam præsentia sua illustravit Joannis 10. Hæc vero sacramenta Scripturarum loca non modo evincunt à Judæis ad Christianos Templi Consecrationem mansisse, sed etiam luculenter ostendunt, quanta injuria, quamque temere Calvinus sacrum ejusmodi Riturum irriserit Iustit. lib. 3. cap. 20. facile enim ea diluitur ratio, cui potissimum ille innititur, parietes nimirum res esse inanimes, quæ ut gratiæ, ita & Consecrationis recipiendæ apte non sunt; nam Ecclesia materialis ideo consecratur, ut sanctificatio illa representetur, quam Ecclesia formalis seu cœtus Fidelium per Passionem Christi consecutus est, ut docet D. Thomas 3. par. q. 83. art. 3. ad 2.*

## TITULUS XLI.

De Celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistiæ, & divinis Officiis.

1. **E**A præsentis tituli, seu argumenti in eo propositi est dignitas ac lætitudine, ut si pro merito absolvi deberet, alterum à præsentis volumina efficeret. Plurima enim sunt, eaque sane maxima, quæ occasione Sacrosancti Missæ Sacrificii notanda occurrunt; ut ejus nomen, institutio, variz Ecclesiarum liturgiæ, cæremoniæ, ordines, ac formulæ in Sacrificio cum solemnî, tum privato adhibitæ, nec non diversæ Catechumenorum ac Pœnitentium classes, eorumque ac Fidelium in Ecclesia stationes, ac dimissiones; locus, tempus, quo celebratur; item ea, quæ ad ejus præparationem ac apparatus pertinent, videlicet, Tempia, Oratoria, Altaria, eorumque ornatus; materia item Sacrificii, singulariter quæ azyma Latinorum, & fer-

mentum Græcorum concernunt. Sacrademum indumenta Sacerdotum & Ministrorum, supellex sacra, vasa & instrumenta ad Sacrificium spectantia, Ministri ipsi, eorum officia, singularium Ordines, Cantus Ecclesiasticus. Singulæ denique Missæ partes, Ritus, eorum causæ, institutiones, incrementa, mutationes, videlicet, à proxima Sacerdotis ad celebrandum præparatione ipsiusque accessu ad altare, usque ad eisdem ab eodem recessu.

2. Profunditatem turbulentissimi hujus maris ingressus est, difficillimumque ac intricatissimum argumentum adversus Missoliturgos seu Novatores nostrorum Sæculorum feliciter ac omnibus numeris absolvit eminentissimus S. R. E. Cardinalis Bona Tituli S. Bernardi ad Thermas

mas Diocletiani primus Presbyter & Sacratissima Cisterciensis Familia Congregationis S. Bernardi olim Monachus Pedemontanus An. 1674. vita sanctissime functus; rerum liturgicarum libris duobus, omnium Eruditiorum calculis comprobatis, quos nuper doctissimis commentariis illustravit D. Robertus Sala Taurinensis, ejusdem Ordinis & Congregationis S. Bernardi Abbas dignissimus.

3. In hoc opere ea lux ex recondita vetustatis irrefragabilibus monumentis afunditur tremendo huic Mysterio, omnibusque ad id pertinentibus, quæ ejus sanctitatem atque à Christo institutionem in plenam meridiem ponit, atque Augustanam Confessionem, cujus caput quodammodo fuit & medio tollere caput nostræ illibatæ Religionis, Sacrificium nempe, sine quo nulla umquam in Orbe terrarum Religio exstitit, ejusque affectus mirum in modum confundit; qui certe Sæculo XV. quo pietas cum literis in Orbe Catholico tantopere labefactata jacebat, negotium non leve Orthodoxis, à quibus tum se se fide ac moribus per præsentem reformationem separabant, facessere, dum novitatis, humanæque intentionis tum alia, tum præsens vel maxime caput arguerent, ac proinde nostris incumbere, rationem reddere villicationis Ecclesiæ Romanæ, quæ quidem ad mundum descripta jacebat in limpidissimis venerandæ antiquitatis monumentis, verum quæ recondita jacerent in Bibliothecis, ignorantur tum à plurimis. At à mira divinæ providentiæ dispositione factum est, ut postrema etiam hac tempestate in Ecclesia exorta verificaretur sacri eloquii oraculum, quod nimirum *oporteat esse hæreses*, ut per eas Ecclesia purificetur, ac stabilatur; hinc enim factum est, ut Pastores, & Doctores Catholice Ecclesiæ per repentinus atque exitium iniitantes tumultus heterodoxorum velut à gravi sopore excitati seriniam omnia excutere, unde

arma contra impetum Novatorum pararent; quæ res improbo Sæculorum labore, Deo auspice, eo tandem perducta est, ut singula nos inter ac illos controversa capita ad ipsas cunas Ecclesiæ inconcussis ordine videamus reducta, & quidem explosis mediæ ætatis fabulis, ac apocryphis monumentis; autoritatibus ad totum sane Critices rigorem exactis, quæ res ad eas sane angustias recentissimos quosdam adversæ partis homines adegit, ut affirmare cogantur, Regnum superstitionis jam Sæculo secundo Ecclesiæ Christi dominatum fuisse, ut supra Tit. 18. & 31. vidimus, & ex dicendis in apicrum ponetur.

4. Cum autem varia ex iis capitibus, quæ Eminentissimus Cardinalis Bona ad plenam de Missæ Sacrificio intelligentiam in preclaro suo opere complexus est, in decursu præsentis operis vel ad longum, vel strictim jam absolverimus, utpote qui de sacris Ordinibus, Altaris Ministris late egimus Libro 1. de Ecclesiis, Oratoriis, Altaribus hoc libro; de Catechumenis, Pœnitentium classibus acturi sumus infra Libro V. ad residua solum commentationes historicas in præsentem Titulum accommodabimus; id præcipue curaturi, ut inviçis testimoniis Dominis Protestantibus demonstremus, Sacrosanctæ Missæ Sacrificium, quod eorum præsentis reformatores temere nimis exploserunt, & à Christo esse institutum, & omnibus retro Sæculis in Ecclesia tam Græca quam Latina frequentatum. Quod vero Eucharistiam attingit, quemadmodum lib. 1. tit. 1. §. 6. iidem demonstravimus, Ecclesiam seu Patres vel Doctores Ecclesiæ omnium retro Sæculorum realem Christi in Eucharistia præsentiam, extra suspensionem, seu per transubstantiationem credidisse; ita eandem Ecclesiam nunquam censuisse communionem sub utraque specie esse juris divini infra libro V. in apicrum ponemus.



limo Domino nostro Benedicto XIV. De Sacrificio Missæ sectione 1. §. 8. proditum esse in Lege veteri Moysen tabernaculum consecrassè: *Unxit & sanctificavit cum omnibus vasibus suis altare, & similia, ut est in Exodi cap. 40. & Numeror. cap. 7. quod quidem Consecrationis nostrorum Temporum figura quædam fuit, si Petavio habenda fides sit de Eccl. Hierarch. lib. 3. cap. 5. Salomon etiam Solomonem Templi dedicationem celebravit: *Dedicavit domum Dei Rex, & universus populus. Paralipom. 2. Mactavitque 22000. boum, & 26000. aritum. Judas Machabeus, postquam fœdis superstitionibus pollutum Templum expiavit, & altare lapideum posuit, Eucœnia celebravit, seu, quod idem est, festum dedicationis, teste Isidoro, qui lib. 1. de Eccles. cap. 35. scribit: *Eucœnia festivitas erat de-***

*vel Altaris.*

*dicati Templi. Eam vero festivitatem constat Judæos celebrasse etiam Jesu Christi tempore, qui eam præsentia sua illustravit Joannis 10. Hæc vero sacramenta Scripturarum loca non modo evincunt à Judæis ad Christianos Templi Consecrationem mansisse, sed etiam luculenter ostendunt, quanta injuria, quamque temere Calvinus sacrum ejusmodi Ritus irriserit. Iustit. lib. 3. cap. 20. facile enim ea diluitur ratio, cui potissimum ille innititur, parietes nimirum res esse inanimes, quæ ut gratiæ, ita & Consecrationis recipiendæ apte non sunt; nam Ecclesia materialis ideo consecratur, ut sanctificatio illa representetur, quam Ecclesia formalis seu cœtus Fidelium per Passionem Christi consecutus est, ut docet D. Thomas 3. par. q. 83. art. 3. ad 2.*

## TITULUS XLI.

De Celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistiæ, & divinis Officiis.

1. **E**A præsentis tituli, seu argumenti in eo propositi est dignitas ac lætitudine, ut si pro merito absolvi deberet, alterum à præsentis volumina efficeret. Plurima enim sunt, eaque sane maxima, quæ occasione Sacrosancti Missæ Sacrificii notanda occurrunt; ut ejus nomen, institutio, variz Ecclesiarum liturgiæ, cæremoniæ, ordines, ac formulæ in Sacrificio cum solemnî, tum privato adhibitæ, nec non diversæ Catechumenorum ac Pœnitentium classes, eorumque ac Fidelium in Ecclesia stationes, ac dimissiones; locus, tempus, quo celebratur; item ea, quæ ad ejus præparationem ac apparatus pertinent, videlicet, Tempia, Oratoria, Altaria, eorumque ornatus; materia item Sacrificii, singulariter quæ azyma Latinorum, & fer-

mentum Græcorum concernunt. Sacrademum indumenta Sacerdotum & Ministrorum, supellex sacra, vasa & instrumenta ad Sacrificium spectantia, Ministri ipsi, eorum officia, singularium Ordines, Cantus Ecclesiasticus. Singulæ denique Missæ partes, Ritus, eorum causæ, institutiones, incrementa, mutationes, videlicet, à proxima Sacerdotis ad celebrandum præparatione ipsiusque accessu ad altare, usque ad ejusdem ab eodem recessu.

2. Profunditatem turbulentissimi hujus maris ingressus est, difficillimumque ac intricatissimum argumentum adversus Missoliturgos seu Novatores nostrorum Sæculorum feliciter ac omnibus numeris absolvit eminentissimus S. R. E. Cardinalis Bona Tituli S. Bernardi ad Thermas

mas Diocletiani primus Presbyter & Sacratissima Cisterciensis Familla Congregationis S. Bernardi olim Monachus Pedemontanus An. 1674. vita sanctissime functus; rerum liturgicarum libris duobus, omnium Eruditorum calculis comprobatis, quos nuper doctissimis commentariis illustravit D. Robertus Sala Taurinensis, ejusdem Ordinis & Congregationis S. Bernardi Abbas dignissimus.

3. In hoc opere ea lux ex recondita vetustatis irrefragabilibus monumentis afunditur tremendo huic Mysterio, omnibusque ad id pertinentibus, quæ ejus sanctitatem atque à Christo institutionem in plenam meridiem ponit, atque Augustanam Confessionem, cujus caput quodammodo fuit & medio tollere caput nostræ illibatæ Religionis, Sacrificium nempe, sine quo nulla umquam in Orbe terrarum Religio exstitit, ejusque affectus mirum in modum confundit; qui certe Sæculo XV. quo pietas cum literis in Orbe Catholico tantopere labefactata jacebat, negotium non leve Orthodoxis, à quibus tum se se fide ac moribus per præsentem reformationem separabant, facessere, dum novitatis, humanæque intentionis tum alia, tum præsens vel maxime caput arguerent, ac proinde nostris incumberet, rationem reddere villicationis Ecclesiæ Romanæ, quæ quidem ad mundum descripta jacebat in limpidissimis venerandæ antiquitatis monumentis, verum quæ recondita jacerent in Bibliothecis, ignorarentur tum à plurimis. At à mira divinæ providentiæ dispositione factum est, ut postrema etiam hac tempestate in Ecclesia exorta verificaretur sacri eloquii oraculum, quod nimirum *oporteat esse hæreses, ut per eas Ecclesia purificetur, ac stabilietur*; hinc enim factum est, ut Pastores, & Doctores Catholice Ecclesiæ per repentinus atque exitium iniitantes tumultus heterodoxorum velut à gravi sopore excitati seriniam omnia excutere, unde

arma contra impetum Novatorum pararent; quæ res improbo Sæculorum labore, Deo auspice, eo tandem perducta est, ut singula nos inter ac illos controversa capita ad ipsas cunas Ecclesiæ inconcussis ordine videamus reducta, & quidem explosis mediæ ætatis fabulis, ac apocryphis monumentis; autoritatibus ad totum sanæ Criticæ rigorem exactis, quæ res ad eas sane angustias recentissimos quosdam adversæ partis homines adegit, ut affirmare cogantur, Regnum superstitionis jam Sæculo secundo Ecclesiæ Christi dominatum fuisse, ut supra Tit. 18. & 31. vidimus, & ex dicendis in apicrum ponetur.

4. Cum autem varia ex iis capitibus, quæ Eminentissimus Cardinalis Bona ad plenam de Missæ Sacrificio intelligentiam in preclaro suo opere complexus est, in decursu præsentis operis vel ad longum, vel strictim jam absolverimus, utpote qui de sacris Ordinibus, Altaris Ministris late egimus Libro 1. de Ecclesiis, Oratoriis, Altaribus hoc libro; de Catechumenis, Pœnitentium classibus acturi sumus infra Libro V. ad residua solum commentationes historicas in præsentem Titulum accommodabimus; id præcipue curaturi, ut inviçis testimoniis Dominis Protestantibus demonstremus, Sacrosanctæ Missæ Sacrificium, quod eorum præsentis reformatores temere nimis exploserunt, & à Christo esse institutum, & omnibus retro Sæculis in Ecclesia tam Græca quam Latina frequentatum. Quod vero Eucharistiam attingit, quemadmodum lib. 1. tit. 1. §. 6. iidem demonstravimus, Ecclesiam seu Patres vel Doctores Ecclesiæ omnium retro Sæculorum realem Christi in Eucharistia præsentiam, extra suspensionem, seu per transubstantiationem credidisse; ita eandem Ecclesiam nunquam censuisse communionem sub utraque specie esse juris divini infra libro V. in apicrum ponemus.



## §. I.

De ipso Missæ Sacrificio ejusque institutione ac frequentatione in Ecclesia.

**P**ER Missæ Sacrificium intelligimus offerri Deo verum & proprium Sacrificium non tantum laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem Sacrificii in Cruce peracti, sed vere propitiatorium; hoc est, quod nequaquam solum tantum prodest iumentis, sed pro vivis & defunctis; pro peccatis, poenis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debet.

Ita contra Novatores definit Synodus Tridentina Sess. 22. De Sacrificio Missæ cap. 9. Can. 1. & 3. quorum 1. sic habet: *Si quis dixerit in Missa non offerri Deo verum & proprium Sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari, anathema sit.* Secundi verba fere retulimus. His vero Canonibus accurate secernitur idea, quam habet ac semper habuit Catholica Ecclesia de Missæ Sacrificio, ab ea, quam postremis his temporibus sibi de eo finxerunt heterodoxi, qui per sacram actionem, qua conficitur aut in eorum sensu preparatur Eucharistia, nudam communicationem fractionis panis intelligunt, & ad summum Sacrificium aliquid metaphoricum laudis & gratiarum actionis, quia nempe & ipsi in preparatione suæ Eucharistia per ministros suos laudes & gratiarum actiones adhibent, ac demum nudam commemorationem Sacrificii in Cruce peracti. Nequaquam vero Sacrificium proprie dictum, seu actum Religionis, quo per destructionem hostiæ fiat prolestatio supremi in Deo dominii super omnes creaturas, nostræque totalis dependentiæ in esse, vivere, & conservari ab ipso; simulque non tantum participantibus de ipso, seu communicantibus,

vi communionis, sed etiam toti Ecclesiæ, ejusque individuis offerentibus, vel presentibus, aut pro quibus applicatur tam vivis, quam defunctis, gratia variæ remissionisque impetrentur, quemadmodum fiebat per Sacrificia veteris Legis; id quod tenet Catholica Ecclesia.

6. Sacrificium ita sumptum Christus ipse Sacerdos secundum ordinem Melchisedech in ultima Cæna instituit.

Id referunt Mattheus, Marcus, & Lucas, dum, ajunt Christum post Consecrationem panis ac vini, eorundemque distributionem Discipulis factam dixisse: *Hoc facite in mei commemorationem.* Quo loco Salvatorem verum Sacrificium sub specie panis ac vini instituisse, præfiguratum in illo, quod olim obtulit Melchisedech, constans est ac perpetua omnium antiquorum Patrum sententia; & eorum testimonio sensus Ecclesiæ; & ex hujus sensu sensum Sacre Scripturæ potius desumendum, quam ex interpretatione contraria novissimorum hominum, nescio de quo Spiritu privato gloriantium, supra lib. 1. Tit. 1. §. 6. demonstratum fuit. Et ut unum vel alterum in medium adferamus, S. Cyprianus, qui Sæculo III. floruit ep. 63. ad Cæciliam inquit: *In Sacerdote Melchisedech SACRIFICII Dominici Sacramentum præfiguratum videmus; — quod autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat in psalmis Spiritus S. — nam qui magis Sacerdos Dei Summi, quam Dominus noster Jesus Christus, qui Sacrificium Deo obtulit, & obtulit hoc idem, quod Melchisedech obtulerat, id est, panem & vinum, suum scilicet Corpus & Sanguinem.* Cypriano suffragatur S. Augustinus lib. 16. de Civit. Dei cap. 22. ubi ait, in oblatione Melchisedech primum apparuisse Sacrificium, quod nunc à Christianis offertur toto orbe terrarum. Implerique illud, quod longe post factum per Prophetam dicitur ad Christum, *Tu es Sacerdos in æternum, &c.* Item lib.

18. de Civitate Dei cap. 35. ubi post relata Malachie verba c. 1. v. 11. *Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quibus Sacrificium nostrum incrementum manifeste prædicitur, pergit: Sacrificium per Sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech, cum in omni loco à solis ortu usque ad occasum Deo jam videamus offerri; Sacrificium autem Judæorum, quibus dictum est, non est mihi voluntas in vobis, nec accipiam de manibus vestris munus, cessasse, negare non possunt.* Similia repetit lib. 19. cap. 23. & Orat. contra Judæos cap. 9. præcipue autem lib. 4. de Trinit. cap. 14. *Quid tam ingrate, inquit, offerri & suscipi possit, quam caro Sacrificii nostri Corpus essetia Sacerdotis nostri? Sed Ecclesiam ab Apostolorum temporibus sensisse, Christum in ultima Cæna verum Sacrificium instituisse, ex ejus interrupta praxi, de qua testes habemus omni exceptione majores omnium Sæculorum Patres & utriusque Ecclesiæ Doctores, jam perdiscendum.*

7. Idem ergo Missæ Sacrificium à Christo Domino in ultima Cæna institutum, ab Apostolis post ejus in Cælos ascensionem frequentatum fuit.

Propositionem adstruimus I. ex actis Apostolorum cap. 2. ubi S. Lucas ait: *Erant perseverantes in communicatione fractionis panis; & infra ex cap. 20. Una sabbatorum cum convenserunt ad frangendum panem. 2. ex S. Paulo 1. ad Corinthios c. 11. Convenientibus vobis in unum, jam non est dominicam Cenam manducare; — ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit ac dixit, Accipite & manducate: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & Calicem, postquam*

Cenavit dicens: *Hic Calix novum Testamentum est in meo Sanguine, hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem.* Quomodo intelligendi sunt textus allati, Domini Protestantes? de vestra Cæna, an de nostro Sacrificio? edicite: de nostra, inquit, Cæna; sed si ea de nostro Sacrificio à suis cunctis ad nostra tempora universalis visibilis intellexit Ecclesia, vestrae opinionis aut ejus sententio potius adherere debere prætere potestis? at ita illa constanter sentit, & de Sæculo VI. usque ad præsentem vestram reformationem, quæ Sæculo XVI. contigit, eisdem non dubitatis; quid vero si testes vobis adducamus pro prioribus Sæculis, quibus sanctiores & doctiores in Christianismi vere ipsi non nollis? numquid illis in re tanta, unde vestra dependet salus, erederis? & Ecclesiæ universalis interpretationem, quam praxi sua verbis Christi sive Pauli relatis constanter in favorem veri Sacrificii adhibuit, tandem præferitis miserè nescio cui Ecclesiæ invisibili, & in angulis abjectæ, quam necessitate coacti finxistis, aut reformatorum vestrorum prætenso spiritui privato? Et ecce eos adducimus.

8. Viri Apostolici seu Apostolorum Discipuli, horumque Auditores pro priora II. Sæcula unanimes testantur, Ecclesiam cum ipsis natam, & propagatam censuisse Christum in ultima Cæna verum Corporis & Sanguinis sui instituisse Sacrificium.

Primo loco veniunt S. Andrea discipuli, Achazæ Presbyteri in ep. quam de Martyrio S. Andreae conscripserunt. *Ego omni die, inquit, sacrifico Omnipotenti Deo non taurorum carnes, nec bircorum sanguinem, sed immaculatum Agnum in altari. At non fuit genuina isthæc acta! Desperate cause sane ultimum refugium, à nostris dudum inventis argumentis explosum (Lib. 1. Tit. 1. N. 231.).* Succedit S. Ignatius Aposto-



locum discipulus, Sacrificium offerendi saepe commemorans, praesertim in ea, quam ad Smyrnenas genuinam scripsit, epistola, ex qua haec verba Seculo IV. recitat Theodoretus in imparibili dialogo III. Eucharistias, & oblationes non admittunt (haeretici sui temporis) quod non consistantur Eucharistiam esse carnem Salvatoris nostri Jesu-Christi. Eundem excipit S. Irenaeus Polyeparci Saeculo II. discipulus lib. 4. cap. 32. Dominus suis Discipulis datus consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati sint, eum, qui ex creatura panis est, accipit, & gratias agit, dicens: Hoc est corpus meum; & Calicem similiter, qui est ex ea creatura, quae est secundum nos, suum Sanguinem confessus est, & novi Testamenti novam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in universo mundo offert Deo. Quid vult sibi nova ista novi Testamenti oblatio per totum mundum facta Deo in tesseram grati animi pro perceptis à Deo beneficiis oblata? eorum illa est Protelantium laudibus, ac gratiarum actionibus, seu metaphorico illo Sacrificio laudis, & gratiarum actionis comitata; an verum ac essentiale Sacrificium Catholicæ Ecclesiae, in quo ipsa hostia in grati animi tesseram Deo offertur? Possertus de universa Ecclesia testatur Irenaeus, & quidem tanquam rem ab Apostolis acceptam. Hinc non mirum, quod bonus ille Levita Laurentius ad eisdem Saeculi II. initium apud Ambrosium lib. 1. off. cap. 41. persuasissimum habebat, in Ecclesia verum offerri per consecrationem Corporis & Sanguinis Christi Sacrificium, cum ad Nictum suum dicebat: Quo Sacerdos S. sine Diacono properat? nunquam Sacrificium sine ministro offerre consueverat; ab Apostolis enim seductus ista dicebat simplex ille Levita, ac pro re supersticiosa in craticula se altari passus est. Sed & S. Ju-

stinus Martyr, qui circa eisdem Saeculi II. medium vixit, Apostolico veneno videtur afflatus fuisse, dum Apologia II. pro Christianis sic divinae Liturgiae seriem describit: Nos preces & supplicationes fundimus, ut digni idoneique simus, qui, veritate agnita, per opera etiam ipsa boni, atque officiosi rerum administratores, & datorum nobis mandatorum custodes inveniamur, atque ut salute salvemur sempite. n. ; finitii vero precibus, mutuis nos invicem osculis salutamus. Deinde ei, qui fratribus praesertim, offertur panis, & poculum aquae & vini; quibus ille acceptis, laudem & gloriam verum universarum Patri per nomen Filii & Spiritus S. offert, & Eucharistiam sive gratiarum actionem pro eo, quod nos donis suis bisse dignatus sit, proluxe exequitur. Atque ubi ille preces, & gratiarum actiones absolvit, populus, qui adest, omnis fausta approbatione acclamatur, dicens, Amen. Amen autem voce hebraea fiat significat. Praesidens vero, postquam gratiarum actionem perfecit, & populus universus precatione leta eam comprobavit, qui apud nos vocantur Diaconi, atque Ministri, distribuunt unicuique, &c. Longam Missam seu prolixam vides caeremoniam hoc loco, cordate Lector, in qua Eucharistiae Sacramentum conficiebatur, ac populo praesenti aureis illis temporibus distribuabatur. At ne putes Calvinisticam Caenam à Justino delineari; velis mentem pro re nostra colligas velis ex dialogo eisdem contra Tryphonem, ubi ita habet in editione Coloniense de An. 1686. col. 259. in fine: Sane quidem similia quoque oblatio, O viri (ad Tryphonem ejusque sodales in stadio ambulatores Nicti cum ipso confidentes loquitur) dicebam pro eis, qui à lepra purgabantur, ut offerretur tradita, figura fuit panis Eucharistiae: quem in recordationem passionis, quam pro his sustulit hominibus, quorum animi ab omni purgantur pravitare, Jesus Christus Do-

minus

minus noster facere praecipit: ut gratias ageremus Deo, cum pro eo, quod mundum cum universis, quas complectitur, rebus, hominis gratia creavit; tum ob id etiam, quod ab omni, in qua fuimus, malitia nos liberavit, ac principatus, potestatesque perfecta occiderit occisione, per eum, & de consilio & voluntate ejus factus est patibilis. Proinde de Sacrificiis à vobis tum oblatus Deus, sicuti supra dixi, per Malachiam unum ex duodecim ait: Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus, & sacrificia vestra non suscipiam de manibus vestris: propterea quod ab ortu solis ad occasum usque nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & vicina pura: quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus: vos autem profanatis illud. De nostris vero gentium, quae in omni loco offeruntur, Sacrificiis, hoc est, pane Eucharistiae, & poculo similiter Eucharistiae, jam tum locutus praedixit, nos quidem glorificare nomen ejus (nimirum Sacrificiis nostris in pane & poculo), vos autem profanare (nimirum Sacrificiis vestris per Sacrificium Christianorum abolitis.) Quod autem vocabulis panis vini & aquae, seu aqua mixti in utroque loco realem Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia praesentiam non excluderet Justinus, ut miris artificibus extorquere volunt Albertinus, Claudius, Laroquanus, & alii Calviniani Pseudo-Missa, jam probatum est lib. 1. Tit. 1. cap. un. §. 6. N. 233, 259, & 260. Et aliunde jam adeo vapularant post Arnaldum à Natali Alex. & Nicolao le Nourri homines isti in perniciem suam & aliorum ingeniosi, ut nihil reponendum ipsis superest. Ceterum meridia ipsa clarus est, Justinum censuisse in confessione Eucharistiae verum offerri Sacrificium, cum illud & Sacrificium disertis verbis edisserat, & in locum Sacrificiorum Sacerdotum successisse Judaeis adfirmet, &

in tesseram grati erga Deum animi pro acceptis beneficiis offerri dicat. Justino autem optime perspectam fuisse Apostolicam doctrinam vel ipsi heterodoxi asserunt, & inter alios Hieronymus Zanchius operum vol. 3. & Dallaeus de usu Patrum pag. 255. Habemus ergo irrefragabiles testes de Missæ Sacrificio in Asia, Africa, Europa, in Orbe Christiano primis duobus Saeculis. Ut S. Dionysium praeteream, qui cap. 3. Eccl. Hierarchiae, postquam magnificis verbis salutaris hostiae oblationem & Sacrificii excellentiam extulit: Pontifex, inquit, de Sacrificio dignitatem suam superante se purgat, ad Christum prius exclamando: tu dixisti, hoc facite in meam commemorationem; eo quod dicta opera eidem Apostolorum Discipulo etiam à quibusdam ex nostris abjudicentur.

9. Ecclesia Saeculo III. quam doctrinam ab Apostolis eorumque Discipulis de ineruento Missæ Sacrificio accepit, eandem imperturbata praxi continuavit.

Propositionem testibus adstruo. Imprimis Cyprianus ep. 63. ad Caecilium quosdam reprehendit, qui in Calice Dominico sanctificando, & plebi ministrando non hoc faciunt, quod Jesus Christus Dominus & Deus noster Sacrificii hujus Autor & Doctor fecit & docuit. Et Optatus Milevitanus Saeculi IV. medio l. 1. meminit Ecclesiae & Altaris, in quo Cyprianus, Lucianus, & alii Sancti Episcopi celebraverant. Et lib. 6. contra Parmenianum: Quid vos offenditis, etiam vos ipsi, ut illa Altaria frangeretis, in quibus ante nos per longa temporum spatia sancte, ut arbitramini, obtulisti. In Donatistas invehitur. Quin pro mortuis Sacrificia in Ecclesia Saeculo III. offerri solita habemus ex eodem S. Patre supra Tit. XXVIII. Accedit Tertullianus de oratione cap. 15. Nonne, inquit, solemnior erit statio tua, si & ad Aram Dei steterit? acceptio Corpore Domini & reservato utrumque salvum est, & par-

tici.



participatio Sacrificii & executio Officii. Ara Dei nulla profecto est sine Sacrificio, neque participatio Sacrificii, si Sacrificium non erit. Habemus ergo Missæ Sacrificium Saeculo III.

10. Saeculo IV. & V. sicut Ecclesia abundavit Doctoribus, ita & abundamus testibus de continuato in ea ininterrupte Missæ Sacrificio.

Actum ageremus, si omnia Concilia, Pontifices, Patres in medium adferre vellemus, quæ de inconvulsa hac veritate testimonium perhibent, nullus enim ex omnibus est, qui id non testetur. Ut tamen paucos seligamus, S. Ambrosius in precatione ante Missam: *Ergo Domine*, inquit, *memor venerande passionis tuæ, accedo ad Altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi Sacrificium, quod tu instituisti, & offerri præcepisti in tui commemorationem pro salute nostra.* S. Chrysostomus Homilia 60. *Verum & tu Laice, cum Sacerdotem videris offerentem, ne ut Sacerdotem esse putes hac facientem, sed Christi manum invisibiliter extensam.* Eusebius lib. 1. *demonstrationis Evangelicæ* c. 10. postquam multa disserit de Sacrificio à Christo instituto, tandem concludit: *Nos sacrificare, memoriam celebrantes magni illius Sacrificii, secundum mysteria, quæ ab ipso tradita sunt.* Opratus Milevitanus l. mox cit. multas observat caeremonias quoad eisdem Eucharistiæ celebrationem, quam Sacrificii nomine insignit, idque Sacrificium pro tota Ecclesia tempore suo super Altare ligneo, quod ad maiorem reverentiam linteo ornatum, & cooperatum erat, celebratum fuisse testatur: *Cum altaria*, inquit lib. 3. *solemni Sacrificio aptarent.* Et in fine agens de Missa in Africa celebrari solita: *Ritu solito solemnis consuetudo percepta est, cum viderent divinis Sacrificiis nec mutatum quidquam, nec ablatum.*

Denique S. Augustinus lib. 83. quaestio- num quaest. 61. *Sacerdos noster in ater-*

*num secundum ordinem Melchisedech se- ipsum obtulit holocaustum pro peccatis nostris, & ejus Sacrificii similitudinem celebrandum in sua passionis memoria commendavit, ut illud, quod Melchisedech obtulit Deo, jam per totum orbem terrarum in Christi Ecclesia videamus offerri.* Merito autem huic loco subnectit Cardinalis, Bona possem hic longum SS. Patrum catalogum texere, asserentium Sacrificium nostrum à Christo ad Apostolos, ab istis ad nos profuixisse: sed nolo in re clara & indubitata nimia prolixitate gravare Lectorem.

11. Hæc fides de incremento Missæ Sacrificio à Christo instituto in eo sensu, quo illud accipit Tridentinum supra N. 5. relatum, inconvulsa permanit per reliqua Christianæ æræ, usque ad nos, tempora non solum in Ecclesia Latina, verum etiam in Græca, atque in aliis Orientis Sectis, veterano Schismate, hæresibusque ab Ecclesia Romana dudum avulsis.

Propositionem hanc quantum ad Ecclesiam Latinam testimoniis adstruere, esset ligum in Sylvam vehere. Quod autem eam quantum ad reliquas in apertum ponere possimus, Dominis Protestantibus in acceptis referre debemus; dum enim eorum præteriti Reformatores horumque Discipuli Augustinam Confessionem in linguam Græcam traditam Constantinopolim mitterent, spe freti, Græcos in suas partes pertracturos, id clogii à Patriarcha Jeremia tandem retulerunt, quod nempe inprimis circa presens punctum corruerint sensum Scripturæ, sintque homines incorrigibiles, qui renuntiando constanti traditione Ecclesiæ etiam renuntiaverint, seu valvas ocluserint luminis, cujus beneficio à suis erroribus revocari possent. Dux Synodi hæc super re habitæ Patriarchæ consentiunt; & quidem Leucosiensis alte fatetur, quod in Ecclesia Jesu Christi existat Sacrificium incrementum, vere propitiatorium pro pec-

## §. II.

De variis nominibus hujus incrementi Sacrificii.

12. Hoc incrementum Sacrificium à Christo institutum variis per varia Ecclesiæ Saecula nominibus insignitum legitur, tam in Ecclesia Latina, quam Græca.

Et ex Cardinalis Bona libris supra laudatis huc compendiose transcribemus. Primo igitur à Latinis vocatum est Collecta, quia colligebatur populus, ut Sacrificii interesset. Tertullianus in fine libri de fuga in persecutione: *Sed quomodo colligemus? quomodo Dominica solemnitas celebrabimus? postremo si interdiu colligere non potes, habes noctem.* II. Dominicum, ut ex mox relato loco Tertulliani perspicuum fit; & S. Cyprianus ep. 63. ad Cæciliam: *Numquid ergo Dominicum post Canam celebrare debemus, ut sic mysticum Calicem frequentandis Dominicus offeramus?* III. Agenda, ut constat ex Concilio Carthaginiensi vulgo II. An. 390. Can. 9. ubi dicitur: *Numidus Episcopus Majslytanus dixit: In quibusdam locis sunt Prebyteri, qui aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audacter, & inconsulto Episcopo complurimis in domiciliis arguti Agenda.* IV. Communio, ut habet S. Joannes Damascenus lib. 4. de Fide Orth. c. 14. *Communionis, inquit, optimo jure appellatur, quia per illud cum Christo commercium habemus.* V. Oblatio, quod in ea Christus Agnus sine macula offertur, & immolatur. Unde Ennodius Ticinensis sub finem Apologetici Ecclesiam sic loquentem inducit: *Me, quam Dei summi templa, repudiatis sanctorum cultibus, & novæ lucis nitore gaudentem fecerunt esse conspicuam, quam à victimis liberavit Oblatio.* Offenditque Pamelius ad lib. Tertull. de cultu feminarum cap. 11. ubi

peccatis vivorum & mortuorum. Et quod hæc sit fides quatuor Patriarcharum, Constantinopolitani, Alexandrini, Antiocheni, Jerosolymitani, Moschovitaram item, Russorum, Bulgaricæ, Servicæ, Mysicæ superioris & inferioris, Imperii Arabum, & Ægyptiorum cum Græcis communicantium. Inter hos Patriarcha Antiocheus hanc notat dignam consignavit confessionem cum sua Ecclesia: *Credimus, quod Missa sit verum Sacrificium incrementum tanto eminentius Sacrificiis in lege Moysis oblati, quanto Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, perfectior est Agnus, & Sacerdos æternus secundum ordinem Melchisedech perfectior illo, qui circumdatus est infirmitate & capax peccati; etenim Messias in divina Missa est ille, qui offert & offertur, qui recipit & qui donat, sicut dicit S. Chrysostomus. Nos igitur offerimus Sacrificium incrementum Altissimo pro peccatorum remissione, quæ commiserunt Fideles vivi & mortui, quemadmodum nos docuerunt SS. Apostoli per Messiam edocli. Ecclesiæ Græcæ adspiciuntur in Oriente Jacobite, & Nestoriani, cum omnibus reliquis sectis. Vide le Brun Tom. 2. pag. 428. & seqq. Signum manifestissimum, doctrinam de incremento Missæ Sacrificio ab ipsis Apostolis per ininterruptam praxim ad omnes enumeratas Ecclesias sæculorum vehiculo delatam fuisse. Non igitur mirum, quod ipse infernalis Sathanas Apostatæ Luthero magistrum de abroganda Missæ agere debuerit, ut ipse testatur in suorum operum editionibus Wirtembergensi, Jenensi, Alrenbourgeni, &c. vix enim credibile est, suam propriam audaciam, esto longe maximam, eundem ad hunc excessum, ut Religio- nem absque ejus essentia, sive Sacrificio institueret, perducituram fuisse. Sed sequantur per nos licet Domini Protestantes doctrinam à malo demone traditam: nos ininterruptæ doctrinæ, praxique universali Ecclesiæ interim adharebimus.*



ubi multas congerit ipsius Tertulliani & aliorum Patrum autoritates. Pergit Cardinalis Bona: Possent & alia nomina afferre, quæ Missam apud Latinos significant, qualia sunt *Hostia*, & *Fractio panis*, *Mysterium*, *Latria*, *Pignus*, *Sanctum*, *Mensa*, *Pretium*, *Bonum*, *Gratia*, & similia: sed de his legi possunt Josephi Vicesomes lib. 1. de ritibus Missæ, &c.

Quantum ad Ecclesiam Græcam, ab ejus Patribus vocatur I. *Liturgia*, sive ministerium publicum, & quidem ab ipsis Ecclesiæ canonicis. Actuum enim 13. vox illa *Ministrantibus illis Domino*, græce est, *Lituranton*; quod quidem Ministerium nihil aliud fuisse creditur, quam Sacrificium, atque ideo textum illum sic vertit Erasmus: *Cum illi Domino sacrificarent*. Hinc translatum Liturgiæ nomen ad ipsum contextum & ordinem Sacrificii, cum dicimus Liturgiam Jacobi, Basilii, Chryostomi, &c. II. *Mystagogia*, quæ idem est, ac secreta actio, divina participatio, introductio ad Mystera, apud Dionysium c. 1. Hierarchiæ Eccl. & Nazianzenum Orat. 17. ad cives suos. III. *Synaxis*, seu collatio, ut eam frequenter scribit Dionysius L. cit. quamvis alii Patres hæc voce uti soleant pro quacumque Fidelium Congregatione, sive ad orationem, sive ad psalmodiam, sive ad audiendum verbum Dei, ut constat ex Cassiano lib. 2. cap. 10. & Collat. 2. cap. ult. IV. Ab eodem Dionysio ibidem etiam vocatur *Telete*. Est autem Telete Lexicographis initiatio, consecratio, perfectio. Vera autem notio, ad quam frequenter scribit Dionysius, cum hoc nomen Sacrificio tribuit, est perfectio & consummatio; quia in illo Christus offertur Fons totius perfectionis, &c. V. *Anaphora*, elevatio, sursum elatio, id quod optime expressit Anastasius Sinaita Oratione de Synaxi: *State*, inquit, *obsecro, cum reverentia, state cum timore, remenda illa elevationis hora*. Quo enim affectu, & quo animo quisque illo tem-

pore assistit, sic & ad Dominum sursum fertur. *Anaphora* enim dicitur, quia sursum ad Deum fertur. VI. *Prophora*, quæ vox latine oblationem significat, de qua supra actum est. Loæa Sanctorum Patrum, à quibus Prophora pro Sacrificio accipitur, multa congerit Riccardus Comment. ad Orationem 6. Procli pag. 242. VII. *Oeconomia*, quo nomine Epiphanius pro Sacrificio utitur hæresi 75. Idemque est apud illum facere œconomiam, ac Sacrificium offerre; quamvis alii Patres nomen œconomiz usurpant ad exprimentum Incarnationis Mysterium. Alia à Græcis divina Liturgiæ tributa nomina (qualia sunt *Hierurgia*, *Eulogia*, *Agathon*, *Mysterion*, *Latria*, *Dipnon*, *Teleton*, & similia; quæ latine sunt actio sacra, benedictio, bonum, mysterium, cultus, cœna, perfectio) supra citati Auctores Vicesomes, Dortes, & Raynaudus suppeditant, concludit Eminētissimus Cardinalis Bona.

13. Inter varia hæc nomina, quibus Veteres inveniuntur Ecclesiæ Catholice Sacrificium insigniverunt, antiquissimum & usitatissimum apud Latinos est nomen *Missæ*.

Putat Baronius ad An. 34. N. 59. natam hanc vocem simul cum Ecclesiæ, & à primis ejus post Christum Fundatoribus Petro & Paulo ex hebraicis fontibus Romanis traditam, quæ etiam usum fuisse ait Jacobum fratrem Domini in sua Liturgia; sed utrumque tanti Viri fundamentum refellitur à Cardinali Bona. Negat enim imprimis, & vere negat, Missam esse nomen hebraicum; quicquid autem sit de Liturgia S. Jacobi, quod alio loco examinandum relinquunt, eidem nomen Missæ adscribi non posse affirmat, cum græce scripserit, sed Latino Interprete; nec usquam Græcos Scriptores nisi post multa secula ea voce usos fuisse, & quidem non pro liturgia, sed pro matutinis & vespertinis precibus; ut habet in priori suo MSS. idem Eminēt-

entissimus Scriptor, teste Sala ad hunc §. N. 1. Idem Cardinalis eodem loco etiam refellit Vice-Comitem, & alios, qui nomen Missæ ex Epistolis Romanorum Pontificum primi & secundi sæculi adstruere nitantur, quod hæc Epistole sint supposititæ, id quod nos etiam asseruimus lib. 1. Tit. 2. cap. 4. §. 5. Et ejus antiquitatem probat ex genuina S. Pii I. ad Iustum Episcopum Viennensem epist. Anno, ut Baronio visum est, circiter 166. scripta, in cujus initio sic loquitur Pontifex: *Soror nostra Euprepia, sicut bene recordaris, titulum domus sue pauperibus assignavit, ubi nunc commorantes Missas agimus*. Item ex Epistola Cornelli ad Lupicinum ejusdem Viennensis Ecclesiæ Episcopum, in qua ait, non licuisse tunc Christianis, neque in Cryptis notioribus publice Missas agere propter acerrimam persecutionem. Scripta autem est hæc Epistola circa An. 254. Item ex S. Ambrosio, qui sæculo IV. floruit, atque ep. 13. ad Marcellinam Sororem scribit: *Ego mansi in munere, Missam facere capi*. Et pro sæculo V. ex S. Augustino sermone 91. de temp. ubi dicitur: *In lectione, quæ nobis ad Missas legenda est*. Et sermone 237. item de tempore: *Eccæ post sermonem fit Missa Catechumenis, manebunt Fideles*. Hi porro Patres eo nomine usi sunt tanquam confucto, & dudum Fidelibus usitato, ut patet; & hic usus post Augustini tempora adeo communis factus est, ut superfluum sit sequentium seculorum testes proferre.

14. Nomen nihilominus Missæ prioribus sæculis non solum ad exprimentum incrementum Ecclesiæ Sacrificium, sed etiam ad alia significanda usurpatum est.

Et primo quidem ex communi ac primigenia sua significatione pro *missione*, seu dimissione à quolibet Ecclesiastico officio acceptum est, ut in Concil. Carth. IV. Can. 84. *Episcopus nullum prohibeat usque ad Missam Catechumenorum, id est,*

ad dimissionem Catechumenorum ex sacra Liturgia. II. Pro *lectionibus* & *precibus*, quæ ab initio Liturgiæ usque ad dimissionem Catechumenorum expiuntur, qua acceptioe Concil. Valentini c. 1. sancivit, ut *Sacrosanctia Evangelia in Missa Catechumenorum post Apostolum legere*ntur. III. Pro illa parte Liturgiæ, quæ est ab offertorio usque ad finem, & dicitur *Missæ Fidelium*. Quo sensu Missæ nomine utitur Cæsaricus Arelatensis Hom. 12. his verbis: *Si diligenter attenditis, cognoscetis, quia non tunc sunt Missæ, quando divinæ lectiones in Ecclesiâ recitantur, sed quando munera offeruntur, & Corpus vel Sanguis Domini consecratur*. IV. Pro *collectis*, sive orationibus, quæ in Missæ Sacrificio legi solent, ut habet Concilium Milevitanum II. c. 12. *Placuit, ut preces vel orationes, seu Missæ, quæ probata fuerint in Concilio, ab omnibus celebrentur*. V. Pro *lectionibus in Choro*, Psalmodiarum decantationibus interponi solitis, ex eo, quod tunc Psalmodiarum decantatio dimitteretur; & hoc sensu intelligendus est S. Aurelianus Arelatensis Episcopus in sua Regula Monasterii à se constructi, in qua ait: *Sexta feria post nocturnos duas Missæ fiant in festate, in hyeme tres*. Et S. Cæsaricus in sua Regula cap. 21. dicens: *Omni Dominico sex Missas facite, prima Missa semper resurrectionis legatur; perfectis Missis dicite Matutinos*. Itemque in sua Regula Tetradii, ubi ait: *Duos nocturnos faciunt, & tres Missas; quæ evidentissime lectiones sunt, non collectæ*, ut putat Menardus. VI. Pro *divino officio*, ut in Concilio Agathensi cap. 30. ubi statuitur, quod in conclusione Matutinarum; vel Vespertinarum Missarum post hymnos capitella de psalmis dicantur. Et Cassianus: *Quare post Missam nocturnam, id est, post nocturnum officium, dormire non oportet*. VII. Quia Missa actio præcipua est, quæ in die festo peragitur; adeo nomen Missæ pro ipsa festivitate à mediæ ætatis Scrip-



Scriptoribus passim usurpatur, apud quos Missa S. Martini, vel S. Joannis idem est ac Festum Sancti Martini, vel Sancti Joannis. Videatur Sanctus Ivo Carnotensis in Decreto pag. 15. c. 190. Concilium Pilsense sub Nicolao I. cap. 3. *Communi placito constitutum, ut usque ad Missam S. Remigii, id est, Kalendas Octobris sparium habeant.* VIII. Denique sumitur Missa pro tota divini Sacrificii celebratione, quatenus utramque comprehendit Catechumenorum & Fidelium: quæ acceptio adeo inter omnes communis est, ut recentiores vix aliam agnoscant hujus nominis significationem. Porro apud antiquos Missæ & Missarum Solemnia plurali numero sæpius, quam singulari legitibus occurrunt: vel quia duplex erat Missa Catechumenorum & Fidelium: vel quia Missæ nomine omnia divini officia, omnemque Sacramentorum administrationem intelligebant, ut ex dictis manifestum est. Unde errandi occasionem accepisse magis nominis Theologum Jacobum Gretserum, notat Bona, qui solum nostri temporis usum attendens, quoties apud Cassianum & S. Benedictum Missæ nomen invenit, de Missa Sacrificio intellexit: ex quo sequeretur plura in die, imo etiam post prandium Sacrificia olim à Monachis oblata: quia etiam post Vesperas, & post completorium S. Pater Benedictus sua illa phrasi utitur; *Missæ sint, & Missæ fiant.* Quo errore nihil esse absurdius ait Cardinalis. Qui lapsus nihilominus eminentem Gretseri doctrinam obsecrare non debet, cum magis etiam nonnumquam dormitet Homerus. Interim tamen satis indicat, quanti Theologis, Canonistisque interit studio hystoria Ecclesiastica ad Regulas sanæ Criticæ exacto indefessam operam locare.

15. Unde nomen Missæ originaliter derivetur? magna est Authorum dissentio; verior sententia est illa, quæ illud ait esse vocem latinam, à *mittendo* sive *dimittendo* dictam.

Prima pars ex eo patet, quod quidem illud existiment hebraicum ab hebraea voce *Misach*, quæ oblationem significat Deut. 16. v. 10. sed ut optime adverteit Bellarminus lib. 1. de Missa cap. 1. si vox illa hebraica in usu Apostolis fuisset, eam certe retinissent etiam Græci & Syri, atque alie nationes, ut retinuerunt galias similes, videlicet, *Amen, Alleluja, Sabaoth, Osanna, Satban, Sabbathum, Pascha.* Apud Græcos autem nulla est mentio hujus vocis. Genebrardus vero de Liturgia Apostolica cap. 3. aliam hujus nominis originem proponit ex græca voce *Myseis*, à verbo *Myzo*, quod est doceo, inlituto, spiritualiter initio; unde Missæ nomen mutata terminatione in lingua Latina prodiverit. At hanc conjecturam Genebrardi Cardinalis Bona vocat levissimam, ac tanti Viri doctrina eruditioneque indignam. Cum nomen Missæ non nisi apud Recentiores Græcos reperitur, qui post An. 1000. hanc vocem sicut & alias à Latinis acceperunt; & alio sensu usurpant, præsertim Scriptores Theologi, qui ea passim utuntur pro precibus, quas in exerciti Militis Christiani mane, & vespere recitabant. Albaspinaus vero lib. 2. de Sacramento Euch. cap. 3. rejectis aliorum etymologis, singulari opinione veit Missam dici à nomine *Mels*, quod apud Gentis Septentrionales significat *Festum* sive *Congregationem*, inmixtis præcipue Capitularibus, & Conciliis Franciæ sub Carolo Magno, ejusque Prospatia habitis, & editis; & quibusdam tamen potius deducitur, Missæ nomen ad festum conventumque populi denotandum translatum fuisse, inquit Cardinalis Bona, manifesta ductus ratione, quam adfert infra cap. 2. §. 5. & nos supra N. 14. eam adduximus, quod nempe sæculi IX. & sequentium Scriptores festa Sanctorum, in quibus Germani Conventus, seu Nundinas celebrare tum solebant, & adhuc solent, Missæ nomine insigniverint. Unde

de de facto perdurant, die Michael Meesi, die Veits Meesi, die Martini Meesi, &c. Non enim verisimile videtur, pergit idem, quod à Gentibus Septentrionalibus Missæ nomen emanare potuerit; quia cum ferius ad eas Evangelii prædicatio pervenerit, illud potius ab illis acceperunt, à quibus fidei Mysteris imbuti sunt. Credo igitur, venia Doctissimi ac in re canonica veratissimi Albaspina, Missæ nomen in enarratis variis significationibus à Gallis & Germanis cum aliis nationibus usurpatum, ac tandem mediis Sculis pro significanda tota festivitate alicujus loci acceptum, & in hac significatione ad populos septentrionales cum ipsa fide inductum: vel tandem ab eis usurpatum, occasione potius Germanis dedisse, ut à festis diebus seu Missis nomen Meesi ad nundinas suas derivarent; cum in similibus solemnitatibus nundinas celebrare solemne habuerint, & adhuc habeant, quam quod ab eorundem nundinis vulgo *Meesen* vox illa in Sacramentum derivata fuerit.

Quare merito secundæ parti propositionis, quod nimirum Sacrificio inveniunt Missæ nomen à *mittendo* sive *dimittendo* populo à peracto respective Sacrificio, eruditorem ex Catholicis fere natio subscribit, quos ad longam refert: iisque subscribit eruditissimus fortassis omnium, atque sæculi nostri deliciarum Benedictus Papa XIV. feliciter regnans in Commentario de Sacrificio Missæ à se edito typis Patavinis de An. 1752. §. 68. ubi & confpirantes in hanc etymologiam Protestantæ adducit, atque rationem ejusdem reddit, inquit: *Quia vero in nostra Sacrificii Liturgia binæ dimissiones erant, quarum altera Diaconus Catechumenos & infideles post Evangelium, altera cæteros omnes, Missa peracta, dimittebat illis verbis, Ite, Missa est, quæ secunda dimissio etiamnum remanet, inde Sacrificio nostro Missæ nomen inditum; & post citatos hanc in sententiam Au-*

thores notat, Bossæum in explicatione quarundam difficultatum de Missæ Sacrificio cap. 2. monere, vocem *Missæ* eandem esse ac *Missio* levi facta inflexione, quemadmodum *Remissio* pro *Remissio*, *oblato* pro *oblatio*, *Ascensio* pro *Ascensio* Veteres dixerunt. Addit, notasse etiam eundem Bossæum, cum ad oblationem devenit, Catechumenos, Penitentes, Emergemos alta voce à Diacono, ac denique expleta Missa populum universum *dimitti* consuevisse: ac propterea Sacrificium non modo *Missam*, sed etiam *Missas* esse appellatum. Frequentissime in libris occurrit *Missas facere*, *Missarum solemnia*; nam in Sacrificio non una, sed binæ fiunt dimissiones. Id quod nos supra jam notavimus. Decantata ergo illa Diaconi vel etiam Sacerdotis vox, *Ite, Missa est*, idem significat, ac revertentium ad vestra negotia, missio, seu dimissio vobis à Sacrificio conceditur; vel si Catechumeni, &c. estis, imperatur.

## §. III.

## De Ritibus in Sacrificio Missæ adhibitis.

16. Inveniunt autem vere propitiatorium Sacrificium à Christo in ultima Cæna per consecrationem panis & vini institutum, atque per illa verba, *Hoc facite in meam commemorationem*, Apostolis, eorumque sequacibus frequentandum usque ad consummationem sæculi in Ecclesia à se fundata mandatum fuisse, ex hucusque dictis in apicem positum est. Nunc, quoniam nulla in rebus humanis datur solemnis functio sine certis ritibus, ceremoniisque; de ritibus in hoc sacrosancto Mysterio ab Ecclesia adhibitis recto ordine inquiremus.

17. Damus autem in antecessam Dominis Protestantibus, quod Christus Dominus, dum in ultima Cæna sacrificia-



ret, nec eos ritus, quos Ecclesia Latina, neque eos, quos Græca in eodem Sacrificio adhibet, exhibuerit. Ut eos nobis propitios exhibeamus in concedendo, quod neque eorum ritus, quos ipsi in suis cœnis adhibent, præsumpserit: utpote qui nocte Eucharistiam instituit, eamque post epulas carnales Discipulis distribuit; atque exinde discant non scandalizari ex variis hoc Mysterium celebrandi ritibus in variis orthodoxas Ecclesias subinde inductis, ac sapienter immutatis. Manet enim inconvulsam dogma, fidem in Ecclesia variari non posse, disciplinam mutationi esse obnoxiam. Nam & ipsi parvulos suos non amplius baptizant nobiscum per immersionem, sed per affusionem, cujus tamen contrarium legitur in primitiva Ecclesia; ut alia quamplurima præteream. Fides ergo de necessitate Baptismi est eadem nunc, quæ olim, modus baptizandi non item. Et eadem ratio reperitur in aliis disciplinæ capitibus, ac præsentis in primis.

18. Itaque Missæ institutio ita ad Christum referenda est, ut ipsum ejus Authorem agnoscamus quoad essentiam, quæ mutari non potest; cætera vero, quæ ad preces, & ritus, ac ceremonias pertinent, & quæ parascevalica, & accessoria, ac parerga sunt, ab Apostolis, eorumque Successoribus constituta fateamur.

Huc enim pertinent Apostoli verba ad Corinthios: *Cætera cum venero disponam*, ut docet Augustinus hunc locum pertractans ep. 118. ad Januarium: Unde, inquit, *intelligi datur, quia multum erat, ut in epistola totum illum agendi ordinem insinuaret, quem universa per Orbem servat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diversitate variatur.* Sunt igitur quedam in omnibus Liturgiis, in quibus omnes Ecclesie conveniunt, utpote sine quibus Sacrificii ratio nullo modo subsisteret; cuiusmodi sunt panis, & vini præparatio,

oblatio, consecratio, consummatio, & ipsius Sacramenti communicare volentibus distributio, inquit Cardinalis Bona: cujus sensum circa ultima verba contra quosdam rigorosiores Criticos vindicant Commentator Sala hic N. 3. Ecclesie autem omnes in his convenisse erui potest ex testimoniis variorum Patrum hoc. lib. Tit. 30. de *Decimis & Oblationibus*, sicut & in præsentis §. 1. relatis, & adhuc referendis. Aliæ item præcipuæ partes sunt, quæ licet ad Sacrificii integritatem non spectent, in omnibus tamen omnium Gentium Liturgiis reperiantur, Psalmorum scilicet modulatio, Lectio Sacræ Scripturæ, Ministrorum apparatus, thurificatio, Catechumenorum & aliorum profanorum exclusio, precatio pacis, preces diversæ, gratiarum actio, & si quæ alia sunt ejusdem generis. Modus autem & ritus, quibus hæc omnia peraguntur, verba, quibus preces concipiuntur, ordo caeremoniarum, & reliqua minoris momenti diversis Ecclesiis diversa, & peculiariter sunt: nec ita ab Apostolis & Apostolicis Viris instituta fuerunt, ut perpetua forent & immutabilia. Ideo in illis varietates apparent, & mutationes, quæ unitatem Ecclesie non scindunt, nec Fideles offendunt. Narrat enim Augustinus ep. 118. vel nova edit. 54. sibi dubitanti de variis Ecclesiarum observationibus dixisse Ambrosium: *Ad quam forte Ecclesiam veneris, ejus morem serva, si cuiquam non vis esse scandaloso, nec quemquam tibi.* Idem ep. 86. seu in nova edit. 36. *In his rebus, de quibus nihil certi statuit divina Scriptura, mos populi Dei, vel instituta majorum pro lege tenenda sunt; de quibus, si disputare voluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio. Quæ sententia acutissimi Patris adeo vera est, ut, meo quidem judicio, cum ratione, & sine præjudicio sanarum Religionum à Dominis Protestantibus impugnari haud possit.*

19. Diversitatis horum rituum in tanta fidei unitate variæ successive causæ existunt.

Eas enumerat Cardinalis Bona lib. 1. cap. 6. §. 2. videlicet, vel quia dispares diversarum Nationum mores & ingenia sunt, quæ diversos ritus & caeremonias, ut in rebus Politicis, ita etiam in Ecclesiasticis exigunt: vel quia, nullo existente de his Christi, vel Apostolorum præcepto, libera facultas Episcopis relicta est id sentiendi & decernendi, quod unicuique salva fide magis expediens visum fuit, teste Socrate lib. 5. c. 21. & 22. vel quia, sæviente in Christianos persecutione, cœtus Episcoporum in unum cogi non potuit, in quo communibus suffragiis communis forma Sacrificii celebrandi ab omnibus custodienda stabiliretur. Divisis enim provinciis inter Apostolos ad Evangelii prædicationem, credibile est unumquemque illorum Gentibus, quas fide imbuerunt, modum quoque Liturgiæ tradidisse ad eorum mores & consuetudines, quibus ante susceptam fidem vivebant, accommodatum; atque hinc ritus aliquos Hebræorum in Ecclesia admissos testatur Hieronymus ep. 85. ad Evagrium. Quia vero dissimiles apud varias Nationes mores semper fuerunt, hinc orta rituum diversitas est. Eadem libertate alios item Antislites usos fuisse, qui in variis Regnis successu temporis Evangelium disseminarunt, Ecclesiasticæ historici Scriptores docent, & infra agendo de Liturgiis videbimus.

20. In inducendis variis his Sacrificii ritibus subinde peccatum est à variis Antislitis ex variis capitibus.

Ea enumerat laudatus Cardinalis L. cit. §. 3. quarum primum fuit nimia libertas, quam sibi temere arrogarunt quilibet in hoc genere audendi minorum etiam gentium Episcopi, & ipsi quoque Monasteriorum Præfati: adeo ut nonnulli, Apostolicis institutionibus neglectis, veterumque Patrum autoritate

posthabita, multa profusè insulsa, & ab Ecclesiastica gravitate aliena Ritualibus Libris inseruerunt, quæ in antiquis codicibus hodie legitur ac detestamur. Ex hoc primo capite, quod levitatis notam meretur, alii illud nimio studio evitare conantes, stultorum more in contrarium incidunt, ait Bona ibi, seu in pertinaciam, dum senel susceptis consuetudinibus, sive laudabiles ex essent, sive abusus pertinacius adherentes, resisterunt Romanis Pontificibus remedia adferre volentibus. Alii denique nullum statuentes discrimen inter capita fidei & disciplinæ, ex varietate rituum, dogmatum quoque diversitatem existimantes, mutuis inter se odiis & concertationibus exarserunt, disruptoque vinculo pacis ac electionis, schismatici & erroribus patentissimum ostium apertum est. Cujus rei testis est Ecclesia Græca.

21. Rituum horum abusus variatque nimix tollenda per omnia sæcula sedulo incubuerunt Concilia, Romanique, ac alii Antislites.

Legimus enim jam Actuum 15. causam circa ritum Circumcisionis & alia Legis Mosaicæ præcepta, quæ Judæi Gentibus recens ad fidem conversis imponere volebant, Jerusalem convocato Concilio definitum fuisse; & Tertullianus lib. de *Sejuniis* cap. 13. ait: *Aguntur certis in locis Concilia ex universis Ecclesiis, per quæ & altiora quæque in commune tractantur, & ipsa representatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur;* atque ex ipsa praxi Ecclesie constat, Concilia ob altiores seu graviores causas passim convocata fuisse, inter quas certe est illa rituum sacrorum, præsertim in Sacrificio Missæ, materia: unde in Concilio Epaonenfi An. 509. Can. 27. & in Gerundensi An. 517. Can. 1. statutum est, ut idem Missæ ordo in universa Provincia servaretur, quem servabat Ecclesia Metropolitana. A. autem 563. Braccarense I. aut potius II. Can. 22. constituit,



stituit, ut eodem ordine Missæ ab omnibus celebrarentur, quem præfaturus ejus Ecclesiæ Archiepiscopus à Sede Apostolica suscepit; & ante hæc Concilia Innocentius I. in Ep. ad Decentium Episcopum Eugubinum acerba invehitur in similes abusus, ostenditque primarias Ecclesias proprios ritus à Fundatoribus accepisse, quosdam vero ex successoribus per licentiam & potestatis abusum sepe illos immutasse, & novitates introduxisse. Sed quis recenscat omnia Concilia Romanosque Pontifices, qui huic negotio, præsertim circa Missæ Sacrificium, insudarunt, donec ea uniformitas in ritibus ejusdem prodiret, quam nunc conspiciamus, & suspicere tenemur? Perpendant hos aliquos numeros Domini Protestantium, & videant, quam Ecclesia Romana sit cordata & rationabilis, dum ritus in Ecclesiis particularibus laudabiles, etsi varios, commendat & fovet; abusus vero assidue tollere nititur; simulque expendant, an eorum præfati reformatores non fuerint fortassis ex eorum classe, qui capita fidei & disciplinæ confundentes, ex hujus posterioris variis abusibus apud Catholicos tum deprehensis, ansam arripuerunt à fidei unione cum suo sequaciumque suorum irreparabili damno temere se suosque separandi.

22. Quo ritu Apostoli Missæ Sacrificium celebraverint, inter Patres non convenit omnino.

Fideles, qui juxta actus Apostolorum perseverarunt in fractione panis, vel qui, juxta epistolam 1. ad Corinth. conveniebant in unam ad Dominicæ Coenæ manducationem, de quibus egimus supra h. t. N. 7. non ipsos singillatim attulisse panes, ac vinum, eumque quemlibet sive marem, sive feminam Eucharistiam effecisse, ac absumpsisse, sed tam confessionem, quam distributionem ab Apostolis, aliisque Ecclesiæ Ministris peractam fuisse, primumque per verum Sacrificium peractam fuisse §. 1. hujus Tituli invicte de-

monstratum est. Aliquem autem ritum, seu ceremoniam huic sacræ actioni adhibitam fuisse, ipsa ejus natura, atque à Christo facta institutio, sive Sacrificium in nostra Catholica, sive Coenam sacram in Protestantium sententia illam fuisse asseramus, postulat. Hoc ergo supposito Patres de hac re inquirentes in duas abire sententias inter se discrepantes, teste Cardinali Bona lib. 1. cap. 5. §. 3. Nam Gregorius M. lib. 7. Ep. 63. morem Apostolorum fuisse scribit, sola oratione Dominica oblationis Hostiam consecrare, additis procul dubio verbis consecrationis: cui adscriptulatur Honorius in gemma animæ c. 86. Et clarius id ipsum expressit Walfridus Strabo c. 22. de rebus Eccl. E contrario Proculus Constantinopolitanus in libello de traditione divinæ Liturgiæ contendit Apostolos fuisse, longoque verborum ambitu Missam decantasse. Et S. Chrysostomus homil. 27. in 1. ad Corinthios affirmat: Cum sacras ills Canas accipiebant Apostoli, quid tum faciebant? nonne in preces convertebantur & Hymnos? nonne in sanctas vigiliis? nonne in longam illam Doctrinam, & multæ Philosophiæ plenam? Quas discrepantes sententias ita conciliari putat Bona, si dixerimus, Apostolos utramque formulam & brevem, & prolixam diversis temporibus adhibuisse; brevem quidem cum temporis angustia, vel persequentium metu premebantur; prolixam vero cum per tempus, & occupationes liceret; & adeoque ab initio brevissimum fuisse Liturgiæ ritum, postea vero crescentem Fidelium numero lectiones, preces cepisse Apostolos adicere, quibus & Sacrificii dignitas clarior elucesceret, & major ipsi veneratio conciliaretur, pietasque Fidelium ac fervor magis accenderentur; exemplo nimirum veteris Testamenti, in quo plures à Deo ceremonias institutas sacræ literæ nos docent.

De

## §. IV.

## De Liturgiis.

23. **C**um sicut Canones, legesque in utriusque Juris Codicibus, ita ritus peculiare Missarum tum Ecclesiæ Latinæ, tum Græcæ in Liturgiis, seu potius Codicibus liturgicis compilati exhibeantur; ut materiam de ritibus Missæ, §. præcedenti generaliter delineatam, particularius §. præfenti exhibeam, de variis variorum Sanctorum, Nationumque Liturgiis agere constitui; nemo autem jure à me prætendat, ut particulares ritus omnium Ecclesiarum hoc loco recensentem, eosque ad invicem combinem, &c. id enim esset contra scopum suscepti operis, utpote in quo non particulares Juris Canonici materia exhaustire, sed tantum notis historicis illustrare constitui. Velim autem, ut benevolus Lector in memoriam revocet ea, quæ supra N. 18. de ritibus Missæ substantialibus, integralibus, & accidentalibus adnotavimus, atque notet in prioribus Ecclesiis semper convenisse, in posterioribus non item. Et idem judicium ferendum de sanis utriusque Ecclesiæ Liturgiis.

24. Itaque ut supra N. 22. dictum est, Ecclesiæ ab Apostolis instituta formam aliquam & ritum offerendi Sacrificium ab iisdem acceperunt, qui primis statim Sæculis in aliquo codice ordine descriptus fuit, qualem codicem nos hodie vocamus Missale, sicut ordinem Missæ in eo descriptum Liturgiam.

Præter propositionis parti consentit vel ipse Ernestus Grabbe heterodoxus Scriptor c. 6. ubi eadem fere verba adhibet. Id ipsum firmat Hugo Grotius. Quorum testimonio, tanquam ab inimicis sumpto, evincitur illa.

Secundam partem contra le Brun, qui sentit usque ad Sæculum V. Ecclesiæ per solam traditionem servatum fuisse Litur-

giæ ordinem, cum aliis fortiter suadet Commentator Eminentissimi Cardinalis Bona, Robertus Sala ad caput 8. §. 1. N. 1. & primo ex S. Justini Martyre, qui in Apologia 2. inter cætera sic ait: *Deinde ei, qui Fratribus præest, offertur panis, & poculum aquæ & vini, quibus ille acceptis, laudem & gloriam rerum universarum Patri per nomen Filii, & Spiritus S. offert, & Eucharistiam, sive gratiarum actionem* — prolixè exequitur; non est autem verosimile per solam traditionem, ac memoriter tantum ab illo codice, in quo legentur prolixæ illæ orationes, & preces, uno ordine, unoque ritu persolvi potuisse. 2. Ex Tertulliani loco à nobis N. 21. h. t. relato. 3. Ex S. Hieronymo, qui in catalogo Scriptor. Eccl. de S. Hilario Pictaviensi scribit: *Est ejus & liber Hymnorum & Mysteriorum alius.* Aliæ probationes videantur ibi.

25. Ex Liturgiis, quæ variis Apostolis attribuuntur, nulla videtur genuina præter ipsam Liturgiam Jacobi, quæ genuinus ejusdem Apostoli factus est: attamen successu temporis augmenta varia accepit.

In primis, quod Liturgiam sub nomine S. Petri Sæculo superiore, à Cardinali Sirleto græcè & latine ex MS. Codice editam, atque à Guillelmo Lindano notis illustratam attinet, eam evidentibus argumentis supposititiam, atque ab aliquo ejusdem Sæculi Sacerdote Italo Græco constatam probat Bona L. mox cit. §. 1. Liturgiis vero sub nomine Matthæi & Marci Evangelistarum proflantes §. 2. dubiæ fidei vocat. De prima enim altissimum ubique silentium esse asserit, posteriorem vero commemorari & veluti Pseudepigrapham à Sæculo XII. Scriptore Balsamone resp. 1. ad Marcum Patriarcham, & ad Can. 37. Concilii Tullani rejici ait. Quod vero Liturgiam S. Jacobi concernit, ejus genuinitatem ex perpetua Ecclesiæ Græcæ traditione, quæ illam

sem.



semper ut legitimam agnovit, adtruit, addens: Consentient Græcis Syri, qui rekte Abrahamo Echellenensi in notis ad Hebediesiu de Scripioribus Chaldaicis pag. 135. asserunt, S. Jacobum primum omnium Liturgiam scripsisse, & ad ejus normam ceteras institutas fuisse, in Ecclesiis Orientalibus nimirum; nam Ecclesiæ Romanæ Liturgiam, seu Ritus celebrandi Missæ Sacrificium, traditos fuisse à S. Petro, atque cum suis augmentis in ea conservatos, & in alias Ecclesias Occidentis derivatos alibi, probat idem Cardinalis. Alia ejusdem argumenta, sicut & solutiones consueculorum ab heterodoxis contra hanc Liturgiam structorum, vide ibi. Qui etiam ibidem ultro fatetur eidem à Recentioribus nonnulla addita fuisse, ut in similibus fieri solet; sed propterea nullatenus rejiciendam esse spuriam.

26. Liturgiæ Apostolorum Discipulorum, Clementis ac Dionysii nomine inscriptæ, subleste fidei sunt.

Quantum ad Missam S. Clementis illa habetur descripta in Constitutionibus Apostolicis per Clementem editis, quas, quamvis Cardinalis Bona censent tantum interpolatas, nos tamen lib. 1. tit. 2. cap. 2. §. 2. cum aliis probavimus & Apostolis & Clementi fuisse suppositas. Eas tamen Sæculo IV. vel etiam III. editas Viris doctissimis non negamus, & consequenter fatemur, Missam Clementis ejusque usum esse antiquissimum in Ecclesiis Orientalibus. Quantam vero ad Liturgiam à Dionysio traditam Eccl. Hierarch. cap. 3. quamvis eam Apostolicam plerique existimant, ejus tamen authenticæ unice dependet à genuitate ejusdem Sancti operum. Novimus autem quantis difficultatibus moderno Sæculo laborent dicti libri, & quam ponderosa illorum sint argumenta, quæ eorum Authorem ad Sæculum quartum protrahunt, cum prima illorum mentio primo fiat circa medium Sæculi VI.

27. Ex his Liturgiis Græci in Oriente præcipue usi sunt illa S. Jacobi Apostoli usque ad tempora S. Basilii M. seu circa An. 370. ubi sanctus ille Episcopus suam illam composuit, quam Græci susceperunt.

Hanc Liturgiam commendat Proclus in opusculo de traditione divinar Missæ, Trullana Synodus Can. 32. Leonius lib. 3. adv. Nestorium, & alii Patres Græci quam plurimi. Causam vero, qua motus est Basilus ad novum offerendi Sacrificii ordinem componendum, hanc tradit Proclus, quia Missam à Jacobo editam, fidei fervore deficiente, homines terrenis negotiis immeriti nimie prolixitatis accusabant: quare salubri usui consilio eam hic in compendium redegit. Ex quamquam Orientales ea Liturgia usi fuerint, nullum tamen hæctenus ejus exemplar repertum est, quod non mutilum, aut interpolatum sit, uti affirmat Goarius, qui in Euchologio Græcorum varia ejus præfert exempla. Hinc quam certum à ipsam Liturgiam à Basilio conscriptam esse, tam incertum est, quid nunc præcise ipsius sit in iis, quæ exstant sub ejus nomine, Liturgiis. Ejus diversitatis rationem reddit Scialach: quod sicut Latini & Græci Antistes in suis Liturgiis, quas ab Apostolis acceperunt, multa vel addiderunt, vel immutarunt; idem etiam ab Alexandrinis & Aegyptiis par est credere pro tempore opportunitate factum. Nemo se continuit intra terminos à majoribus constitutos, sed quisque addidit, quæ sibi aptiora visa sunt ad excitandam in se & in aliis pietatem. Porro Missa S. Basilii certis dumtaxat diebus utuntur Græci, in Dominicis scilicet sanctæ, & magnæ Quadragesimæ, dempta Dominicæ Palmæ, in sancta & magna Feria V. in magno Sabbato, in Vigilia Nativitatis Christi, & Epiphaniæ, & in die festo ipsius S. Patris Basilii.

28. Eadem, qua S. Basilus, ratione per-

perioris S. Chryostomus novæ Liturgiæ componendæ manum admovit ad finem Sæculi IV.

Id tellatur idem Proclus ejusdem S. Patris discipulus, & in Throno Constantinopolitano Successor in eodem Opusculo. Hanc Liturgiam edidit in suo Euchologio Goarius, & cum plurimis tam impressis, quam MSS. exemplaribus contulit, discussit, & notis illustravit adeo copiose & erudite, ut nihil ejus diligentæ addi possit, inquit Bona. Excerptit quædam Chryostomus ex Basiliana, & in suam transtulit; plura deinde ab aliis addita, & pro cuiusque nutu inserta sunt, unde maxima exemplarium varietas emanavit. Et hinc ejus eadem ratio, quæ Basilianæ. Vide Salam hic in commentario, ubi ea, quibus Heterodoxi hanc Liturgiam Chryostomo eripere conantur, exussit; & quidem facile; cum pro ea testi. nom. ejusdem S. Patris discipuli, & perpetuam traditionem Græcorum habeamus, quamvis interpolatam, minori tamen ex parte, non negemus cum Goario, qui etiam videri potest. Ea Liturgia utuntur Græci reliquo anni tempore.

29. Græcorum Liturgiis, Ritibusque in Sacrificio Missæ ab us præscriptis, utuntur aliæ Nationes quam plurimæ tum in Asia, tum in Africa, ac Europa; in suo tamen quolibet idiomate.

Inter has primo loco veniunt Moscovitæ Schismatici, à Græcis circa Sæculum X. probabilis ad fidem conversi. 2. Christiani Tartari circa Tauricam Cheronesum, Circassii, & quædam Ponticæ Nationes: itemque Servia, Myfia, Bosnia, Bulgaria, Russia minor Regi Poloniæ subiecta, Volhinia, Podolia, & pars quædam Lithuanicæ. Colchi item & Iberi, nunc Georgiani dicti, inter mare Caspium & Pontum Euxinum siti; Albanii item Europæi ad Ionicum mare; Melchitæ denique, quorum etiam lingua sit Arabica, Græco nihilominus idiomate & ritu celebrant.

Tom. II.

30. Propriæ vero Liturgias habent aliæ Nationes cum Græcis Schismaticis in religione non communicantes.

Inter hos veniunt Nestoriani & Jacobitæ per Syriam, Assyriam, Persidem, & Indiam; aliasque finitimas Asiæ Regiones ingenti numero disseminati, qui proprias habent Liturgias sermone Chaldaico, non tamen multum à Græcis discrepantes. Nestoriani sequuntur Nestorium, Jacobitæ Dioscorum & Eutichen. Alii sunt Jacobitæ Aegyptii, quos Cophos nominamus, quibus peculiaris est Liturgia lingua Coptica conscripta, crediturque esse Liturgia Græca corrupta. Eisdem similem habent Aethiopes seu Abyssini lingua Aethiopica, quæ tamen ab Arabice differt; in ea habentur 10. Liturgiæ, quarum ultima inscribitur S. Dioscori Patriarchæ Alexandrini, imò scilicet illius, qui in Concilio Chalcedonensi damnatus fuit, quem Aethiopes illius erroribus imbuti ut sanctum colunt. Armeni, ab Ecclesia Romana miserando Schismate adhuc seuncti, specialem habent Liturgiam proprio idiomate conscriptam, quæ tamen Græcicam Ritum in plerique imitatur, licet præter omnium Orientalium morem in azymis celebrent, & à Græcis acerbe diffideant. Armeni, Catholici Latini Ritus susceperunt, sed in iis patria lingua utuntur. Præter Armenorum Ritus sequitur Albania inter Iberiam & mare Caspium sita. Maronitæ sive Montis Libani incolæ Sæculo XII. ad fidem Catholicam à Monothelismo conversi, atque in ea constantissime perseverantes, Liturgiam particularem habent, eamque prolixam, in qua Gabriel Sionita eadem fere contineri ait, quæ in Missa Latina, diverso tamen ordine, ceremoniisque; cum Græcis enim in quibusdam consuetudinibus communicant; in Azymis consecrant cum Armenis, atque inter Missarum solemniam quosdam S. Ephrem hymnos valde elegantes concinunt. Qui plura de



Orientalium Liturgiis scire desiderat, consultat Cardinalem Bona, qui hic §. 9. ex Abrahamo Eschellensi supra 50. Orientalium Liturgiis recenset Apostolis, & primæ Ecclesiæ Patribus adscriptas. Recte autem ait Cardinalis Bona §. preced. Apparet autem hic consensus & uniformitas, ac velut ex diversis vocibus consonantia, sive discors concordia in omnibus Liturgiis: & inde patam sit, ordinem Sacrificii ab Apostolis traditum esse, & in omnem terram diffusum. Quamvis enim differant diversarum gentium Liturgiæ in singularum partium colloentione, & in verbis, quibus orationes concipiuntur; ipsam nihilominus membris coalescant, que sunt ante omnia peccatorum confessio, tum introitus, sive quoddam quasi proœmium, deinde Psalmi ac lectiones sacre Scripturæ, & potissimum Evangelii, Symboli recitatio, lectio manuum, commemoratio & invocatio Sanctorum, preces pro omnibus vivis & defunctis, gratiarum actio, ac benedictio: præter ea, que essentialia sunt, oblationem scilicet, consecrationem, & communionem. Porro hæc constant & perpetua omnium Gentium conspiratio nominis à Spiritu S. esse potest, ejus influxu totum Corpus Ecclesiæ (Catholicæ nimirum) in pace & unitate fovetur, & conservatur. Et ex qua, sicut & ex Hæreticorum & Schismaticorum in hoc puncto cum eadem Ecclesia Catholica perpetuo consensu, Missæ Sacrificium à Christo institutum, ab Apostolis traditum contra Dominos Protestantés preëmptorie omnino probatur.

31. A Græcis Liturgiis ad illas Latinorum recto ordine procedimus, inter quas principem locum dignitate, universalitate, ac antiquitate sibi vendicat Liturgia Romana.

Dignitate quidem, quia à B. Petro Apostolorum Principe Romanis tradita est, ut probat Walfridus Abbas lib. de Rebus Eccl. c. 22. ac confirmari potest

ex S. Isidoro, & immemorabili Ecclesiæ traditione, legendusque venit Innocentius I. l. supra à nobis N. 21. citatus cum iis, que diximus de ritibus in celebrandis Sacris Mysteriis ab Apostolis institutis N. 24. Infra autem agendo succincte de patribus Missæ, à Successoribus S. Petri preces & ceremonias fuisse additas ostenditur; ita enim rerum omnium fert conditio, ut initium suum habeant, sequatur incrementum, omnibus demum numeris absolvantur. Diei autem vere potest de hac Liturgia ab universo Orbe quoad rem & substantiam esse susceptam, & ita intelligendus venit Isidorus lib. 1. de Eccl. Officiis; & omnesque Ecclesiæ Occidentales Missa Romana nunc uti, Mediolanensi excepta, est; quædam Ecclesiæ tum Seculares, tum Regulares propria Missalia habeant, ut vult Bona hic cap. 7. §. 51. quia omnes cum Romanis conveniunt in forma & dispositione Missæ; reliquæ vero minutæ diversitates nec ritus diversitatem inducunt, nec ritum peculiarem constituunt. Cum Romano vero Missæ Ordine Ecclesiam Africanam, à Petri Apostoli Discipulo Marco fundatam ac propagatam, arctam semper servasse connexionem, clare patet ex S. Augustino Ep. 59. ad Paulinum, aut Vitorinum potius §. 5. utpote ex quo evidentissime colligitur talem ejus ævo fuisse Ordinem Missæ, qualis nunc permanet in Ecclesia Romana; que cum Africana tunc contulerat, ut loquitur Tertullianus de prescript. cap. 36. nam primo præmittuntur preces usque ad Canonem; sequitur Canon, quem nomine Orationis intelligit Augustinus, in ejus sine oratio Dominica recitatur: tum meminit benedictionis Episcopalis; que olim communioni præmitti solebat. Demum post communionem gratiarum actione Missarum solemniter terminantur.

32. Quamvis autem nullus dubitet Liturgiam Romanam, seu Ordinem Missæ Romanæ traditione in Ecclesia Romana seu

seu Latina esse antiquissimum omnium aliorum similium Ordinum, utpote à S. Petro Romæ Cathedram figente traditum; si tamen Ritualia edita à doctissimis Viris modernorum Sæculorum spectemus, Liturgia Mediolanensis, seu potius Codex Liturgicus ejusdem tempore præcedit Liturgiæ, seu Sacramentaria Romana.

In Liturgiis enim Romanis primo loco occurrit Sacramentarium Leonianum, in editione novissima Liturgiæ Romanæ Veteris Ludovici Antonii Muratorii, Venetiis de An. 1748. à S. Leone Papa I. ut ipsi videtur, editum. Vixit autem S. Leo Papa I. Sæculi V. medio. Secundo loco Sacramentarium Gelasianum à S. Gelasio I., uti eidem videtur, concinnatum. Vixit vero Gelasius Sæculi V. fine. Tertio loco Sacramentarium Gregorianum à S. Gregorio I. Papa compositum, qui obiit Sæculi VII. initio. Quarto loco Ordo Romanus I., qui, judicio Mabillonii, ejus admonitionem Muratorius eidem in citata editione præfigit, Gregorii ætatem sapit. Quinto denique Ordo Romanus II., de quo sequentem apud Muratorium admonitionem præmittit Mabillonius: *Qui hic sequitur Ordo Romanus, primo loco editus est à Cassandro & Hittorio. Onuphrius Panvinus existimat, eum esse Ordinem Gelasianum, qui à Gregorio M. fuerit emendatus. Attamen Ordo præmissus plura continere videtur antiquioris ritus. Quod vero attinet ad Missæ Ambrosianæ institutionem, inquit Cardinalis Bona lib. cit. c. 10. §. 4. Walfridus Strabo eam ante annos octingentos Ambrosio adscribit lib. de Rebus Eccl. c. 22. his verbis: Ambrosius Mediolanensis Episcopus tam Missæ, quam cæterorum dispositionem Officiorum suæ Ecclesiæ & aliis Liguribus ordinavit. Quæ & usque hodie in Mediolanensi tenentur Ecclesia. Straboni autem illustratur illius Ecclesiæ & totius Italie traditio, à qua sine evidenter recedendum non est. Ambrosius*

ergo, qui vixit ad finem Sæculi IV. in edendo Liturgiæ à Romana magnopere diversam, ut cum Cardinale Bona omnes notant, & res ipsa loquitur, tempore præcessit omnes enumeratos Pontifices; at horum Liturgiæ, Ordinem Missæ à Beato Petro traditum, precibus solum ceremoniosisque quibusdam argentes in rei veritate Ambrosiana Liturgia, sunt antiquiores: id quod intendit propositio, ex cuius tenore etiam intelligit Lector, Liturgiam seu Ritum incuranti Sacrificii prius ab eodem beatissimo Apostolo fuisse traditos Antiochenis, apud quos prius ad tempus sedit, quam Romanis juxta dicitur N. 24. h. t.

33. Præter Liturgiam Ambrosianam, à Romana diversam, celebris in Ecclesia Latina Liturgia seu Missa Mozarabica habetur, quæ & Gothica dicitur.

De ea sic habet Cardinalis Bona: Officium divinum, quo olim Hispania & vicinæ Gentes utebantur, Gothicum, & Mozarabicum dictum est. Gothicum, quia originem habuit eo tempore, quo Reges Gothi ibidem dominabantur: Mozarabicum vero, quia cum Arabes Hispaniam pene omnem occupassent, Christiani Mixtarabes, & corrupto vocabulo Mozarabes, id est, mixti cum Arabibus dicti sunt. A quibus, & quo tempore hoc Officium institutum fuerit? incertum asserit, atque opinioni Baronii ad An. 633. id Isidoro Hispanensi tribuente, graves apponit conjecturas, que altiorum ejusdem Epocham suadent. Muratorius opere mox citato in præfatione ad hæc Liturgiam, quam ibi ad longam refert, fere persusum habet, eadem usas fuisse Galliarum Ecclesias, antequam Romanos ritus susciperent, inquit; Lectorem ad prædicti Cardinalis (Bona) librum remittimus, hoc præterea adnotando, hanc ejus assercionem Concilio Tolerano IV. habito An. 633. comprobari. Siquidem ibi Can. 12. 13. & 14. licet textus loquitur, eundem ritum per Hispaniam æque atque



Galliam viguisse monstratur. Textum dixi, nec enim me latet ad marginalem oram Conciliorum editores Galliciam pro Gallia reposuisse. Fateor Eminentissimum Cardinalem à Muratorio citato, videlicet lib. 1. Rerum Liturg. c. 11. §. 6. in hac sententia esse; ait enim: Ceterum non absurdum neque incredibilem esse hanc sententiam de utriusque Missæ Gallicanæ & Hispanicæ similitudine; præter ea, quæ dicta sunt, alia etiam persudant, &c. sed illud amoto in re adiphora, eundem Cardinalem in additione mox citata cap. præcedenti §. 1. Canonem 1. Conc. Toletani IV. referre sequentibus: *Per omnem Hispaniam & Galliciam unum & eundem modum servari in Missarum solemnitatibus in corpore tamen textu apud Coletum in ultima Collectione omnium Conciliorum tom. 6. col. 1450. loco Gallicie, habetur Gallicis, in margine vero Gallicis, ut præcendit Muratorius de Canonibus 12. 13. & 14. in quorum primo ibidem col. 1456. nec Gallicia, neque Gallicia occurrit; in secundo vero de informitate precum & hymnorum Hispaniæ, in textu habetur Gallicis (in margine Gallicia); in tertio iterum de Missæ uniformitate præfato modo agitur. Sed æneus Typographorum facta hic non intercurrere: minutia hæc in præfatis nihil offit. Ceterum Doctissimus Robertus Sala ad præfens caput 11. Eminentissimum Cardinalis hoc monitum præmittit: Totum hoc Caput, &c. Adhuc viget hic ritus, & servatur Toletæ in quodam Patre, & in Cathedrali Ecclesia in Sacello Cardinalis Francisci Ximenes Archiepiscopi Toletani, itemque Salamanticæ statutis diebus in Sacello Doctoris Talabricensis, quod est in Claustro Majoris Ecclesie. Discrepat hæc in omnibus ab aliarum Ecclesiarum ritibus. Pro quo ad præfens institutum notandum, Mozarabicum ritum, hæreticorum fraude depravatum, desisse tandem, Romanis ritibus subrogatis. A Francisco vero Xi-*

menio famoso illo, piissimo, ac eruditissimo Cardinali expurgatum, ac restitutum fuisse, atque exinde præfato modo in Hispania observatum. De quo videatur præfatum caput 11. Cardinalis Bonæ cum Commentariis Sala.

34. Muratorius in prælaudato opere, præter Liturgias Latinas luculose enumeratas, refert Missale Francorum, ac Missale vetus Gallicanum.

De hoc posteriori, inquit Cardinalis Bona cap. 12. §. 1. Implicatum harere me fateor in hac disquisitione, in qua suscepti operis ratio exigit, ut de Missa ante Pipinum & Carolum M. in Gallis usitata ejusque ritibus agam: cum enim tot Sæculorum decursu eorum memoria interierit, nemo non videt, quam difficile futurum sit è rudibus antiquitatis veluti è tumulis sepultos ertere, & ad lucem revocare. Nobis sufficit hic advertere, utramque Missam servare characteres antiquos pro Ecclesia Catholica in superioribus datos. Qui hæc Missalia ad longum scire voluerit, adeat Muratorium; qui vero commentationes eorum curiosius investigare, is consultat Cardinalem Bona cum suo Commentatore loco citato.

## §. V.

## De variis Missarum Generibus.

35. Plura Missarum genera, sicut & varios ritus supra recensitos olim fuisse, atque etiam nunc esse, indubitatum est; inquit Cardinalis Bona c. 13. sunt enim Missæ solemnes, & quotidianæ, publicæ & privatæ, legitime & solitarie, generales & peculiare, de tempore & de Sanctis, feriales & votivæ, pro vivis & defunctis. Est & Missa Prebendicatorum, & alia, quam siccam vocant, pergit idem. Nos ex eodem Eminentissimo Cardinali ea exceperimus, quæ præfenti instituto subserviunt, de Missa Catechumenorum, seu potius de Catechumenis,

menis, ac Poenitentibus Libro V. acturi juxta notam inferius dandam.

36. Missa itaque solemnis juxta eundem est, quam hodie Conventualem, Canonicam, Capitularem, Precipiam, & Majorem vocamus: illa proprie dicitur, quæ cum cantu & solemnem ceremoniarum apparatu, Ministris & Clero assistentibus, suorumque ordinum munia exercitentibus, celebrari consuevit: cui pompæ addebant Antiqui frequentiam populi offerentis, & communicantis.

A Walsfrido Strabone in fine cap. 22. Legitima nuncupatur, quod hæc potissimum Ecclesiastica Lege instituta & comprobata sit Ab Amalario cap. 8. Generalis dicitur esse, quæ denominatione iterum utuntur antiqua Monachorum Ritualia, quia totus Cœtus ei solet interesse. Una igitur & eadem censeri debet, quæ à quibusdam Solemnis, ab aliis Publica, Legitima, & Generalis nominatur.

37. Ipse tenor Missæ & Veteris Ecclesie praxis evincunt, ab initio sic Sacrificium principaliter institutum fuisse, ut publicæ ac solemniter fieret, Clero ac Populo adstante, offerente, ac communicante.

Propositionem suam Cardinalis probat ex eo, quod Sacerdos populum invitat ad orationem dicens: *Oramus*; & cum eundem salutari, ait: *Dominus vobiscum*; tum moniti Fideles, ut corda erigant ad Deum, respondent: *Habemus ad Dominum*. Pro ceteris subservient Lectori ea, quæ titulo XXX. hujus libri diximus de oblationibus.

38. Hæc Missa Publica non est dicta à loco publico, quia olim in Cryptis, abditisque ac remotissimis locis agebatur, sed à Conventu populi circumstantis, offerentis, & communicantis.

Er in hoc sensu Gregorius M. Castorio Ariminensi Episcopo scribens lib. 4. Ep. 43. Missas publicas fieri in Monasterio vetat, ne, scilicet, in Servorum Dei recessibus occasio præbeatur popularibus

conventibus, & simpliciores ex hoc animas plerumque, quod absit, in scandalum trabat; frequentior quoque introitus mulieribus arceatur. Quam prohibitionem aliis in locis pluries iterat. Non tamen ex his inferitur, ut quidam peperam existimant, veritam olim fuisse in Monasteriis Missam solemnem cum cantu & Ministrorum assistentia, contrarium enim monstrat Regula S. Benedicti. Et quanquam hæc disciplina perseveraverit usque ad tempora S. Bernardi, seu ad Sæculum XII. teste Philippo Abbate lib. de continentia Clericorum cap. 83. eandemque Lateranensis Concilium sub Calisto II. quis Innocentius III. ad ejusdem Seculi finem vel XIII. initium renovaverit; nemo tamen post exortos Sæculo XIII. Ordines Mendicantium, vitam contemplativo-activam seu mixtam profitentium, is cum aliis Monachis crimini ducet, quod Missas Publicas celebrent, seu Fidelium utriusque sexus frequentiam, eorumque communionem, & ubi incorporatas habent Parochias, etiam moderati usus oblationes admittant; alia enim est horum facies, quam veterum Monachorum, &que illibata, uti demonstrat Titulus XXXI. hujus libri fuscè à nobis commentatus.

39. Missis Publicis opponuntur solitarie & privatæ, à Monachis in Cœnobis maxime olim fieri solite.

Solitarie teste Bona rectius & conformius ad præfens aliquando in Ecclesia usitatum dicuntur illæ, quæ à solo Sacerdote, nemine præsentis & respondente, fiebant olim in Monasteriis; privatæ vero, quæ sine Diacono, & Subdiacono, & Cantoribus, uno tantum Ministrante celebrantur, sive aliqui Fideles illi intersint, sive nullus addit, sive solus Celebrans communicet, sive sint aliqui communicantes. Huic posteriori etiam quotidiana nomen tributum fuit, quæ singulis diebus celebrari consuevit, teste Gregorio M. lib. 4. dial. cap. 56. Pri-



vata nomine accipit, ut à Solemni, que publica sit, modo N. 38. h. t. descripto, discernatur: alioquin omnes Missæ publicæ sunt, quatenus publicam distinguitur à secreto & occulto. Nam ipsum Sacramentum munus publicum est, & publico totius Ecclesiæ nomine offertur in commemorationem mortis Christi, quæ est publicum beneficium, geriturque Sacerdos Ministrumque publicum officium, & pro omnibus orat, neminemque, qui velit & dignus sit, repellit à communionem: neque illæ sunt Missæ occultæ & angulares, ut blasphematur Lutherus in libro postremo de Missa angulari operum tom. 7. edit. Wittenberg. pag. 228. Ex ordine vero Cameracensi in expositione Canonis, & Stephano Eduensi in lib. de Sacram. Altaris cap. 13. probat Cardinalis Bona actas aliquando in Monasteriis Missas à solo Sacerdote, nemine presente & respondente, quæ idcirco solitaria dicuntur; & inde ad alios Sacerdotes Missarum privatarum mox descriptarum celebrationem emanasse. Post hæc §. V. ex variis Conciliis particularibus ostendit, rejectas & reprobatas fuisse Missas solitarias, quæ à solo Sacerdote, nemine adstante & respondente, dicebantur, hæc potissimum ratione, quia absurdum visum est, quod Sacerdos diceret *Dominus vobiscum, sursum corda, gratias agamus*, cum nemo responderet; aut invitaret ad orandum, dicens, *Oramus*, nemine presente qui secum oraret: & in Canone memoriam faceret omnium circumstantium, cum nemo adesset. An vero usus Sacrum agendi sine Ministro nunc omnino sublatus sit, sequenti fatetur se ignorare, in quo & solitariam Missam solide iustificat aliorum auctoritate & rationibus.

40. Missæ privatæ à solitariis distinctæ usus fuit ab initio Ecclesiæ & deinceps.

Hanc propositionem demonstrat veterum testimonium & exemplis Eminentissimi

mus Cardinalis cap. 14. eoque suam propositionem N. præced. allatam, quod nempe à solitariis Monachorum Missis privatarum usus ad alios Sacerdotes emanaverit, ad ejsdem usus frequentiam meo iudicio relinquit. Sic autem habet: Semper viguit in Ecclesia privatæ Missæ, uno saltem presente, & ministrante, laudabilis consuetudo, quam hæretici Misoliturgi aliquando prohibuit fuisse nunquam poterunt demonstrare. Sive enim dicatur privata à loco, quia in privato aliquo Oratorio agitur, sive ab Assistentibus, quia vel unus dumtaxat, vel pauci ei intereunt, sive ex eo, quod solus Sacerdos in ea communicet, sive alia quacunque ex causa; semper eam licitam, semperque in usu fuisse probatissimum veterum Patrum testimonium & exemplis demonstrabo. Fidem suam ex asse solvit Doctissimus & piissimus Purpuratus, eisque rationes extendit, ac roborat eruditus Commentator Sala. Quas hic profecti institui nostri ratio non patitur; si enim singula hujus Tituli nos inter & adversarios controversa capita examinare pro merito vellemus, Tomum singularem conscribere opus esset. Quare ad eos, alioque ex nostris remittimus cordatos Protestantes.

41. Missæ de tempore in Ecclesia Latina dicuntur, quæ neque in honorem alicujus Sancti, uti Missæ de Sanctis, neque pro aliqua necessitate, uti votivæ, sed certis anni temporibus assignatæ sunt.

Analogiam habere annum Ecclesiasticum cum anno Solari explicat Durandus lib. 6. Rationalis, ubi docet, hyemem representari à Septuagesima usque ad Pascham, verè ab Adventu usque ad Septuagesimam, ætatem à Paschate usque ad octavam Pentecostes, & ab hæc usque ad primam Dominicam Adventus, Autumnum. Quædam autem officia propria Missarum his temporibus assignata fuisse vel ab Apostolis, vel ab eorum Successoribus, quæ ideo de tempore nuncupantur,

antiqua traditio est: Festa liquidem Nativitatis, Epiphaniæ, Resurrectionis, & Ascensionis Christi, ac Pentecostes, & jejunia Paschæ solemnitate antecedentia, atque his diebus Synaxes Apostolica institutione cepisse, testes sunt Constitutiones Apostolicæ, & quantum ad ipsa festa ipsi Protestantes affirmant. Tertullianus item libro de jejunis, Theophilus Alexandrinus in epistolis Paschalis, Iræus apud Eusebium lib. 5. historiæ. De tempore Adventus ante Nativitatem mentio fit in Concilio Turonensi cap. 17. & in Maticensi I. cap. 9. quæ Sæculo VI. celebrata fuerunt. Officia vero & Liturgiæ tum his diebus, tum singulis Dominicis, certisque feriis per annum agenda, exstant in antiquissimis Sacramentorum libris Romanorum Pontificum Gelasii, Gregorii M. & in Legionario S. Hieronymi, atque in Ordine Romano.

42. Missæ de Sanctis ita dicuntur, non quod Sanctis offerantur, uti calumniantur quidam heterodoxi, sed Deo in honorem Sanctorum, Missis de tempore haud juniores sunt.

De his enim Sæculo III. ait S. Cyprianus Ep. 34. *Sacrificia pro eis* (id est, SS. Martyribus Ignatio, & Laurentio) pro eorum felicitate honore, semper offerimus, quoties Martyrum passiones, & dies anniversaria commemoracione celebramus. Et Ep. 37. ad Clerum suum diligenter adnotari mandat dies, quibus Martyres excedunt, aut sibi significari: *Ut*, inquit, *celebrentur hic à nobis oblationes & sacrificia ob commemoraciones eorum*: quo testimonio nullum præstantius. Ad idem respexit Cyprianus Magister Tertullianus, cum libro de corona militis cap. 3. ait: *Oblaciones pro Nataliis annua die facimus*, quem locum male detorquet Rhenanus ad cujusque diem Natalem more Ethnicorum, quod valde alienum est à Spiritu Christianorum illius ævi. & à veritate Tertulliani. Consonat Ep. Smyr-

nenium Fidelium in Asia apud Eusebium lib. 4. hist. Eccl. & Augustinus lib. 8. de Civit. Dei cap. 27. ubi ait: *Quis auditit aliquando fuisse Sacerdotem ad Altare, etiam super Corpus Martyris ad Dei honorem cultumque constructum, dicere in precibus: Offero tibi Sacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane*, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines & martyres fecit? idem usus prosequitur lib. 20. contra Faustum. Missas ergo de Sanctis tempore Augustini, id est, Sæculo V. Ecclesia à Partibus didicit, atque ad nostra usque tempora illibate transtulit.

43. Missæ votivæ dicuntur, quæ pro aliqua speciali causa aut necessitate seu publica, seu privata interdum celebrantur.

Ad hæc spectat Missa, inquit Cardinalis Bona, quam scribit Augustinus lib. 22. de Civitate Dei cap. 8. actam in domo privata, ut liberaretur à spirituum vexatione: spectat igitur dari credidit simplex & superstitiosus Augustinus contra opinionem tot illuminatissimorum Dominorum Protestantum? vah! probrum! Missa item, quam Prosper lib. de prædict. dimidii temporis cap. 6. narrat celebratam in gratiarum actionem ob puellæ à diabolo obsecræ liberationem. Quotquot denique pro aliqua necessitate, vel in B. Virginis, sive Sanctorum venerationem extra solemnes eorum festivitates, & antiquitus agebantur, & nunc agantur, inter votivas computandæ sunt. Vide Annalium lib. 1. c. 8. Ordinem Romanum, &c.

44. Missæ quoque pro defunctis Fidelibus in Ecclesia Catholica offerri solent ex Apostolica traditione descendunt. Loca ex Tertulliano, & Cypriano lib. hoc Tit. 28. N. 28. jam attulimus, quæ hic confirmatumimus. Itaque idem Tertullianus de Corona Militis cap. 3. ait: *Oblaciones pro defunctis annua die facimus*. Veteres autem per oblationem Missæ



Sacrificium intellexisse, ex dictis N. 12. h. t. in apico est. Epiphanius hæresi 75. inter hæreses Aetii hæc enumerat, quod negaret offerendum esse Sacrificium pro defunctis. Chryostomus hom. 69. ad populum Antiochenum: *Non temere*, inquit, *ab Apostolis hæc sancita fuerunt, ut in tremendis Mysteriis defunctorum agatur commemoratio.* S. Angustinus *Confess.* lib. 9. cap. 8. & 10. item cap. 12. 13. nec non ultimo ubi refert de funere Monice Matris suæ: *Eadem sanctissima femina priusquam moreretur, ponite*, inquit, *hec corpus ubicumque, nihil eius cura conturbet; tantum illud rogo, ut ad Domini altare memineritis mei, tibi fueritis.* Posteriorum Sæculorum testimonia adferre supervacuum est; cum circa Apostolicam traditionem de Missis pro defunctis offerendis conspiret tota retro antiquitas, Protestantes in Actio hæretico aperto damnans.

45. Celebris & antiquissima: præsertim in Ecclesia Græca est *Missæ Præsanctificatorum*: dicta Missa per æquivocationem, cum careat Corporis & Sanguinis Jesu-Christi consecratione.

Hæc Missa in Ecclesia Orientali ante Chryostomi & Basilii tempora in usu fuit, teste Bona rerum Liturgicarum lib. 1. c. 15. §. 5. & adhuc perseverat. Occidentalis vero Ecclesia, si fides eidem, ea nunquam usa fuit, nisi feria sexta majoris hebdomadæ, qua de facto celebratur. Quibus diebus fiat in Oriente, ostendit Canon Concilii Trullani: *In omnibus, inquit, sanctæ Quadragesimæ jejuniis diebus, præterquam Sabbato & Dominica, & sancto Annuntiationis die, fiat Sacrum Præsanctificatorum Ministerium.* Græci ergo die dominica, præter illius diei oblationem, quinque alios panes consecrant pro totidem sequentiis feriis usque ad Sabbathum; tum singulis diebus sub vesperam conveniunt in Ecclesia, & in ipso vespertinarum præcum Officio Sacramentum antea conse-

cratum proponunt, & sumunt. Et quidem sub tantum specie, ut lib. 5. contra Hussitas ac Protestantis monsbimus.

46. Cum Missa Præsanctificatorum nonnulli confundunt Missam, quam *Siccam*, sive *Nauticam* vocant; qui tamen turpiter hallucinantur.

Missæ enim Præsanctificatorum legitima auctoritate instituta est, & vere in ea Christi Corpus in alia Missa consecratum adest, ac sumitur; ut patet in Ecclesia Latina in die Parasceves. At Missa *Sicca* ab indiscreta & privata quorundam devotione duxit, originem; cui nimium indulgentes fuerunt Sacerdotes. Larva est & simulatio quedam veræ Missæ, sicca procul dubio & jejuna, utpote carens non solum consecratione, sed etiam sumptione Corporis Christi, simul etiam lignæ & lapidæ, quam Lampridius & alii referunt, sæpe convivis suis Helio-gabalum exhibuisse. Verba sunt Cardinalis Bonæ, *Nauticæ* dicitur, quia in mari & fluminibus celebrari solebat, in quibus propter motum & agitationem fluctuum vix potest Sacrificium offerri sine periculo effusionis. Ante tempora S. Ludovici Regis Gallie, qui obiit An. 1270. eam copiose autumant Elishæ & alii, cum suo tempore jam in usu fuerit, atque contra eam graviter declamant. Nunc provida Episcoporum cura subique gentium, ut putat Bona, obliterata, & abrogata est.

## §. VI.

De iis, quæ ad Missæ locum, tempus, numerum, idioma spectant.

47. Quamvis sævientibus persecutionibus nullus non esset locus, in quo Apostoli, eorumque Successores Missas non celebrarent; nihilominus jam tum erant determinata Tempora Christianis, in quibus Missæ celebrabantur.

Missas ab Apostolis eorumque Successori-

foribus fuisse celebratas ex dictis hoc Titulo §. 1. patet. Primitivæ, quia nascenti Ecclesiæ fuisse sua Tempora, in quibus Missæ agebantur, ex dictis tit. 40. N. 1. in comperto est. Ubi etiam N. 4. vidimus, qualis disciplina circa Oratoria privata observata fuerit. Quod vero tam etiam in promiscuis locis celebraverint Sacerdotes, citato loco, & alibi jam ostensum est, ac per se patet.

48. Quod tempus celebrandi Missas attinet, certum est, primis Ecclesiæ Sæculis, aliquando bis in die Synaxes factas esse, vespere nimirum & mane.

Id constat ex Tertulliano *de corona militis* c. 3. ubi utrumque Sacrificium Matutinum & Vespertinum commemorat his verbis; *Eucharistia Sacramentum & in tempore vitæ, & omnibus mandatum à Domino, etiam antelucanis catibus, nec de aliorum manu, quam Præsidentium sumimus.* Ac si diceret, *tempore vitæ, id est, cœnæ.* Et clarius Cyprianus Ep. 63. ad *Cæciliam* de utroque Sacrificio agit, redarguens Aquariorum errorem, qui semel mane, semel vespere solebant offerre; sed in Sacrificiis matutinis solum aquam, ne vinum redolerent: in vespertinis, quia post cœnam, vinum mixtum aqua offerebant. Utrumque autem morem reprobat tanquam absurdum, & Divinæ, atque Apostolicæ traditioni contrarium. Ex quibus Cypriani verbis, aliisque auctoritatibus probat Cardinalis Bona lib. 1. c. 21. §. 3. veterem & Apostolicam traditionem esse, ne quis audeat ad divina Mysteria non jejunis accedere, & si aliqui sumpto cibo sacrificabant, hoc ad abusus pertinere ait, qui sensum irrepserant, vel ex ignorantia Ecclesiasticæ Legis, & Apostolicæ traditionis, vel ex pravitate hæreticorum, qui præscriptos Canones delicta opera violabant, vel arcatus ille mos ad solam diem Dominicæ Cœnæ, aut respicit tempus persecutionis, quo necessitas legem vincebat.

Tom. II.

49. Missas nocturnas plures olim fuisse veterum monumenta declarant; et ex his sola permansit, quæ in nocte Nativitatis Domini celebratur.

Ejus institutio apud Græcianos c. *Noctæ Sanctæ* de consec. dist. 1. Telephoro Romano Pontifici Sæculi II. tribuitur; sed epistola Telephori, unde Canon ille desumptus est, supposititia est (lib. 1. tit. 2. c. 4. §. 5.). Missæ autem nocturnæ hujus diei, sicut & aliarum, quæ dileculo, & hora tertia dicuntur, meminit Gregorius M. in libro *Sacramentorum*, & homilia 8. in *Evangelia*. Inter hæc Missas Nocturnas celebris est illa in Resurrectionis nocte dici solita, de qua Amalaricus lib. 4. c. 40. *In nocte Sanctæ Resurrectionis Domini Missam celebramus propter eandem Resurrectionem, quæ in ea completa est.* Quæter item in anno, in Sabbathis nimirum quatuor temporum Missæ noctu celebrari consuevit, sicut Leo I. testatur ep. 81. ad *Dioscorum Alexandrinum*. Alia Missa nocturna acta olim est in Vigilia Pentecostes, in ipsa scilicet nocte, quæ lucebat in Dominica, ut notat Menardus ad lib. *Sacram.* pag. 161. Certum est etiam noctu ad Missas convenisse Fideles, cum Tyrannorum persecutio vexabat Ecclesiam, de qua re notissima est Tertulliani sententia lib. *de Fuga in persecutione* cap. 14. *Si colligere (ad Synaxim) interdiu non potes, habes noctem.*

Hæc etiam pertinent cœtus antelucani, propter quos Natio Christianorum apud Minutianum Larebrosi, & Lucifuga dicebatur, de quibus Plinius lib. 10. ep. 97. ad *Trajanum* scribit: *Quod soliti essent stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem.* In his autem conventibus Sacramentorum celebrationem non desuisse, ex moribus illius Sæculi manifestum est. His similes sunt in Septemtrione Missæ illæ in Avidentium summo mane celebrari solitæ, quæ vulgo *Rorate* dicuntur.

50. Quamvis in primitiva Ecclesia Pa-

Gg

tres



tres quotidie Missas celebraverint saltem privatas; in utramque tamen Ecclesiam certa introducta sunt tempora; in quibus vetita fuerunt Missarum solemnitas; unde habemus distinctionem inter dies liturgicas, & alturgicas.

Pro Missa privata testimonia jam aliqua supra N. 3. adduximus. Hic pauca placet pro quotidiana ejus celebratione adicere. Et primo Tertullianus de jejunio cap. 14. ita habet: *Nobis certe omnis dies etiam vulgata consecratione celebratur.* Andreas Apostolus se quotidie hostiam incrementam immolasse testatur est, ut acta ejus referunt; à Presbyteris Achaje confcripta. Cyrianus ep. 54. ad Cornelium: *Episcopatus nostri honor grandis et gloria est pacem dividisse Martyribus, ut Sacerdotes, qui Sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo, et victimas præparemus.* Basilium M. quotidie Sacris operatum scribit Amphilo-chius, idemque Baronius de Ambrosio asseverat.

Dies alturgici olim apud Græcos erant, & hodie sunt omnes dies Quadragesimæ, quibus Missa præfationatorum utuntur, exceptis Sabbato & Dominica, & die Annuntiationis. Diem Sabbathi Alexandria & Romæ Liturgia olim caruisse testatur Socrates lib. 5. *Hist. Eccl.* c. 27. cui Alexandrini feriam quartam & sextam addiderunt, eodem teste L. cit. Ecclesia Mediolanensis sextas quasque Ferias Quadragesimæ de factis sine Sacrificio transiit. In eodem Quadragesimæ Officio Missa in Ecclesia Latina caruit Feria V. usque ad Gregorium II. seu Seculo VIII. initium: cujus vitam scribens Anastasius, ait: *Hic quadragesimali tempore, ut in V. feria jejunium, atque Missarum celebritas feret, in Ecclesia, quod non agebatur, insituit.* Certum etiam est in antiquis Sacramentorum libris, itemque in Lictionariis, & Calendariis nullam inveniri Missam, vel Evangelium tam in Quadragesima, quam extra ipsam per-

tum sanum Feriæ quintæ assignatam, nisi post Gregorium II. in Quadragesima tantum & in octavis Paschæ. Cujus Ecclesiastici ritus ex Concilio Narbonensi An. 589. celebrato rationem petendam putat ex eo, quod Gentiles olim eandem feriam in honorem Jovis sacram ac solemnem haberent; quos subinde execrabili superstitione imitatos fuisse Fideles ante hoc Concilium, testatur & execratur S. Augustinus in fine sermonis 215. Extra Quadragesimam vero diu mansit hæc feria sine proprio & solemnî Sacrificio: & si quis privatim sacrificare voluisset, præcedentis Dominicæ Missa utebatur. Dies item alturgici olim erant feria VI. majoris hebdomadæ, quæ sola hodie in Ecclesia Latina Sacrificio caret, & Sabbathum Sanctum, quæ die licet nunc Missa celebretur, ea tamen agi solebat nocte Resurrectionis, ad quam spectat. De hoc bîduo exstat testimonium S. Innocentii Papæ ep. ad Decentium, qui obiit An. 402. Restat Dominica post Sabbathum quatuor Temporum, quæ propria Missa caret, & vacare dicitur in precis Sacramentorum libris. Nam cum Sabbathi hujus Missa & ei annexa sacrorum Ordinum collatio vespere celebraretur, sæpe contingebat, ut, jejunio usque ad lucem producto Missa, die Sabbathi inchoata, sequenti Dominica perficeretur; ipsaque Dominica proprio officio careret, nisi propriam haberet celebritatem, sicut Dominica Resurrectionis. Tempore S. Augustini diversæ erant diversarum Ecclesiarum hæc de se consuetudines, sicut ipse testatur tract. 26. in Joannem: *Sacramentum, inquit, Corporis & Sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis intervallis dierum Dominica Mensa preparatur, & de Mensa Dominica sumitur.* Et ep. 118. *Alicubi nullus dies intermittit, quo non offeratur, alibi Sabbatho tantum & Dominico, alibi tantum Dominico.* De consuetudinibus Monasteriorum vide Cardinalem Bona lib. 1. c. 18.

c. 18. 5. 3. & 4. quem sic concludit: Quo vero tempore Sacrum quotidianum, atque solemne ubique coeperit frequentari, non liquet: ex antiquis autem Sacramentorum libris, & ex Ritualibus Monachorum manifestum est, octavo Seculo hunc ritum in omni fere regione susceptum, ut non solum diebus Dominicis & Festivis, ac in diebus stationum, sive in pervigilio majorem festivitatum solemnissimam celebraretur, sicut Apostolica traditio, primique ac secundi Saculi usus ferebat, sed singulis etiam diebus, sola feria VI. ante Pascha excepta; qui mos hodie in omnibus Ecclesiis Collegiatis, & Conventualibus exactissime observatur.

51. Vetus Ecclesia suos etiam habebat dies Polyurgicos, in quibus ab uno Sacerdote plures Missæ dicebantur, sicut hodie fit in die Dominicæ Navitatis.

Quamvis enim Leo M. ep. ad Dioscorum Alexand. eadem die iterari Missam prohibeat, nisi ob angustiam Ecclesiæ omnis populus interesse non possit: hoc tamen decretum ita intelligendum est, ut id passim non liceat, & quandocunque Sacerdoti libererit; sed certis tantum diebus, & ex aliqua causa: vel non usu aut contraria sanctione à Summis Pontificibus abrogatum fuit. Unde Leonem III. septem quandoque, item & 9. Missas celebrasse ex Walfrido Strabone c. 21. refert Baronius tomo 9. An. 816. Verba ejus alibi sunt: *Diversitas quædam inter Sacerdotes oboriri solet, quia est talis, qui semel tantum in die Missam celebrare velit, — alius vero bis, ter, vel quoties libet, eadem Mysteria in die iterare congruum putat, — et fortasse consuetudinem suam inde confirmandam existimant, quia Romanorum usus habet duas, vel tres interduo unius Solemnitatis facere Missas, uti in Nativitate Domini Salvatoris, & aliquorum festis Sanctorum.* De hoc usu memio Concilium XII. Toletanum An. 681. Can. 5. & paulo ante illud Emeritense c. 19. Prima autem

ex diebus polyurgicis fuit Calendarum Januarii, in qua duæ Missæ cantari solebant ab uno Sacerdote, teste Menardo in Notis ad lib. Sacram. pag. 33. Altera est dies Cæne Domini, in qua Episcopus tres Missas celebrabat, teste eodem pag. 86. Tertia est Vigilia Ascensionis Domini, in qua ex Calendario Frontonis duplex Missa præscribitur. Quarta tres dies juniorum hebdomadæ Pentecostes complectitur, in quibus asserit Micrologus c. 58. duas Missas ab aliquibus suo tempore decantatas. Quinta est dies Nativitatis Domini, in qua tres Missæ dicuntur, & hæc folæ, cæteris abrogatis, in usu permanit. Præterea in Paschate, Natalitiquæ quorundam Sanctorum multiplex Missa ab eodem Sacerdote offerri consuevit: de quibus vide Eminentissimum Cardinalem L. cit. §. 6. & 7. ubi ex Can. 8. Apostolorum, Can. 5. Concilii Toletani, aliisque veterum monumentis probat, solemne in utraque Ecclesia fuisse, ut unum & idem Sacrificium à pluribus interdum Sacerdotibus celebraretur. Episcopo enim fide Presbytero celebrante, reliqui, quotquot aderant Episcopi seu Presbyteri, simul celebrabant, ejusdemque Sacrificii particeps erant. Hic autem nos hæcenus servatur à Græcis; apud nos vero in solis ordinationibus Presbyterorum & Episcoporum permansit.

52. Missa Sacrificium & olim, & nunc vario sermone celebratur; in Ecclesia tamen Latina sermo latinus eidem præscriptus est, & generaliter obtinet, idque rationabiliter factum est.

Prima Propositio quantum ad universas Ecclesias sive Ortho-sive Heterodoxas probata est supra N. 28. & 29. cujus rationem reddit Sanctissimus Noster in tractatu supra laudato; quod in qua quisque Apostolorum Provincia Evangelium prædicavit, ejus Sermonem Missam celebraverit. Hic addo Seculo IX. S. Methodium Moraviæ Apostolum literis Selyv-



niciis, à Constantino quodam Philosopho repertis, eam Gentem instruxisse, Deique laudes decantare docuisse: tum Joannem VIII epist. 247. ad Stenopulchrum seu Suatoplucum Moraviae Comitem scripta An. 870. Missas in ea Provincia lingua Slavonica cantari permisisse, dummodo Evangelium prius latine, deinde Slavonice legeretur. Hanc tamen consuetudinem sustulit Sæculi XI. sine Gregorius VII. lib. 7. ep. 11. ad vcratistam Babemise Ducem scribens: Quia Nobilitas tua postulavit, quod secundum Slavonicam linguam apud vos divinum annuerimus celebrari Officium, scias nos huic petitioni tue nequaquam posse favere. Et paulo post: Unde ne id fiat, auctoritate B. Petri inhibemus, neque ad honorem Omnipotentis Dei huic vanae temeritati viribus totis resistere præcipimus. In Provinciis tamen his, sicut & in Croatia ac Dalmatia, in quibus eadem prohibitio facta fuit ab Alexandri II. Legato, dudum recepta consuetudo diu prævaluit, & apud Dalmatas seu in Illyrico ex Privilegiis Apostolicis adhuc observatur, cuius Clerus proin in divinis celebrandis Officiis, ac Missa, non in alio discrepat à Romano ritu, præterquam in lingua Illyrica, seu Slavonica literali, non omnibus tamen nota, & à vulgari distincta, ac diversa, qua Sacra omnia peragunt. Vide Salam in lib. 1. Rerum Liturg. Cardinalis Bonæ c. 9. §. 4.

Ex his quodque patet 2. pars, cuius rationem reddidit idem Sanctissimus operis cit. §. 73. quod Apostoli in Ecclesia Occidentali latino idiomate celebraverint, eo quod ille tum esset vernaculus, omniumque communis.

Quantum ad tertiam partem Sanctissimus noster in supra laudato Tractatu de Sacrificio Missæ Sect. 1. §. 71. impudentissimam eorum calumniam refellit, qui idcirco latina lingua à nobis Missam celebrari deblaterant, ut Sacrificii Mysteria populus omnino ignoret, eamque

œconomiam invictis argumentis per varios §§. ibi iustificat. §. 76. huc transcribo: In Provincialium Rothomagensis Provincia Conciliorum collectione apud Bessi, inquit, existit ep. Pastoralis Jacobi Colberti Episcopi Rothomagensis pag. 172. de hoc argumento: Et vero quis sana mentis id consilii dedit, quo populus de Missa Mysterii certior fiat (quod commode per Parvos, & Sacros Oratores obtineri potest) ut Missa è latino exempli causa sermone in vernaculam linguam convertatur, cum tot sint vulgari lingue, & visu plare dignæ, & profus contemnenda? Paterca non curvis modo Geni, sed cuique pene Civitati peculiaris est lingua: & labentibus annis quævit lingua mutetur, quod in latina contigisse narrat Polybius lib. 3. qui primæ pacis Punicae sedis, Punico secundo bello confecti, agro intellectum esse testatur. Huc accedit, quod in quolibet mutatione sexcentis aperiretur occasio contentionibus, & dissidiis: populus autem Missa in vernaculum Sermonem conversè intelligeret quidem verba, sensum tamen minime assuqueretur, quod infinitos errores pareret. Vide Sixti Venentis Biblioth. Sanctæ. lib. 5. c. 172. & lib. 6. c. 265. Hofium Cardinalem de Missa non vulgari, Sylvium 3. p. q. 83. An. 4. Merbeckum in summa Christi. parte 3. q. 4. Boucat Theol. Patrum dissert. 1. de Sacris extremonii, Juveninum de Sacram. dissert. 5. de Eucharistia q. 8. c. 7. Plura ex eodem Sanctissimo non adduco, sed Lectorem ad eum remitto. Sane qui hucusque adductos varios abusus in Missis per decursum sæculorum hominum ignavia, ac superstitione inductos serio expendit, agnoscat quam sano, & longa temporum experientia limato iudicio, ac consilio Ecclesia Romana uniformitatem tam in ritibus, quam in sermone Missarum introducere, ac modis omnibus manuteneat incredibile labore ac vigilantia stuerit. Quam ejus œconomiam tam hic, quam

quam in aliis satne vellicant plerique Protestantæ, de Universalitate, ac Unitate Ecclesie (utpote certos mundi angulos, in varias sectas inter se mirum in modum distracti, inhabitantes) justam ideam nequaquam habentes.

## §. VII.

## De Vestibus Sacerdotalibus.

53. Vestes olim erant eadem Clericis & Laicis, Apostolicæ communi utebantur veste. In Sacrificio tamen æquinoctii equidem vestes, sed non eadem adhibebant, in quibus in communi usu utebantur.

De vestibus Clericorum in communi usu ab ipsis adhibitis factis egimus titulo I. quapropter ea hic solum succincte adnotabimus, quæ ad vestes Sacras attinent. Et quantum ad præsentem propositionem, Cardinalis Bona scripserat, ipsos Apostolos in vestitu non quidem forma, sed numero ac nitore à vulgari distincto sacrisacris: quam sententiam miratur Budæus heterodoxus, irridet Heineccius eandem partium homo, vindicat cum aliis Sanctissimus noster in suo 20. edito Tomo 1. Ait vero Bona: Huc pertinet Penula à Paulo Troade relicta, quam fuisse vestem Sacerdotalem suo loco indicabo. Huc lamina, seu Mitra Episcopalis, quam gestasse Joannem Evangelistam, Polyerates Ephesi Episcopus auctor est apud Eusebium lib. 3. hist. cap. 31. Hinc insula, quarum meminit Tertullianus lib. de monogamia cap. 12. Huc quæret Optati Milevitani de profanatis Ecclesie ornamentis. Huc Stephani I. Decretum, qui, ut ait Anastasius, Sacerdotes & Levitas Sacratissimis in usu quotidiano non uti, nisi tantum in Ecclesia, constituit. Huc Hieronymi testimonium in cap. 44. Ezechielis, ubi ait: Religio divina alterum habitum habet in Ministerio Altaris, alterum in usu, vitæque communi,

Et. Et sane ridendi potius sunt Adversarii, qui Apostolos id neglexisse autumant, quod in Synagoga ab unguealibus fieri viderunt, quodque omnes moratæ Gentes in usu habuerunt. An minore decentiam exigere existimabant Sacrificium à Christo institutum, ut §. 1. hujus tituli invicte demonstravimus, quam Legalia illa umbratica, vel idololatræ Gentium? Quod autem hæc vestes non forma, sed numero & nitore à vulgaribus distinctæ fuerint, jam vidimus citato Titulo 1. hujus libri ex Thomassino.

54. Inter vestimenta sacra, quæ Celebratoribus assumunt, primo loco venit Amictus, qui primum capiti, deinde humeris injicitur, olim Anaboladium dictus.

Ejus mentio occurrit apud antiquum Scriptorem de ritibus veteris Ecclesie sub nomine Caroli M. qui ait: *Pest sandalia in Ecclesie vestimentis sequitur Superhumeralis, quod fit ex lino purissimo.* Apud Amalarium lib. 2. c. 17. *Amictus est primum vestimentum nostrum, quo collum undique cingimus.* Maronitz & Ambrosiani Amictum ponunt super Albam, olim etiam Græci: nunc vero nullo utuntur amictu, teste Macro in vocabulario Ecclesiastico verbo *Amictus*.

55. Secundum vestimentum Sacrum, quo Sacer Mystra super vestes communes induitur, est Alba, cingulo stricta.

A Scriptoribus Ecclesiasticis Alba è colore nuncupatur, inquit Bona, cuius nominis (& usus in Ministerio sacro) mentio fit in Concilio Carthoginensi sub Anastasio I. ad Sæculi IV. finem Can. 41. qui præcipitur: *Ut Diaconus tempore tantum oblationis, vel lectionis Alba utatur.* Et in Narbonensi sub Pelagio II. Sæculo VI. ubi decernitur: *Ne Diaconus, vel Subdiaconus, vel Lector, antequam Missa consummetur, Alba se presumat exuere.* Vide Titulum I. hoc lib. N. 9. & c. Porro Alba ne desinat, & gressum impediatur, cingulo stringitur, de quo vide ibi.



56. Sacrificatus in Ecclesia Latina, induta Alba, Manipulum appendit sinistram.

Manipulus posterioris aevi additamentum est, neque in antiquis Ritualibus commemoratur, neque à precibus Patribus inter vestes Sacras recenseatur. Erat autem linteæ Sindon, sive Mappula brachio sinistro alligata, qua sudor & sordes abstergebantur, ut illi passim testatur, qui de divinis Officiis tractatus ediderunt, Alcuinus nimirum, Amalarius, Rabanus Maurus, Ordo Romanus. Tempore S. Gregorii soli Clerici Romanae Ecclesiae Mappulis utebantur. Duravit autem hic mappula, sive sudarii linei usus, donec in locum ejus manipulus, non ad tergendas sordes, sed ad ornatum suffectus est, qui propterea ejus materiam & texturam est, ex qua Stola & Planeta fieri solet; hanc vero mutationem mappulae in Manipulum Saeculo X. factam coniecit Bona, qui videri potest, sicut & N. 8. Tituli I. hujus libri.

57. Post Manipulum idem Sacerdos Stojam collo circumdat, eamque circa pectus transversim inflexam cingulo necit.

Per Stojam Antiqui integram, eamque amplam talarem vellem intellexerunt, uti vidimus supra l. cit. N. 6. Nos faciam, limbam, aut loram. Unde decepti sunt illi Scriptores vocis æquivocatione, dum in antiquis monumentis apprehendentes Stojam S. Jacobi, & S. Stephani, intrulerunt S. Jacobum, Sanctumque Stephanum Stojam nostræ similem in Sacris adhibuisse, cum id nomen Precis usurpaverint ad exprimendam vellem talarem. Durandus in *Rationali* lib. 3. cap. 5. Stojæ initium ad illud tempus refert, quo Alba deseri coepit; sed hanc conjecturam levem censet Bona, Stojæque nostræ nomenclaturam deduci vult à fascia, quæ in limbo ejus velis affuta erat, quæ olim Stola dicebatur, retento totius velis nomine in parte quadam illius; in extrema namque parte antiquæ stolæ, ut observat Baysius de *re vestiarum* cap. 17. affuta

erat fasciola, seu limbus ipsam vellem ambiens, cui cum sit valde similis hodierna Stola, hinc fieri potuit, ut hoc illi nomen tributum sit. In actis S. Sylvestri, quæ Damaso adscribuntur, ab eo constitutum legimus, ut *Diaconi Dalmaticis in Ecclesia uterentur, & palla linoſtina lava eorum tegetetur*. Zozimus item constitutum fecisse dicitur: ut *Diaconi lavas rectus haberent de palli linoſtimis*: ubi forte legendum *Linoſtina*, id est, ex lino & lana contexta; quæ, ut ait Isidorus lib. 19. *Originum*. cap. 22. dicta est linoſtina, quia in stamine linum, in trama lanam habet. Nomine autem hujus pallæ nihil commodius intelligi potest, quam Stola Diaconalis, quæ in humero sinistro ab ipsis deferretur ad differentiam Sacerdotalis à collo ad pectus pendens. Stolæ item mentio fit sub nomine *Orarii* in Concilio Laodicæno tempore ejusdem Sylvestri habito Can. 22. & 23. quibus Subdiaconis & Lectoris prohibetur, ne Orarii utantur. Ex quo duplici testimonio inferitur, ante annos mille trecentos usum Stolæ in Ecclesia invaluisse. Vide tit. 1. N. 15. Hanc autem Stojam à Veteribus orarium dictam fuisse constat ex Gemina animæ lib. 1. cap. 204. ubi dicitur: *Deinde circumdat cultum suum stola, quæ & orarium dicitur*. Item ex Rabano Mauro lib. 1. cap. 19. ubi ait: *Quintum est, quod orarium dicitur, licet hoc quidam stojam vocent*. Et ante hos Anastasius in vita Agathonis Scribit: *Ea hora S. Synodus una cum Principe ejus orarium auferri à collo ejus iusserunt*. Macarii scilicet Antiocheni. Antiqui Scriptores Orarium profanum Sudarium, trophium, linteolum, quo facies abstergitur, significat. De quo vide Bonam l. cit. cap. 24. §. 7.

58. Postremum Sacerdotis Sacris operaturi vestimentum quidam Penulam, alii Casulam, seu Planetam vocant, quæ voces à profana significatione ad sacram translatae sunt.

De

De ea ut profana veste Laici Clericifque communi sufficienter egimus Titulo 1. N. 11. Quo autem tempore hoc vestimentum à profano & profanato usui ad Sacrum translatum sit, non liquet. Logitur nihilominus Casulae nomen in antiquo Ordine Romano; in libris Alcuini, Amalarii, Rabani Mauri, & aliorum, qui de ritibus Sacris scripserunt. Et Concilium IV. Toletanum c. 27. *Presbyteros*, ait, in sui ordinatione *Planeta datur, quæ idem est ac Casula*. Olim Casulae rotunda: erant, totum ambientes hominem à collo usque ad pedes, unicam in medio aperturam habentes, per quam caput immitteretur: quæ de causa necessarium erat, ut Sacerdos operari, ac manibus libere uti posset, eas super brachia revolvit ac complerent. Sic enim indutos Pontifices & Sacerdotes in precibus parietibus Ecclesiarum cernimus, sicutque etiam hodie Græcorum Casulae (sive Phalonia) ejusdem formæ; Latini vero ad evitandum hoc incommodum eas paulatim in lateribus scindere ac decurrere ceperunt, quæ Casulaeque scissæ Saeculo XI. jam apparent, ut probat Bona ex effigie Joannis Papæ XII. Quia vero Planeta totum olimolvebat corpus Sacerdotis, hinc ortus est usus, ut à Ministro elevetur, cum Sacerdos Hostiam & Calicem elevat, quæ praxis antiquitus necessaria, ne pedibus obversans florenti genua impedito esset, adhuc perseverat, tametsi cessante causa superflua sit. Hinc etiam permansit usus, quem pauci fortassis intelligunt, ut in Quadragesima; & aliisque diebus Juniorum, quibus Ministri utuntur Planetis, complicatee sint à parte anteriori, quod olim propter earum amplitudinem necessarium erat, ut expediti essent ad ministrandum; sicque paulatim introductum est, ut *Diaconus*, cujus in Missa porissimum est Ministerium, Planetam exuat, ejusque loco Stojam latiorencipiat: quod aevi recentioris est, non Ordo Romanus non exui Planetam, sed

elevari mandat: Et *Diaconi*, inquit, *levant Planetas in scapulas*. Post hæc Cardinalis Bona progreditur ad commemorandas vestes Episcopales, quibus in Sacris utuntur; & sunt Sandalia; Caligæ, Crux pectoralis, Tunicella, Dalmatica, Chirotheca, Annulus, Mitra, Baculus, & si sit Archiepiscopus, Pallium; de quo nos fide egimus lib. 1. tit. 8. Sed hæc longum esset hæc transferre, sicut & ritus benedictionis Sacerdotium vestium, earumque significatus, quos recenset Sanctissimus in opere prælaudato. Ad eos ergo Lectorem remittimus, de partibus Missæ ex eodem Sanctissimo historicum compendium dantes.

## §. VIII.

## De Patribus Missæ.

59. **I**taque ritus lavandi manus ante Sacramentum à S. Thoma 3. par. q. 83. art. 5. non observatur tanquam ceremoniale Legis veteris præceptum, sed ut præceptum novum ex sola convenientia introductum, idque ab antiquissimo tempore.

Hujus enim ritus meminit S. Chrysostomus Homilia 20. *de similitudine ad populum Antiochenum* N. 7. ubi ait: *Non audez illotis manibus sacram victimam attrahere, etiamsi mille necessitatibus premaris; ne igitur illota accedas anima*.

60. Consuetudo recitandi ante Sacramentum à Sacerdotibus Psalmos atque antiquissima est.

Siquidem in Psalterii ejusdem initio, quod ex editione Romana & Gallicana in lucem extulit Venerabilis Cardinalis Thomafius, est quædam Psalmorum divisio juxta antiquiorem Ecclesie Romanæ usum; & ad finem notantur Psalmi, quos recitare debet Sacerdos, priusquam se Sacris vestibus induat, qui sunt *VII. Psalmi Evangeliales*; interea vero, dum se Sacris Vestibus induit, Psalmi ab eo dicentur.



dicendi sunt 83. *Quam amabilia*, seu dicto, 84. *Benedicti*, 85. *Inclina Domine*, 115. *Credidi*, & cum ad Altare pervenerit, Psalmus 42. *Judica me Deus*. Qui Psalmi posteriores juxta modernum Missale Romanum, addito Psalmo *De profundis*, cum certis versibus & orationibus à Sacerdote dicuntur ante inductionem, & sub inductione ad singula vestimenta certe breves orationes.

61. Missam deinde Sacerdos incipit per signum Crucis, ac Antiphonam *Introibo ad Altare Dei*; deinde alternatim cum ministro recitat mox laudatum Psalmum *Judica*, quem claudit communi illo glorificationis hymno *Gloria Patri*.

Christianos ex Apostolica traditione per signum Crucis suarum omnium actionum initium fuisse tradit Tertullianus lib. *de Corona militis* c. 3. Antiphona vero illa nihil accommodatius; græce enim Antiph. *reciprocum* & alternam cantum significat; & in utraque Ecclesia mos ille à Sæculo IV. invaluit, ut Psalmi à duobus choris alternis versibus absolventur, ut vidimus hoc lib. tit. 31. Glorificationis hymnum quidam tribuant Flaviano Antiocheno Monacho; nonnulli Nicænz Synodo; sed ejus hymni vetustiora, quam Nicæna Synodus, testimonia sunt apud Athanasium & Basilium; quomobrem probanda illorum sententia, qui eum ex Apostolica traditione profectum existimant. Illud dumtaxat Nicæno Concilio tribui potest: *Sicut erat in principio*, &c. quod ad Ariam hæresim retundendam additum fuit. De quo vide Sanctissimum. Adhibitionis vero Psalmi *Judica* in initio Missæ antiquitatem colligere possumus ex N. præcedenti. Ejus congruentiam adstruit idem Sanctissimus Pater L. cit. ubi pro ejus, sicut & pro confessionis à Sacerdote & Ministro dici solite in Ecclesia Latina usû, contra audaculam Vertum adducit Missale Romanum, ante quingentos annos scriptum, atque in Bibliotheca An-

gelica Roma asservatum, in quo habetur: *Cum autem indutus fuerit (Sacerdos), accedat ad Altare, & dicat: Introibo ad altare Dei, &c. ad Deum, &c. Psalmum Judica me Deus, tunc inclinet se ante altare, & dicat: Confiteor Deo, &c. Concordat Micrologus c. 23. Idque confirmat Innocentius III. lib. 2. de Mysteriis Missæ cap. 13. Veterumque monumentorum diligentiores excussiones inveniunt Psalmum *Judica* Sæculo VII. & VIII. in principio Missæ dici consueviffe. Quia hoc tamen non fiebat ab omnibus, ideo Pius V. in recognitione Missalis statuit eum deinceps ab omnibus esse recitandum. Psalmus hic quandoque, nimirum in Missis defunctorum & tempore Passionis omittitur in Ecclesia Latina, nec usurpatur à Catholicis, & aliquot aliis Ordinibus, nec in ritu Ambrosiano. Confessionem vero Missæ præmitti solitam ex Apostolica traditione probat Sanctissimus eum Cardinali Bona & aliis; incertum tamen asserit, quis composuerit *Confiteor*. Et hæc de præambulis Missæ. Jam*

62. Principium Missæ, seu prima pars Missæ est Introitus, ita dictus, qui à Choro canebatur, cum Sacerdos ad Altare accederet.

Ejus institutionem S. Cælestino I. qui sedit Sæc. V. tribuant Walfridus, & Micrologus cum aliis: sed hæc opinio omni caret fundamento. Honorius ergo lib. 1. in *gemma animæ* cap. 87. auctorem Introitus Missæ fuisse putat S. Gregorium Magnum, quod verosimilius est. Nam S. ille Pontifex Antiphonarum composuit selectis è Psalmorum libro Antiphonis, aliis quidem ad introitum, aliis ad Responsorium, aliis etiam ad Offertorium.

63. Post Introitum sequitur *Kyrie eleison*, novies à Sacerdote & Ministro recitatum. Quod, insequitur hymnus Angelicus *Gloria in excelsis Deo*; post quem Sacerdos conversus ad populum dicit;

De-

*Dominus vobiscum*, ac ad cornu Epistolæ rediens dicit, *Oremus*, & collectam legit.

Precatio illa *Kyrie eleison*, seu *Domine miserere nobis* adhibetur in genuina Liturgia Jacobi Apostoli, & in Missalibus veterum Græcorum. Quis ab Oriente hæc verba in Occidentem invexerit, Viri docti disputant. Vulgaris olim opinio fuit S. Gregorium Magnum ea Missæ addidisse: sed falsitatis arguitur, quod constat 60. ante annis ea ab Apostolica Sede & ab Italiæ Provinciis esse usurpata, cujus rei testem adducit Sanctissimum Concilium Vafense An. 529. Olim numerum præfinitum non fuisse repetitionum *Kyrie eleison*, ut nunc, sed toties dici consueviffe, quoties voluisset Celebrans, restatur Martene de antiquis Ecclesiæ ritibus lib. 1. cap. 4. art. 3. N. 5. assentitur Mabillonius in Comment. in Ord. Rom. An. 6. N. 3. qui & ibi docet *Kyrie eleison* dici non consueviffe in Missis, quæ dictis antea Litaniis celebrarentur. Ambrosiani ter has voces *Kyrie eleison* adhibent, post *Gloria in excelsis*, post Evangelium, & in fine Missæ. Hymni *Gloria in excelsis* Authores sunt Angeli; reliquum hymnum homines condiderunt, illum Græci *Doxologiam* vocant. Qui vero hi augmentatores fuerint, controversum est inter doctos, de quo vide Sanctissimum. Quidam putant ad Latinos eum hymnum à Græcis dimanasse, neque in Missa dici ceptum simul ac à Græcis in Occidentem transierit. Vide Concilium Tolet. 4. Olim canebatur in Missa tantum Nativitatis, & in prima quidem Missa græce, in altera latine, ut docet Anonymus in libro, cui titulus *Speculum Ecclesiæ*. Postea illum die Dominica & Festis sollempnibus solus Episcopus recitabat, Presbyteri in die Paschatis tantum; quæ sunt fere verba principii libri Sacramentorum Gregorii. Paulo post Sæculum X. sicut Presbyteris *Gloria in excelsis* recitare in Missa per annum. Excipiuntur

Tom. II.

tamen quadam tempora, quibus omititur. Post hæc Sacerdos dicit, *Dominus vobiscum*, & si Episcopus sit, *Pax vobis*, nam in diebus penitentia ipse quoque dicit, *Dominus vobiscum*. In Orientali Ecclesia Formula, qua Sacerdotes populum salutant, est, *Pax omnibus*, ut colligitur ex S. Basilii & Chryostomi Liturgiis. Hujus formulæ meminit Can. 1. Concilii Braccarensis & Albaspinaus ex S. Cypriano ep. 30. alias 38. ubi habetur, *auspicatus est pacem, dum dedicat lectionem*, colligit, Lectorem, antequam Evangelium legeret, *Pax vobis* dicere consueviffe. Quod *collectas*, quæ dicto *Dominus vobiscum*, & *Oremus* à Sacerdote dicuntur, & hic pro brevi oratione sumuntur, quamvis nomen *collectæ* olim haberet varium significatum, ut jam in superioribus indicavimus, attinet, earum vis & natura ad Apostolicam Traditionem est referenda, ut ex Justino, & Tertulliano supra hoc titulo abunde indicavimus. *Collectas* vero, quibus in Missis utimur, composuit S. Gelasius, vel S. Gregorius, teste Durando. In Ecclesia Lateranensi olim nulla *collecta*, sed *Pater noster* recitabatur. Una etiam olim in hac Missæ parte *collecta*, seu oratio dicebatur, ut ostendit Menardus in Notis ad *Sacram. S. Gregorii* pag. 6. postea plures recitari cepte, usque numerus subinde præstitus, ne plures, quam septem recitarentur, ut observat Martene, & docet Gemma animæ lib. 1. c. 4. & Macrus Vocabular. Eccl. verbo *Collecta* post Innocentium III. dicens, *collectarum numerum imparem semper esse debere, ut præscribant Rubricæ*. Reliqua vide apud Sanctissimum.

64. Post dictas *collectas* sequitur Epistola, Responsorium, Graduale, Alleluja, Tractus, &c.

De horum ratione adeatur S. Thomas 3. q. 83. Art. 4. Quod eorum vetustatem attinet, in vetustis Codicibus Epistola dicitur *lectio ex Apostolo*; & quia hæc lectio-



lectiones plerumque sumuntur ex Epistolis S. Pauli, *Epistola* vocantur. Et sane ex ejus Ep. ad *Colossenses* c. 4. item ex 1. ad *Thessalonicenses* in fine, ubi ait: *Adjuro vos per Dominum, ut legatur hæc Epistola omnibus Sanctis Fratribus*; et si ibi discrete non dicat Apostolus, ut earum lectio fiat in Missa, verissime tamen fit, tempore Missæ lectas fuisse eas Epistolas; nullos enim alios conventus novimus Christianorum, quam qui ad Sacram Synaxim agebantur. Unde harum lectionum Epocham statueret licet cum Cardinali Bona & aliis. Series vero & ordo Epistolarum & Evangeliorum, quæ totius anni cursu legebantur in Missa, vulgo Hieronymo tribuitur, qui librum composuit, appellavitque *Comitem*, quem typis edidit Pamelius in voluminibus de *Rebus Liturgicis*. In Missalibus Ambrosiano & Mozarabo duæ leguntur lectiones ante Evangelium, quarum altera è veteri, altera è novo Testamento sumpta est. In Gallicano vero tres legi consueverant, addita nimirum lectione ex Evangelistis, teste Mabillonio. Nunc una ordinariè legitur, exceptis quibusdam diebus in Missali notatis. Epistolam vero sæculo VIII. cantare cepit Subdiaconus; in veteri enim Ordinatione Subdiaconi nihil reperitur de lectione Epistolæ, sed Lectores eam legebant. Gradualis auctorem quidam faciunt S. Cælestinum, quidam S. Gregorium M. Locus est in lib. Pontificali in vita Cælestini I. *Constituit Graduale post Officium ad Missam*, sive, ut alii legunt, *ad Missas cantari*. Et S. Gregorium omnia, quæ in Missis canenda sunt, ordinasse, compertum est. Difficultatem circa hanc assertionem ex Canone Concilii Toletani IV. An. 633. adeoque post Gregorium M. celebrati, vi cuius nullum responsorium post Epistolam recitari debet, solvit Bona, advertendo, tum jam in Hispania Mozarabum ritum viguisse. De Tractu, Alleluja, &c. consule Sanctissimum.

65. Post lectam Epistolam nominata pars Missæ in Ecclesia Romana est Evangelium.

Illud olim legebant Lectores tam apud Latinos, quam Græcos in Missis publicis seu solemnibus, ut colligitur ex Epistolis 33. & 34. S. Cypriani, & ex Concilio Toletano I. c. 2. Id vero munus in Evangelii honorem Diaconis postmodum demandatum fuit; quamobrem Hieronymus in ep. ad Sabinianum, *Evangelium*, inquit, *Christi quasi Diaconus lectitabat*. Græci vero etiamnum vetustum morem retineant, ut Evangelium publice legatur à Lectoribus, teste Smithio. Evangelii in Missa lectionem ex Apostolica manere traditione, uno ore fatentur, quotquot de Rebus Liturgicis scripserunt. Et S. Justinus Apologia 2. testatur, Evangelii lectionem ex eadem traditione esse profectam; nec vero ulla Liturgia vetus est, quæ Evangelii lectionem non præcipiat. Morini dubium doctissime resolvit Cardinalis Bona hic. Post Evangelii lectionem in diebus Feltis sermo seu homilia habebatur ad populum, quemadmodum constat ex Iustini Martyris Apologia 2. & S. Cypriano in vita S. Cæsarii c. 14. quæ consuetudo adhuc in multis Diocesis viget. Post quæ apud antiquos Missa Catechumenorum peracta erat. De quibus lib. 5.

66. Post Evangelium Sacerdos recitat Symbolum, siquidem ex Rubrica dicendum sit; nec enim in qualibet Missa locus est Symbolo. Atque ab ipso incipit Missa Fidelium.

Ejectis extra Ecclesiam Catechumenis, Penitentibus, & aliis, quibus peracto sermone nefas erat in ea permanere, incipit Missa Fidelium, quæ, cum severior disciplina vigeret, clausis januis agebatur, etque custodiebant Ministri, ne quis intraret immundus, vel indignus. Verba sunt Cardinalis Bonæ lib. 2. cap. 8. §. 1. De Symbolis latum tractatum institutum lib. 1. Tit. 1. ex quo ad præsentem materiam vide §. 4.

67. Finito Symbolo in Missa, sequitur Offertorium, quod præter Antiphonam, quæ in Missali inscribitur, *Offertorium*, continet quatuor Orationes, nimirum *Suscipe S. Pater, &c.* in oblatione panis, *Offerimus tibi Domine, &c.* in oblatione Calicis, *In spiritu humilitatis, Veni Sanctificator*, post horum oblationem, ac demum post lotionem manuum, *Suscipe S. Trinitas*.

Mixtio aque cum vino non ex divino, ut quidam Theologi olim autumabant, sed ex Ecclesiastico præcepto descendit; quod quidem Ecclesiæ præceptum ex ipsius Christi Domini facto, & exemplo profectum est; quamvis in sacris paginis nulla occurrat mentio hujusmodi mixtionis. Nam ut in historia sacra Cœnæ observat Baxterius N. 10. in Ritualibus Judæorum libris unicuique permittitur in Paschali Cœna vinum aqua diluere; id vero est, quamobrem credamus, Christum Jesum, ut temperantiæ & sobrietatis exemplum ederet, aquam in vinum infudisse. Vetus existit hæresis *Aquariorum* dicta, de qua S. Epiphanius *Heresi* 46. *Tatianus cum suis discipulis*, inquit, *in Sacramento solum aquam adhibet; sed à vino profus abstinet, dicens, vinum diabolicum esse, & impios, qui vinum bibunt*. E contra Armeni in Consecratione non admiscunt aquam vino, ut eorum Liturgia refert Gregorius Callander; quem ritum non toleravit Ecclesia Romana in Armenis secum unitis, ita censente Congregatione de Propaganda Fide 30. Januarii habita An. 1635. Græcis aquam infundunt vino in Missæ solemnibus juxta Sanctorum Basilii & Chrysolomi Liturgias, teste Goario; nimirum semel ante Missam frigidam, & Consecratione facta, ante communionem calidam, quem ritum apud Græcos vere existere, nec eos propterea erroris esse insimulandos probat Cardinalis Bona lib. 2. c. 9. §. 4. Mixtionis aque cum vino in Sacrificio mentionem unanimes fa-

ciunt Patres primitivæ Ecclesiæ. Locum ex Justino supra retulimus. S. vero Cyprianus ep. ad *Cæciliam* ejusdem communionis mysterium explicat, dum ait: *Videmus in aqua populum intelligi, in vino ostendi sanguinem Christi. Quando autem in Calice aqua vino miscetur, Christo populus adunatur*. Ex quo apparet, quam inconlute, quam temerarie Novatores nostri sæculi ejusmodi mixtionem ceu rem adiaphoram sustulerint. Modicum vero aquam vino admisceri decreverunt Patres Trullani, &c. Panem solitis orationibus oblatum Sacerdos inter se & Calicem linea recta collocat. Græci vero Hostiam & Calicem ita locant, ut lineam rectam à latere ad latus efficiant; quod diu etiam retinuit Romana Ecclesia. Scribit enim Micrologus cap. 10. *Ita juxta Romanum Ordinem in Altari componenda sunt, ut oblata in corporali posita, Calix ad dexterum latus Oblata ponatur, quasi Sanguinem Domini suscipiturus, quem de latere Domini profuxisse credimus*. Et le Brun Tomo 1. pag. 318. putat ritum collocandi Hostiam recta inter Sacerdotem & Calicem usurpari cepisse An. 1485.

68. Facta oblatione Sacerdos lavat manus, dicens Psalmum, *Lavabo inter innocentes, &c.* Postea paululum se inclinans dicit orationem *Suscipe Sancta Trinitas, &c.* Deinde ad populum versus dicit *Orate Fratres, &c.* Deinde *secretas* orationes recitat, in quarum ultima *per omnia sæcula seculorum* elata voce pronuntiat, ac Præstationem dicit.

Ablationis manuum intra Missæ Sacrificium meminit sæculo IV. S. Cyrillus in Catechesi Mystag. c. 5. quam non dicit adhiberi ad tergendas sordes, sed symbolum esse mundandarum animarum à peccatis & iniquitatibus. De duplici manuum antiqua ablutione, altera ante Offertorium, altera post incensum, quarum nunc in Missis cantatis retinetur secunda, postquam Sacerdos inceperit



Altare, & incensatus est à Diacono, fufe agit Vertus Tom. 4. pag. 174. & seq. Quod Psalmum Lavabo attinet, in quibusdam Ecclesiis quidam ejus versiculi dumtaxat recitantur; in Missali vero Romano totus exhibetur, quod congruit cum Liturgiis S. Chrysolomi & Basilii. De oratione *Sustipe S. Trinitas* Cardinalis Bona lib. 2. *Rerum Liturgicarum* cap. 9. N. 6. scribit se nescire, quam vetus illa sit, Micrologus, qui vivebat XI. Sæculo, ait, hanc orationem neque in Ordine Romano, neque in Liturgiis Gallicanis scriptam, recitari tantum à Presbyteris ex consuetudine. Illius tamen substantia reperitur in Græcis Liturgiis, in Missali Ambrosiano, & in pluribus aliis Missalibus, & Sacramentariis, quæ Micrologo sunt antiquiora. Quidam existimant, eam olim non ipsam Sacerdotem, sed populum recitare consuevisse, cum Sacerdote panem consecrandum offerebat: postquam autem mos ille exolevit apud populum offerendi panem, Sacerdotem subinde coepisse eam dicere nomine populi. Vide Pouget Instit. Cath. Tom. 2. pag. 846. Orationem *Orate Fratres* Radulphus proposuit, 23. S. Leoni I. tribuit, quod admitti potest, si de verborum loquitur forma; nam totius sententiæ substantia reperitur in Liturgiis SS. Marci & Jacobi, ut advertit Meratus Tom. 1. p. 1. pag. 500. N. 31. Circa *Secretas* Orationes, quæ super oblata dicuntur à Sacerdote submissa voce, notandam, plures earum alludere ad antiquum Ecclesiæ morem, quo Fideles panes consecrandos ipsi offerebant, ut supra tit. 30 §. 2. vidimus, & confirmari potest ex *Secreta* Missæ in Dominica V. post Pentecosten, ubi habetur: *Propitiare Domine supplicationibus nostris, & has oblationes Famulorum tuorum benignus assume, &c.* Per omnia secula seculorum vero idcirco in fine ultimæ secretæ dicitur elata voce, ut populus respondeat *Amen*, & orationes à Sacerdote

recitatas confirmet, ut post Micrologum cap. 7. observat Bellarminus Tom. 7. *Controvers.* lib. 6. de Missa c. 17. De *Præfatione* autem dicitur, quod Sacro præeat Canonis, ac preparatio quadam sit ad Missæ Sacrificium, ut probe observat Durandus lib. 4. c. 33. In Missali Mozarabico appellatur *Illatio*; nam ex Fidei-um verbis Sacerdos infert, *dignum et iustum esse Deo gratias agere*; & ob eandem rationem in Sacramentario Gallicano appellatur *Contestatio*. Eiusdem mentio fit in Liturgia S. Jacobi, & in operibus S. Cypriani, & S. Cyrilli; & hinc quamvis in lib. Pontificali tribuatur S. Gelasio I. hoc tamen ita intelligit Bona cum aliis, ut quasdam quidem earum composuerit, non tamen primus hanc orationem in Missam introduxerit, sed ad Apostolica tempora sit referenda. In Missalibus post An. 1200. editis novem, quæ nunc apud nos etiam existant, legitur *Præfationes*; earum quidem prius meminit Pelagius II. *Can. Sanctorum* dist. 76. sed hæc ep. à doctis supposititia censetur. Quibus deinde addita est communis, quæ vetustissima est, & Gelasio vel Gregorio M. tribuitur, & *Præfatio* de B. Maria Virgine; ita ut undecim sint *Præfationes*, quibus nunc utitur Romana Ecclesia. Græci unam tantum habent *Præfationem* in omnibus Missis. Mozarabes *Præfationes* habent proprias; plurimæ vero sunt in ritu Ambrosiano. *Præfationes* omnes incipiunt per verba, *Suscipiamus*, quæ habentur in Liturgiis SS. Jacobi, Basilii, Chrysolomi. De his loquitur S. Augustinus *Serm.* 217. edit. *Benedictina*, S. Cyprianus de *Dominica Oratione*. Cum his consonat S. Cyrillus *Catechesi* 5. *Myllag.* Desinunt vero in illum hymnum, quem Græci *Triumphalem*, nos *Angelicum* appellamus, *Sanctus, Sanctus, &c.* sub quo pulsatur à Ministro campanula ad excitandos adstantium animos ad devotionem; cuius consuetudinis originem sibi adhuc incomptam fate-  
tur

tur Sanctissimus; retinendum vero eum ritum, ubi iam viget, cum nihil perniciosius existimet variatione in sacris ritibus.

69. Princeps Sacrificii nostri pars, quin firma regula, juxta quam novi Testamenti Sacrificium est celebrandum, est *Canon*, ex hoc sine ita dictus ab Ecclesia Latina, quod Græcis *Regulam* significet.

Canonem S. Gregorius M. *Prece*m, *Vigiliis Textum Canonice præcis*, S. Cyprianus *Orationem*, Walfridus & alii *Actionem* appellant, quod in eo Sacramenta Domini consiciantur. Incipit Canon Missæ ab ea oratione *Te igitur Clementissime Pater*. Diciturque submissa voce usque ad orationem Dominicam. Auctor Canonis à quibusdam ponitur Gelasius I. inquit Sanctissimus, alii Canonem tribuunt Musæo Massiliensi Presbytero, nonnulli etiam Voconio Episcopo Castellaniensi in Mauritania: hi enim omnes, teste Gennadio Seculi V. Authore, libros de re Sacramentaria conscripserunt; quæ retransferuntur in Liturgiis Latinorum à Jacobo Pamelio Canonico Brugenfi digestis Tomo I. edito Coloniae An. 1571. quem eum Pontificali Romano, aliisque selectis monumentis in subsidium præsentium lucubrationum pro suo. in rem literariam eximio zelo mihi gratiosissime commodavit Reverendissimus, Illustrissimus, ac Excellentissimus Dominus Antonius Wokan Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Calliniceus, Celsissimi Principis Archiepiscopi Pragenfis Vicarius Generalis & Officialis. Celebræ testimonium est S. Gregorii M. lib. 7. ep. 64. nunc lib. 9. ep. 12. qui Canonem dicit à *Scholastico* quodam esse compositum. Non leve autem diffiduum ortum est inter Eruditos ex hac Gregorii M. auctoritate, aliis volentibus eum nomen Scholastici sumpsisse appellative, quemadmodum à Patribus Viros quosdam eruditos Scholasticos fuisse appellatos legitimus. Alii vero substantivè ac

proprie ad designandum hominem, qui vocabatur *Scholasticus*. Qui tamen rursus non conveniunt, an S. Gregorius iudicet Canonem integrum ab eodem Scholastico esse compositum, an vero aliquas solum in eo orationes. Priori sententiæ adimplatur Cardinalis Bona lib. 2. cap. 11. N. 2. quem sequitur recentior Meratus tom. 1. in edit. Veneta de An. 1744. p. 96. Quas eruditas concertationes removens Sanctissimus, locum affert ex Concilio Trid. Sess. 22. c. 4. de Sacrificio Missæ, ubi à pluribus successively compositus edicitur his verbis: Is enim constat cum ex ipsis Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, ac Sanctorum quoque Pontificum institutionibus. Subdens: Nihil enim de Canonis auctoritate quidquam detrahit, quod à pluribus compositus sit; cum ipsi quoque Symbolo Apostolorum Concilium Nicaenum & Constantinopolitanum explicationes addiderint, & quidem juxta ipsos Dominos Protestantes innocue. De quibus vide lib. 1. Tit. 1. præsentium Notarum. Canonem vero à quarto usque Sæculo adhibitum testatur S. Ambrosius lib. 4. de Sacramentis c. 5. & 6. ubi pars illa Canonis, paucis quibusdam immutatis, legitur: *Quam oblationem tu Deus in omnibus, quasimus, benedictam, ascriptam, ratam; & illa itidem: Qui pridie, quam pateretur; & illa, Supra qua propitio ac sereno.* Indeque S. Doctor lib. 4. de Sacram. discrete meminit Orationis illius in Canone, in qua Sacerdos orat pro Ecclesia, etsi non afferat ipsa Orationis verba. Et Sanctissimus dicit se lib. 1. de Canoniz. c. 5. N. 6. observasse, in nostro Canone commemorationem fieri dumtaxat Apostolorum, & Martyrum, non vero Confessorum, quod indicium est; Canonem priorem esse Sacram IV. quo cultus Martyribus tantum, nondum vero Confessoribus tribuebatur. Et sane vetustum esse Canonem, intelligitur ex Vigilio Papa, qui Gregorium M. medio Sæculo



Saeculo antecessit. Unde idem Santissimus ad testamentum Gregorii M. eorum probat sententiam, qui putant eundem Scholasticum lapsatum non integrum Canonem, sed Orationem quampiam tribuere insertam Canoni. Scribit enim S. Gregorius se de eo accusatum esse, quod recitari iusserit *Pater noster*, post Canonem; sequè id fecisse ait, quod indignum sibi videbatur, Orationem à Scholastico compositam ante Communionem recitari, Orationem vero Dominicalem non dici supra Corpus Christi; fortasse enim ejus ætate Oratione Dominicalis vel in Missa non dicebatur, vel recitabatur post Communionem. E contra, qui Scholasticum totum Canonem composuisse ex mente Gregorii contendunt, Tridentinos Patres in speciem pugnantes conciliare nituntur, dicentes, quod cum Vigilis Papa loquatur de substantia Canonis, quam ex Apostolica traditione descendere libentissime consentitur; Gregorius vero de verbis, sive stylo, quibus Canon exaratus est.

70. Dicitur Canon, ut scitissime advertunt Patres Tridentini, consistit r. ex ipsis Domini verbis; 2. ex iis, quæ ex Apostolica traditione; 3. denique ex iis, quæ à Romanis Pontificibus addita sunt.

Ea omnia doctissime more solito pertractat, ac à Novatorum cavillationibus vindicat Santissimus, quem legendum consulimus. Quod vero additamenta Romanorum Pontificum attinet, proditum est S. Leonem in Canone Missæ addidisse: *Santum Sacrificium, immaculatam Hostiam*; quæ dicuntur à Sacerdote in Oratione, quæ Consecrationem consequitur; cum vero in Auctore questionum veteris & novi Testamenti apud D. Augustinum Tom. IV. qui scripsit ad finem Sæculi IV. adeoque ante S. Leonem legamus Orationem *Supra que propitio, &c.* ejusdemque Orationis mentionem faciat S. Ambrosius lib. 4. de Sacramentis, satis constat, S. Leonem totam illam Orationem

non composuisse, ut quidam putarunt, sed illa solum verba addidisse. Memoriam quoque traditum est in Ecclesiastica historia, S. Gregorium verba illa in Canone addidisse: *Dixique nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari.* Id enim in vita ejus testatur Joannes Diaconus. Post Gregorium vero M. certissimum esse, ait Santissimus, nihil in Canone Ecclesiæ Romanæ amplius esse additum, esto Viros doctos ibi adducat, qui aliqua additamenta in Missalibus MSS. unius vel alterius particularis Ecclesiæ repererunt. Ubi etiam refellit eorum opinionem, qui Orationem: *Unde & memores*, adscribunt Alexandro I. qui vixit initio Sæculi II. cum potius ex divina institutione permanet, dicente Apostolo: *Quotiescumque manducabitis panem hunc, & Calicem Domini bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.*

71. Canon iste Sacrificii Missæ apud Latinos sex Orationibus absolvitur; quarum prima incipit: *Te igitur Clementissime Pater*, continetque *Memento & Communicantes*. Secunda: *Hanc igitur oblationem*. Tertia: *Quam oblationem tu Deus*, quæ usque ad finem consecrationis continuatur. Quarta: *Unde & memores*. Quinta: *Memento etiam*. Sexta: *Nobis quoque peccatoribus*, quæ Canon clauditur.

Circa has Orationes quædam huc excerptemus, quæ notitiam historicam juvare possunt quantum ad reliqua benevolum Lectorem ad fontem jam indicatum remittentes. Itaque quod primam Orationem concernit, in illa Sacerdos orat pro Ecclesia universa, pro Papa, pro Episcopo, & in aliquibus locis pro Rege. In Ecclesia etiam Orientali mentio fiebat Summi Pontificis. Quod abolitum in Schismate Photii. Nihilominus Græci, quotiescumque de unione actum nos inter ac illos fuit, in hoc nobiscum

con-

convenerunt, Summi Pontificis nomen in Canone esse restituendum. In Ecclesia Occidentali consuetudo hæc omnem memoriam excedit; Concilium Vasense An. 529. Can. 4. statuit: *Nobis justum visum est, ut nomen Domini Papa, quicumque Apostolicæ Sedi præfuerit, in nostris Ecclesiis recitetur.* Sed similia monumenta potius consuetudinem illam restituant, maloque usus intermissionis ejusdem auferunt, quam rem ipsam statuunt. In Orientali Ecclesia Presbyter orat pro Episcopo, Episcopus pro Archiepiscopo, & hic pro Patriarcha, ut videre est apud Cardinalem Bona lib. 2. *Rer. Liturg. c. 11. N. 3.* In Memento præsentis Orationis Sacerdos orat pro vivis. Post quod sequitur *Communicantes*; cui Rubrica prægitur, *Infra actionem*; quod idem significat, ut inquit Santissimus, ac intra actionem seu Canonem, non quidem juxta Regulas Grammaticæ, sed juxta idiotissimum, quem adoptarunt quidam Ecclesiasticorum librorum Scriptores; unde & in quibusdam Rubricis antiquorum Missalium legitur, *vinum infra Calicem esse infundendum*, hoc est, *intra Calicem*. Verborum autem *Communicantes, &c.* Planus videtur ille sensus, ut unionem significet Sanctorum, qui in Cælo sunt, cum Fidelibus, qui degunt in terris. Nominantur autem post Beatissimam Dei Genitricem duodecim Apostoli cum Paulo. Martyres vero, qui hic commemorantur, omnes vel Romæ, vel in ejus Patriarchatu passi sunt. Et hinc Cosmas & Damianus non sunt duo Martyres Arabici, nec duo Confessores Asiatici, sed duo Martyres Romani. Quis ex duobus Xistis in Canone nominetur? dubium est. Recentiores inter hos Martyres sunt SS. Joannes & Paulus, circa dimidium IV. Sæculi sub Juliano Apostata passi. In Ambrosianæ Missæ Canone post Martyres fit commemoratio Confessorum; sed hic usus quorundam particularium Ecclesiarum fuit, in Romanum Cano-

nem nunquam admittus. Prima hæc Canonis Oratio dicebatur olim super Diptycha. Erant autem Diptycha quidam aseres divisi in partes tres, ita sibi juncti, ut complicari possent, in quorum primum quorundam Sanctorum, & præsertim B. Virginis, Apostolorum, & Martyrum, in alterum Fidelium nomina referrebantur, qui viverent, & dignitate essent illustres, vel de Ecclesia essent optime meriti; inter eos Romanus Pontifex, Patriarcha, Episcopus, & alii ex Clero primi ponebantur; deinde Imperator, Viri Principes, Magistratus, & qui de Ecclesia bene meruissent, & omnis Fidelium cætus. Tertius aser habebat nomina defunctorum, qui in Fidei communionem mortui essent. In Missis privatis Sacerdos, in solemnibus Diaconus & Subdiaconus ea nomina recitabant. Plura de Diptychis, vide apud Santissimum, & alios. Nos quædam attingimus hoc libro titulo 30. N. 28.

In secunda Canonis Oratione quatuor petitiones continentur, quarum prima est, *ut Deus oblationem nostram placatus accipiat*. Secunda, *ut dies nostros in sua pace disponat*. Tertia, *ut ab æterna nos liberet damnatio*. Quarta denique, *ut in electorum suorum grege nos jubeat numerari*. Secundam petitionem à S. Gregorio M. additam supra advertimus. In pervigiliis Paschatis & Pentecostes, ac per totam earum solemnitatum Octavam in hac Oratione adduntur, quæ ad eos, qui in his diebus baptizantur, pertinent. Nam juxta veterem disciplinam in pervigiliis Paschatis & Pentecostes Catechumeni baptismi abluentur, qui vestibus albis amici Sacrificio Missæ aderant, & Sacram Eucharistiam suscipiebant, ut bene advertit Fouget *Instit. Cath. Tom. 2. pag. 8, 8.* Cætera videantur apud Santissimum.

In tertia Oratione respiciens Ecclesia non solum oblationem panis & vini, eorumque proxime instantem transsubstantia-

tia.



tiationem in Corpus & Sanguinem Christi, sed etiam sui ipsius & Sacerdotis celebrantis, & astantium oblationem, Deum orat, ut eam facere dignetur benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque, ut nobis fiat Corpus & Sanguis unigeniti ejus Filii. Quæ verba explicata lege apud Sanctissimum. In hujus Orationis progressu Sacerdos partim recitative, seu historice & materialiter, partim recitative & significantive, ut Theologi loquuntur, exponit, quæ pridie mortis suæ Christus fecit & dixit: nimirum accepisse panem in sanctas ac venerabiles manus suas, & elevatis oculis in Cælum ad Deum Patrem suum Omnipotentem, gratias illi egisse, panem benedixisse, fractam dedisse discipulis suis, ac dixisse: *Accipite & Manducate: Hoc est enim Corpus meum.* Et sic absoluta est consecratio unius speciei. Quæ super hæc Scholasticæ ac Polemicæ commentatur Sanctissimus, vide ibi. Græci post verba, *Hoc est Corpus meum, orant Deum, ut panem immutet, & faciat Corpus Christi, quod & fit in Missali Mozarabum.* Qui tamen in Concilio Florentino declararunt, se credere vi verborum Christi fieri transubstantiationem, ut vidimus lib. 1. Tit. 1. N. 271. Orationem Græcorum post verba Christi explicavit Cardinalis Turrecremata in Oratione, quam jussu Eugenii IV. habuit in Concilio Florentino, inquit: *Oratio illa non est, ut consecratur, quod consecratum est; sed ut consequamur effectum Sacramenti, scilicet, uniri cum Christo, & incorporari.* Cui explanationi consenserunt Græci, quibus adspuliantur & Syri, ut refert S. Maronius in *Exposit. Liturgiæ* c. 33. Neque novum est in precibus Orientalis Ecclesiæ, ut postuletur, quod jam concessum sit à Deo; ut ex eorum Liturgiis ostendit Sanctissimus, & nos etiam de latina indicavimus hoc lib. Tit. 28. N. 36. Pergit deinde Sacerdos dicens: *Simili modo postquam cenatum*

*est; ac simili modo enarrat, quæ Christus circa consecrationem Calicis egerit, dixeritque; ac demum Calicem consecrat. Panem ac vinum per verba consecrationis in Corpus & sanguinem Christi transubstantiari lib. 1. Tit. 1. proluxa dissertatione demonstravimus. Quod hic adhuc annotandum venit, est, Græcos Hostiam & Calicem non statim post consecrationem, sed paulo ante communionem elevare, eumque morem apud illos vetustissimum esse: itemque apud Armenos & Abyssinos, qui Sacramentum paulo ante communionem elevantes populum excitant ad illud adorandum, ut refert Bona lib. 2. c. 13. N. 2. Mabillonius in commentario ad *Ordinem Rom.* N. 7. docet fieri cepisse in Gallia elevationem Hostiæ circa dimidium Sæculi XI. incomperum autem esse, an paulo post Romana Ecclesiæ amplexa sit ejusmodi disciplinam, quamquam in Romana & Gallicana Sacra adorabantur Mytheria. Le Brun tomo 1. pag. 476. ostendit, ab initio usque XII. Sæculum Presbyteros consuevisse post finem Canonis, ubi ad ea verba pervenissent, *Omnis honor & Gloria, Hostiam & Calicem elevare; quam nunc secundam, seu parvam appellamus elevationem; eam vero, quæ nunc fit post consecrationem, eo consilio esse introductam, ut signum Catholice Fidei adversus Berengarii Hæresim induceretur.* Ex Soto autem in 4. sent. dist. 13. q. 2. art. 5. dicitur, tempore Berengarii seu Sæculi XI. sine ceptum elevari Hostiam & Calicem, & utrinque quidem in aliquibus Ecclesiis, in aliquibus vero solummodo Hostiam. Dicit enim: *Imo vero apud Carthusienses non elevatur (Calix), neque in Ordinario nostro (Fratrum Dominicorum) quod inde sumpsit, est; præcipitur nobis, ut elevemus.* Ordo autem Prædicatorum prodixit Sæculo XIII.*

In tertiæ Orationis fine Sacerdos profert illa verba: *Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis; quæ*

appo-

apposite sequitur præfens quarta Canonis Oratio: *Unde & memores, in qua Sacerdos, etiam nomine Populi iterum, ut in Oratione Suscipe S. Trinitas, Passione, Resurrectione, & Ascensione commemoratis, æterno Deo Patri Corpus ejus Filii & Sanguinem offert.* Extat hæc Oratio apud S. Ambrosium lib. 4. de Sacram. c. 6. eaque verba, *Hostiam puram, Hostiam Sanctam, Hostiam immaculatam, sunt iis simillima, quæ habentur in ep. ad Rom. c. 12. Hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.* Quæ scholasticæ & dogmaticæ in hac Orationem notanda occurrunt, vide apud Sanctissimum.

Quemadmodum in prima Canonis Oratione memoriam vivorum, ita in quinta Fidelium defunctorum memoria celebratur ab Ecclesiâ. Et ideo in ea copulative dicitur: *Memento etiam Domine, &c.* nulla autem est Liturgia, quæ non habeat Orationem pro defunctis, ut hoc titulo abunde jam demonstratum est. Vide etiam, quæ in explicatione primæ Orationis diximus de diptychis.

Verba initialia *Nobis quoque peccatoribus sextæ & ultimæ Canonis Orationis elata Paululum voce dicuntur; desinitque hæc Oratio in clausulam: Per omnia Sæcula Sæculorum, quæ proxime Orationem præcedit Dominicalem; eaque clausula alta voce dicitur, ut Populus respondeat Amen.* In hac Oratione invocantur aliqui SS. Apostoli, & Martyres utriusque sexus; Joannes, qui hic nominatur, non videtur esse Joannes Evangelista, ut censuit Innocentius III. sed, juxta Sanctissimum nostrum & alios, Joannes Baptista, cum, teste Menardo, hujus S. Joannis mentio fiat in Liturgiis SS. Basilii, & Chrysostomi post Consecrationem S. Stephani; Matthiæ Apostolo præponitur non ratione dignitatis, sed ordinis Martyrii; Matthiæ in prima Canonis Oratione inter alios Apostolos non nominatur, quia Passionis tempore non

dum erat Apostolus: & quamvis neque Paulus, ille tamen ibi recensetur, ne separaretur à Petro; qui hic non reperitur, nam Petrus, qui hic nominatur, est Petrus Exorcista Socius Marcellini Presbyteri, qui sub Diocletiano passi sunt, eo quod post Petrum proxime nominetur Marcellinus. Quæ circa verba hujus Orationis, *Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, &c.* notanda veniunt, vide sis Tit. 30. N. 27. hujus libri. Ea explicanda suscepit Sanctissimus hic §. 309. Elevationem vero modicam Hostiæ cum Calice ad illa verba: *Omnis honor & gloria, antiquiorum esse majori illa, in qua post Consecrationem Sacramenta populo adoranda ostenduntur, ex dictis hoc numero liquet. In quibusdam Gallicæ Ecclesiis ad hæc elevationem pulsatur campanula, in Missa vero solemniter sacre Species thurificantur.*

72. In hac sexta Oratione verbis *Per omnia sæcula sæculorum, & respensione Amen* alta voce prolatis Canon Missæ terminatur: unde Oratio Dominicalis non est pars Canonis.

Hanc veriore censet sententiam Sanctissimus: per Orationem autem Dominicalem Sacerdos propius se ad communionem parat. Antè eam vero devote verbis illis præfatur: *Oremus. Præceptis salutaribus moniti, & divina institutione formati audeamus dicere; quæ vetustissima sunt, & ad ea respexit D. Hieronymus lib. 3. adv. Pelag. dum ait: Sic docuit Apostolus suus (Christus) ut quotidie in Corporis illius Sacrificio credentes audent loqui, Pater noster, Græci pariter, Maronite, Mozarabes, & Ambrosiani ante Orationem Dominicalem in eandem fere modum præfatur. Hanc præfationem sequitur Oratio Dominicalis ex vetustissima & Apostolica consuetudine. Inter vicina momenta dum manus imponitis, & delicta donatis, mox ad Altare conversi Dominicam Orationem prætermittere non potestis, ait Optatus Milevit. lib.*



lib. 2. Et Cyrillus Hierosol. Catech. Mystag. 5. *Dicimus Orationem illam* (post Fidelium defunctorum commemorationem) *quam Salvator suis discipulis tradidit.* Alia loca Patrum congesit Menardus in Notis ad Sacram. Gregorii pag. 21. Nec praeterendum, quod ait Honorius in Gemma c. 81. Apostolos Missam à Christo institutam auxisse, dum super panem & vivum verba, quae Dominus dixit, & Dominicanam Orationem dixerunt. Vide dicta h. t. N. 22. Falsum igitur, quod nonnulli putant, S. Gregorium M. primam iussisse in Missa Orationem Dominicalem recitari, utpote de qua mentio fit in Liturgiis & apud Patres S. Gregorio antiquiores, nec aliud ex eius auctoritate in fine N. 68. allata extendi possit, quam quod eius aetate Oratio Dominicalis vel in Missa non dicebatur Sacerdotum oscitantia, vel recitabatur post communionem. Nec item verum est, S. Gregorium exillimasse Apostolos in Missa solam Orationem Dominicalem ante communionem recitasse, nam in locum ep. 64. lib. 7. ubi ait: *Orationem Dominicam idcirco post precem dicimus, quia mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodo Orationem oblationis Hostiam consecrarent; inephilse Amanuensis oscitantia tó solummodo suspicari licet, ut observat Cardinalis Bona lib. 2. c. 15. Vide Sanctissimum hic, ubi Hæreticos varios contrariam opinionem mordicus tueates refellit. Oratio Dominicalis elata voce dicitur in Missa, quae tamen in horis Canoniceis cum Symbolo submissa voce recitatur: cuius ratio redditur, quia olim Infideles & Catechumeni, quibus ante perfectam instructionem Symbolum & Oratio Dominica non revelabatur, horis quidem Canoniceis adesse poterant, huic vero Missae parti nequaquam, ut supra dictum est. Testatur Gregorius M. lib. 7. ep. 64. indict. 2. Orationem Dominicam in Missa Græcorum non à Sacerdote solum, sed ab universo*

etiam Populo recitari sivevisse, idque non in solemnibus tantum, verum etiam in privata Missa, ut colligitur ex vita S. Joannis Eleemosynarii. Ecclesiae Græcæ disciplinam Gallicana etiam aliquando retinuit tempore, de qua legendus Martene de antiquis Eccl. Ritibus lib. 1. cap. 4. art. 8. N. 27. Absoluta Oratione Dominica, Sacerdos submissa voce respondet, Amen, quae particula esse absit à Sacramentario S. Gregorii edito à Menardo, ob eam tamen fortasse rationem, quia Orationis Dominicae continuatio quædam est, quae proxime sequitur Orationem, *Libera nos Domine*, desinit in Amen dicendum à Ministris, atque à Ritualistis Embolismus appellatur. In ea olim, præter ibi specificatos B. Virginem, Petrum & Paulum, atque Andream, alios quoque Sanctos licebat nominare.

73. Actiones præcipuae, quae in & post hanc Orationem appendicalem à Sacerdote fiunt, sunt Hostiae, & immissio particulae ejusdem in Calicem.

Hostiae fractionem ab ipso Christo accepit Catholica Ecclesia, qui in ipsa institutione Eucharistiae accepit panem in sanctas manus suas, benedixit, fregit, deditque discipulis suis. Proinde in Actis Apost. scriptum est, Fideles perseverare consuevisse in *communicatione fractionis panis.* Et D. Paulus 1. ad Corinth. 10. ait: *Panis, quem frangimus, nome participatio Corporis Domini est?* Nullaque Liturgia est, in qua fractio Hostiae non præferbatur. Græci Hostiam dividunt in quatuor partes, quarum alteram sumit Sacerdos celebrans, altera disperitur populo, tertia reservatur infirmis, quarta in Calicem immittitur. Qui Mozarabum sequuntur ritum, Hostiam dividunt in partes novem, quarum cuique alicuius ex Christi mysteriis nomen imponunt. Occidentalis Ecclesia Hostiam in tres partes dividit, quarum unam in Calicem injectam Sacerdos sumit cum Sanguine, reliquas duas sumit scorsim à Sanguine, qui

qui in Calice continetur. Atque hæc est disciplina, quæ invaluit, neque tamen idem semper est factitatum. Olim enim Hostia in tres dividebatur partes, quarum una immittebatur in Calicem, alteram manducabat Sacerdos; tertia, quia qui consecrabatur panis, major erat, & latior, quam quo nunc utimur, in plures frangebatur particulas pro adstantibus, vel infirmis communicandis. Cujusmodi ritus etiamnum exstant in Missa solemnibus Summi Pontificis vestigia, & in Missa, quæ celebratur in Consecratione Episcopi. Summus enim Pontifex cum solemniter celebrat, Hostiam in partes dividit tres; ex his unam immittit in Calicem, ipse sumit alteram, tertiam in duas dividit particulas communicandis Diacono & Subdiacono. In Episcopi autem consecratione Episcopus Consecrator Hostiam in tres partes dividit, quarum unam immittit in Calicem, altera ipse se, tertia Episcopum, qui consecratur, communicat. Vide etiam, quæ h. lib. Tit. 30. §. 2. de Oblationibus annotavimus. Pars vero Hostiae in Calicem immittitur auctoritate antiquissimarum Liturgiarum, & Conciliorum; præferbitur enim in Liturgia S. Jacobi, & in Concilio Arausticano An. 441. ait Sanctissimus L. cit. qui ibi §. 335. fufè disputat hujus immisionis originem non esse referendam ad ritum exhibendi communionem sub utraque specie. Ante immisionem hujus particulae, Sacerdos cum eadem tres Cruces super os Galicis formatur, dicendo: *Pax Domini sit semper vobiscum.* Olim consuetudo erat, ut Sacerdos ante prolationem horum verborum benedictionem Populo impertiretur, quam Scriptores de sacris ritibus *Episcopalem* appellant, quod ad Episcopum tantum pertineat. Hujusmodi ritus deducitur ex vetustis Missalibus, quæ insuper Bona, qui lib. 2. c. 16. N. 4. ait, se ex libro quodam Sacramentorum Ecclesiae Romanæ ante 900. annos scripto didicisse, morem fuisse quondam

in hac Missa parte indicendi jejunia, quæ essent observanda, & preces, quæ pro hoc vel illo fieri deberent. Juxta Mozarabum ritum non Episcopi dumtaxat, sed etiam cujusvis Sacerdotis celebrantis erat hujusmodi benedictionem populo impertiri. De quo videatur Can. 18. Concilii Tolet. IV. Sacerdos dum dictam particulam immittit in Calicem, submissa voce dicit Orationem: *Hæc communicatio, &c.* quam habent omnes Ordines Romani, Amalarius, & Micrologus. Carthusiani eam non recitant; quod ostendit, Ecclesiae Gallicanas, etiam si ritum Romanum essent amplexæ, eam Orationem omisisse, ut notat le Brun.

74. Finita hac Oratione Sacerdos inclinatus in Sacramentum dicit *Agnus Dei*, ter sibi pectus tundens; & antequam sumat Eucharistiam, ter alias dicit Orationes, quarum prima expleta, si danda sit pax, dicit ad Diaconum: *Pax tecum.*

Oratio *Agnus Dei* à Sergio I. Saeculo I. fuit introducta teste S. Bonaventura in expositi. Missæ cap. 4. Micrologus scribit c. 18. non ex antiqua Summorum Pontificum institutione tres in Missa recitari Orationes ante Communionem, sed Pium & Religiosorum hominum traditione, cui assentiantur alii. S. Thomas 3. p. q. 83. art. 4. in (-) agit de ritu dandæ pacis ante Communionem, & docet Populum parari ad Sacramentum percipiendum per pacem; & hinc in Missis defunctorum non dari pacem asserit, quia in illis non pro præsentis pace offertur, sed pro requie mortuorum; quapropter etiam in illis prima Oratio omittitur. Olim dabatur pax cum osculo, & quidem ab omnibus Missæ præsentibus, ut probant Liturgistæ Cardinalis Bona lib. 2. c. 16. & alii post ipsam: qui etiam docent, quando in Missis privatis danda sit pax. Viguit hæc consuetudo usque ad Innocentium III. seu Sæc. XIII. qui ejus moris meminit lib. 6. *Myster.* cap. 5. Nunc non amplius pax datur per osculum, sed



per amplexum, vel parva quadam prebetur ad osculum tabella imagine Crucifixi depicta, quam Osculatorium appellant, aut etiam Crucifixus ille argenteus apud nos, quem *Pacificale* vocamus. Olim non Altare, sed Hostiam osculabatur Sacerdos, quem ritum obsoletum jam qui nunc adhiberet, reprehensione non caret. Mos ille osculi ab ipso Apostolo 1. ad Thess. c. 5. & 1. ad Corinth. c. 16. occasione, propter malitiam carnalium Christianorum in hunc posteriorem, qui communitur à Sacerdote & Diacono, & Subdiacono tantum observatur, mutatus est. Græci dant pacem ante præfationem, caterique Orientales, atque etiam Mozarabes. Apud Maronitas mos est, ut ante præfationem Sacerdos pacem det Altari, & sacris Mysteriis, deinde Ministro.

75. His finitis Sacerdos ad ipsam communionem seu sumptionem Corporis & Sanguinis procedit.

Ante illam præmittit illa Centurionis Evangelici verba, *Domine non sum dignus*, &c. paululum immutata, quæ à Christianis primitivæ Ecclesiæ communioni fuisse solita præmitti testis est Origenes homilia 5. ad aliquot Evangelii loca, inquit: *Quando sanctum cibum, illudque incorruptum accipis epulum, quando vitæ panem & poculo frueris, manducas, & bibis Corpus & Sanguinem Domini, tunc Dominus sub tectum ingreditur: & tu ergo humilians te ipsum imitare hunc Centurionem, & dicito: Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum.* Qui locus insignissimus est ad explicandam mentem Origenis circa realem Christi in Eucharistia præsentiam, quam pervertere nituntur Calvinistæ iis argumentis, quæ lib. 1. Tit. 1. N. 257. attulimus, & N. 248. solvimus. Concordat Chrysof. homilia de Sancto Th. Ap. Quivis Episcopus & Sacerdos stans Eucharistiam sumit; Summus item Pontifex post præfationem Hostiæ ad solium ascendit

(ait Rocca Tom. 1. p. 10. edit. Rom. 1719.) *ibique consistit, & stans erectus, complicatis manibus, Eucharistia Sacramentum expectat (nec prius sedet, quam os & digitos purificaverit), digitis jam & ora (pag. 2.) inter hæc faciendâ purificatis, Mitra insignitus, & sedens lavat manus.* Eam vero sumit inclinatus, & facie ad populum versa: & hinc est, quamobrem Pontifex Populo procul & ex adverso in faciem eum aspicienti videatur sedens communicare. Post communionem Sacerdos vino os, deinde vino & aqua digitos, Calicemque purificat; de prima loquitur Innocentius III. in cap. ex parte de celeb. Missar. & S. Th. 3. p. q. 83. art. 5. quo loco etiam verba facit de digitorum ablutione cum vino & aqua, & discrete ait, hanc ablutionem olim in locum mundum effundi consuevisti; nunc vero ob reverentiam Sacramenti, & propter periculum, ne quod fragmentum digitis, aut Calici aliqua Sanguinis gutta adhaerit, Sacerdos etiam hoc vinum bibit aqua mixtum. Si qui eorum, qui Missæ adsunt, Eucharistiam velint percipere, post sumptum à Sacerdote Corpus & Sanguinem ante purificationem communicantur. De qua Communionem alibi.

76. Absoluta Communionem Sacerdos se confert ad cornu Epistolæ, legitque Antiphonam, quæ *Communio* dicitur; redit ad medium Altaris, illudque osculatur, & conversus ad populum dicit, *Dominus vobiscum*, ac rediens ad librum legit Orationem, quæ dicitur *Postcommunio*; postremo librum claudit; tum redit rursam ad medium Altare, quod osculatur; ad populum autem conversus dicit, *Dominus vobiscum*, atque *Ite Missa est*, vel volvens se ad Altare, *Benedicamus Domino*, si ita præscribit Rubrica, cui Minister respondet *Deo gratias*; in Missis vero Defunctorum dicit, *Requiescant in pace*, cui Minister respondet, *Amen.* Denique inclinatus in medio

Altari

Altari dicit Orationem *Placeat*; & conversus ad Populum, ei benedicit, quod præmittit in Missis Defunctorum; inde se confert ad cornu Evangelii recitat Evangelium S. Joannis, vel aliud Evangelium, quod Rubrica præscriperit.

Hanc Antiphonam observat Gavantus idcirco *Communione* dici, quia canebatur interea, dum populo Eucharistia distribebatur. Ejus mentionem faciunt rænes Romani. Hæc Missæ pars, in qua Communio & Postcommunio recitantur; olim vocabatur *Gratiarum actio*, ut ait Rupertus de divinis Officiis lib. 2. cap. 18. Et ante ipsum Augustinus ep. 149. alias 59. *Participato*, inquit, *tanto Sacramento gratiarum actio cuncta concludit.* Quæ gratiarum actio continetur in Orationibus una vel pluribus, Postcommunione nomine prænotatis, atque juxta præscriptum Rubricarum Missalis perfolvendis; quarum summa est, ut tot dicantur in hac parte Missæ Orationes, quot dicte fuerunt à principio. His Orationibus Eucharisticis olim per totum annum, ut colligitur à Sacramentario Gelasiano, Oratio addebatur super Populum cum Præfatione illa Sacerdotis: *Humiliate capita vestra Deo*; quæ nunc in sola Quadragesima obtinet. De formula illa dimittendi Populum, *Ite Missa est*, quantum ad præsens institutum, sufficientem mentionem fecimus N. 15. h. t. Oratio *Placeat* in pluribus reperitur Sacramentariis post Sæculum IX. scriptis. Habetur etiam in Missis Illyricis, & in aliis apud Menardum. Consuetudo benedicendi Populo post hanc Orationem, seu in fine Missæ non ita vetus est; de ea enim silet Amalarius, Florus, & Remigius IX. Sæculi Scriptores. Ejus tamen mentionem facit Micrologus cap. 21. sed hoc non ubique usurpatum esse oportet; nam de hoc ritu nulla mentio fit in Ritualibus Cisterciensium, & Præmonstratensium, qui Religiosi Ordines 30. post Mi-

serologium annis sunt instituti. Subjungit Sanctissimus: Quæ hæctenus diximus, de benedictione sunt intelligenda, quæ datur sub fine Missæ à Presbyteris. Nam Episcoporum benedictio vetustissima est, ut ibi probat, præsertim ex Christiano Lupo tom. 5. ad *Generalia Concilia & Provincialia* pag. 526. Colophonem denique Missæ ex præscripto S. Pii V. facit Evangelium, seu initium Evangelii S. Joannis, nisi aliud legendum præscriptione Rubricarum occurrat. Gilbertus Grimaud in *Liturgia facta* parte 3. cap. 17. multa congerit monumenta, quibus ostendit, quanta olim esset Fidelium devotio erga S. Evangelium *In principio*. In aliquibus enim Ecclesiis olim legebatur post Baptisum parvulorum, post Viaticum, & post Extrema-unctionem. Fateatur tamen, se, cujus iusta in fine Missæ recitatur, reperire non potuisse. Difficultas tamen hujusmodi hoc tempore nulla est; nam Viri docti in eo consentiunt, quod S. Pius V. statuerit, ut in fine Missæ Evangelium S. Joannis legatur; cum antea alii legerent, alii omitterent, ut cuique colitum esset. Et hæc ex satis amplo, compendioso nihilominus adhuc pro validitate argumenti, numeris tamen omnibus absolute tractatu de Sacrificio Missæ, à Sanctissimo Patre ac Domino nostro Benedicto XIV. edito, pro utilitate cupidæ Sacramentorum Legum Juvventutis, aliorumque benevolorum Lectorum excerpta judicavimus, pleniorum notitiam vastissimi argumenti desiderantes ad eundem, Auctoreque ab ipso citatos, omnes in hac materia primi subcelli, remittentes. Cæterum notet Lector, me bene conscium esse, quod mihi ratione Rubricæ hujus tituli incumberet adhuc tractare de Eucharistia, & divinis Officiis. At de divinis Officiis contentum esse quæso iis, quæ annotavi titulo 31. hujus libri; caput vero rei de Eucharistia, nimirum de reali Christi in ea præsentia, diligenter per.



pertractatum est lib. i. tit. i. ut insinuavi. Circa confectionem ejus in azymo vel fermentato, sicut & circa Communionem sub utraque vel una specie, quavis varia occurrant titulo 30. hujus libri §. 2. de Oblationibus; nihilominus, Deo favente, libro V. expectationi huic satisfacere conabor, addendo etiam scitu necessaria de Altaribus, quæ occasione tituli præcedentis quadragesimi de Consecratione Ecclesie vel Altaris desiderari possent. Nec satis; Titulos hunc insequentes, & commentationum historicarum fertilissimos, nimirum 42. de Baptismo & ejus effectu, 45. de reliquiis & veneratione Sanctorum, 46. de observatione jejuniorum, & 49. de immunitate Ecclesiarum, ad dictum librum transfero. Si quis causam sciscitetur, huic respondeo, quod naturalis equidem de his omnibus præsentis libro tractaretur, sed

quia dictæ materiæ occasione titulorum in libro V. occurrentium exiguum, vel nullam violentiam patientur, & insuper sicut præsens liber III. abundat historicis argumentis, ita liber IV. & V. steritior est; hæc me ratio impulit, ut gratia IV. tomi æquali cum reliquis mole edendi præsentis tertio finem imponam (1). Notet vero Lector, Quæstionem dogmaticam magni momenti: An nimirum Ecclesia constanter censuerit, à Christo in ultima Cæna fuisse institutum rigorosum ac vere propitiatorium Sacrificium pro vivis & defunctis? Notis in præsentem titulum datis maxima ex parte esse absolutam, tam quoad adductionem testium de hæc Ecclesie mente, tam quoad præoccupationem cavillationum ab adversariis fieri solitarum, uti attente eme evolventi patebit.

(1) Editio harum Notarum Bohemæ, cui præfuit Auctor, quatuor voluminibus constat, quorum tertio hic finis imponitur.

FINIS LIBRI TERTII DECRETALIIUM.



LIBER

# LIBER IV. DECRETALIIUM.

Quemadmodum Librum II. Decretalium de Judiciis ob materiæ historicæ inopiam sub unico Titulo in aliquot §§. secto commentati sumus, ita & præsentem Librum, esto ejusdem materiæ, imprimis vero Controversiarum nos inter & Protestantes fertiliorem, commodius nihilominus sub unico Titulo, quem in varios §§. dispescemus, commentabimur:

Agendo §. 1. De Matrimonio secundum se, ejus primæva institutione, ac successiva œconomia usque ad Christum.

§. 2. De Matrimonio per Christum re-

formato, atque œconomia Ecclesie, præcipue circa divortia.

§. 3. De Matrimonio per mortem Conjugis iterato, seu de secundis Nuptiis.

§. 4. De solemnitate Matrimonii, præcipue de Sponsalibus.

§. 5. De Matrimonii impedimentis in genere.

§. 6. De Matrimonii impedimentis in specie.

Ac denique Librum concludemus duplici Dissertatione: An nimirum Matrimonium in lege gratiæ sit verum Sacramentum? Et quis hujus Sacramenti sit Minister?

## TITULUS I.

Et Unicus de Sponsalibus & Matrimonio.

§. I.

De Matrimonio secundum se, ejus primæva institutione, ac successiva œconomia usque ad Christum.

**S**ocietas Conjugalis, de qua tractatum institutum, Latinis vocatur Matrimonium, Nuptiæ, Conjugium, Connubium.

Matrimonium dici à Matris nomine non adepto jam, sed spe & omine mox adipiscendo tradunt Jurisconsulti apud Brissonium de Verbor. Sign. nec dissentit S. August. lib. 19. contra Faustum cap. 26. appellatum est, quod non ob aliud debebat famina nubere, quam ut Mater fiat.

Appellatur autem Matrimonium potius, quam Patrimonium, quoniam licet Pater sit sexu & dignitate præstantior, Matris tamen factus est ante partum onerosus, dolorosus in partu, post partum laboriosus. C. Ex literis de conversione Infidelium.

Nuptiæ ita appellatæ sunt à Flammæo, quo caput nubentis obvolvabatur, quod Antiqui obnubere vocabant, ut inquit Festus, Varro, & alii. De quo velamine nuptiarum sit etiam mentio in Sacris Literis; nam Rebecca Gen. 24. c. 65. confpecto Isaac Viro suo, tollens cito palium cooperuit se.

Connubium itidem derivatur à nubere, & definitur in Pandectis Flor. Connubium Uxorij jure ducenda facultas. Cumque nuptiæ dicantur à Mulieris velamine, Con-



pertractatum est lib. i. tit. i. ut insinuavi. Circa confectionem ejus in azymo vel fermentato, sicut & circa Communionem sub utraque vel una specie, quavis varia occurrant titulo 30. hujus libri §. 2. de Oblationibus; nihilominus, Deo favente, libro V. expectationi huic satisfacere conabor, addendo etiam scitu necessaria de Altaribus, quæ occasione tituli præcedentis quadragesimi de Consecratione Ecclesie vel Altaris desiderari possent. Nec satis; Titulos hunc insequentes, & commentationum historicarum fertilissimos, nimirum 42. de Baptismo & ejus effectu, 45. de reliquiis & veneratione Sanctorum, 46. de observatione jejuniorum, & 49. de immunitate Ecclesiarum, ad dictum librum transfero. Si quis causam sciscitetur, huic respondeo, quod naturalis equidem de his omnibus præsentis libro tractaretur, sed

quia dictæ materiæ occasione titulorum in libro V. occurrentium exiguum, vel nullam violentiam patientur, & insuper sicut præsens liber III. abundat historicis argumentis, ita liber IV. & V. steritior est; hæc me ratio impulit, ut gratiæ IV. tomæ æquali cum reliquis mole edendi præsentis tertio finem imponam (1). Notet vero Lector, Quæstionem dogmaticam magni momenti: An nimirum Ecclesia constanter censuerit, à Christo in ultima Cæna fuisse institutum rigorosum ac vere propitiatorium Sacrificium pro vivis & defunctis? Notis in præsentem titulum datis maxima ex parte esse absolutam, tam quoad adductionem testium de hæc Ecclesie mente, tam quoad præoccupationem cavillationum ab adversariis fieri solitarum, uti attente eme evolventi patebit.

(1) Editio harum Notarum Bohemæ, cui præfuit Auctor, quatuor voluminibus constat, quorum tertio hic finis imponitur.

FINIS LIBRI TERTII DECRETALIIUM.



LIBER

# LIBER IV. DECRETALIIUM.

Quemadmodum Librum II. Decretalium de Judiciis ob materiæ historicæ inopiam sub unico Titulo in aliquot §§. secto commentati sumus, ita & præsentem Librum, esto ejusdem materiæ, imprimis vero Controversiarum nos inter & Protestantes fertiliorem, commodius nihilominus sub unico Titulo, quem in varios §§. dispescemus, commentabimur:

Agendo §. 1. De Matrimonio secundum se, ejus primæva institutione, ac successiva œconomia usque ad Christum.

§. 2. De Matrimonio per Christum re-

formato, atque œconomia Ecclesie, præcipue circa divortia.

§. 3. De Matrimonio per mortem Conjugis iterato, seu de secundis Nuptiis.

§. 4. De solemnitate Matrimonii, præcipue de Sponsalibus.

§. 5. De Matrimonii impedimentis in genere.

§. 6. De Matrimonii impedimentis in specie.

Ac denique Librum concludemus duplici Dissertatione: An nimirum Matrimonium in lege gratiæ sit verum Sacramentum? Et quis hujus Sacramenti sit Minister?

## TITULUS I.

Et Unicus de Sponsalibus & Matrimonio.

§. I.

De Matrimonio secundum se, ejus primæva institutione, ac successiva œconomia usque ad Christum.

Appellatur autem Matrimonium potius, quam Patrimonium, quoniam licet Pater sit sexu & dignitate præstantior, Mater tamen factus est ante partum onerosus, dolorosus in partu, post partum laboriosus. C. Ex literis de conversione Infidelium.

Societas Conjugalis, de qua tractatum institutum, Latinis vocatur Matrimonium, Nuptiæ, Conjugium, Connubium.

Matrimonium dici à Matris nomine non adepto jam, sed spe & omine mox adipiscendo tradunt Jurisconsulti apud Britonem de Verbor. Sign. nec dissentit S. August. lib. 19. contra Faustum cap. 26. appellatum est, quod non ob aliud debeat famina nubere, quam ut Mater fiat.

Nuptiæ ita appellatæ sunt à Flammæo, quo caput nubentis obvolvabatur, quod Antiqui obnubere vocabant, ut inquit Festus, Varro, & alii. De quo velamine nuptiarum sit etiam mentio in Sacris Literis; nam Rebecca Gen. 24. c. 65. confpecto Isaac Viro suo, tollens cito palium cooperuit se.

Connubium itidem derivatur à nubere, & definitur in Pandectis Flor. Connubium Uxorij jure ducenda facultas. Cumque nuptiæ dicantur à Mulieris velamine, Con-



Connubium exprimit quoque esse cum alio.

Idem fere significat *Conjugium*, quasi duorum, maris scilicet ac foeminae ad idem jugum alligatio. Graecis Matrimonium vocatur *Gamos* à damo, inquit lib. 7. Arcudius, eo quod Conjuges domet; est enim damo idem, ac domo. Sed non est inusitatum Graecis etiam verbum *Gamos*, quod nubere, ac ducere uxorem significat.

2. Hæc Conjugalis societas pro vario hominum statu, in quo sunt, fuerunt, vel esse poterunt, varie definiti solet.

Quidam Protestantium Juris naturæ Professores, sicut idem Jus pertractant præcendendo à revelatione divina, & consequenter statum hominum hypotheticum, qui nunquam existit, fingunt, ita & Matrimonium, præcendendo ab illis, quæ eidem à Deo in Paradiso, & à Christo in novo Testamento adjecta sunt, definiunt esse societatem, quæ generanda sobolis causa inirit; ut habet Thomafius lib. 3. *Instit. Jurisp. Div. c. 2. §. 81.* addens expresse, *abstrahendo à revelatione divina.* Ex qua definitione, quam neque monogamiam, neque individuum vitæ consuetudinem, neque Viri in Foemina superioritatem, neque incumbentem utriusque Parentis obligationem educanda Proles vult comprehendere, plura, etæque majoria ex parte absurda insert Corollaria, quæ non tantum spectato Jure divino positivo, Gentium, Canonico, Civilis, sed nec ipso Jure naturæ salvo sustineri queant, atque ut præcipua solum referam, ex eo, quod existimet Thomafius, *educationem Proles* Jure naturæ non pertinere ad utrumque Parentem, insert I. Foeminam æque ac marem peculiariter sibi Prolem quarere posse, in quam solum jus plenum sibi obtineat. Cumque *Monogamia* juxta datam definitionem æque ad rationem Matrimonii mero naturæ Jure non spectet, insert II. dictam Foeminam equidem de-

bere ob finem à se intentum inire pactum cum aliquo Viro de præbendo invicem corpore: aut nequaquam teneri eidem dare fidem, quod nemini præterquam ipsi corporis sui usuram concedere velit. Præterea, cum persuasus sit, *individuum vitæ consuetudinem* non esse quoque de ratione Matrimonii, si idem Jus spectetur, insert III. Matrimonia mero Jure naturali esse solubilia, adeoque dictam mulierem adpta Prole posse Maritum, vel Maritos illos conductitios, itemque Virum unam vel plures Uxores temporarias dimittere, dummodo non sint conductii vel conductæ in longius tempus, vel in perpetuum. Ex eodem capite insert IV. mero Jure naturæ communionem Uxorum (quæ à Polygamia in hoc distinguitur, quod sit promiscuus usus Foeminarum absque fœdere conjugali) mero Jure naturæ esse permissam, laudatque Stoicorum effatum: *Uxores apud sapientes communes esse debere, ut quilibet illi congregariatur, quæ sibi prior occurrit.* V. Denique vi Matrimonii in statu naturali Conjuges non teneri ad individuum perpetuamque vitæ consuetudinem, nisi de hoc pacifcantur.

3. Falsa sunt hæc Thomafii axiomata, & consequenter etiam falsa definitio Matrimonii pro statu naturæ puræ, unde illa deduxit.

Ad adstruendam hæc propositionem, quamvis domesticis auctoritatibus abundemus, nihilominus quædam ex Clariss. Wolffio Protestantibus minus suspecto adferemus, & quidem ex p. 2. *Juris naturæ c. 2. de Societate Conjugali.* Et imprimis Thomafius non videtur perspectum habuisse illud ex præcipuis Juris naturæ principiis, quod nimirum *Jus naturæ non det Jus nisi ad ea, sine quibus obligationi naturali satisfacere non possumus*; quod inde in apicium ponitur, quod eadem naturæ lex non permittit cibum & potum ultra sumere, quam sit necesse ad vitam conservandam, neque actum

actum conjugalem solius voluptatis percipiendæ, aut tentationum sedandarum gratia (quidquid interim sit de dispensatione Legis divinæ positivæ circa ultimum membrum), ex quo principio ruit tam Polygynia, quam Polyandria, seu uxorum & virorum pluralitas, itemque communio uxorum à Thomafio Corollario 2. & 4. illata, & spectato Jure naturæ justificata. Constat enim monogamiam sufficere ad hoc, ut homines obligationi propagandi generis humani satisfaciant. Secundo, idem Thomafius non advertit, præter generationem proles, ejus quoque *educationem*, & quidem utrumque Parentem obligantem, ad rationem Matrimonii ipso naturæ Jure pertinere, quod patet ex ejus definitione allata, in qua hæc obligationem omittit; cum tamen nulla in Jure naturæ sanctior existet obligatio, quam ista, quæ peremptorie ad omnes arguitur, & paritates de pecorum fœtibus, qui plerique à Matribus educantur, vel ex hoc solo adstrui potest, quod Conjuges humani ratione præditi cognoscant fœtum suum utriusque opus esse, adeoque ejus curam ac educationem in bonum societatis humanæ ad utrumque pertinere, nimirum juxta utriusque vires ac constitutionem: si enim ex hoc, quod plerique fœtus animalium à solis Matribus educantur, argumentari liceret ad negandam mutam hæc obligationem in hominibus, etiam ex eo, quod animalia causantia v.g. damna, non sentiant stimulum ad eorundem reparacionem, inferre liceret, ex locis damnificantis non teneri ambos ad satisfactionem. Cum igitur bruta animantia videamus naturali quodam instinctu ad educationem proles ferri, illa vero, ad quæ animalia sua natura feruntur, sint prima naturæ; ex paritate ab illis potius inferre debemus, educationem proles suæ primis naturæ convenire, ut habet Wolffius §. 261. & consequenter legem naturæ obligare Tom. II.

utrumque Parentem ad sobolem suam educandam, ut habet idem §. 263. Et ex hoc principio vellicatur Corollarium primum Thomafii, nimirum Foeminam æque ac Marem peculiariter sibi quarere posse Prolem, quia nec Mas nec Foemina efficere potest, ut dicta Proles non sit etiam sui in toto confortis, ad quem proinde jus in Prolem, & inde nascens educanda illius obligatio pertinet. Ruit etiam Corollarium IV. Marem vel Foeminam adpta Prole posse consortes à toto & Matrimonii vinculo dimittere, cum ex hac dimissione obex non parvus poneretur dictæ Proles educationi. Videmus enim in eo animantium genere, in quo tam Mas, quam Foemella educationi Proles præesse tenetur, Marem Foemellam non ante dimittere, quam ubi ea cum statum fuerit perducta, ut aliena ope amplius non indigeat: unde Sanctus Thomas in Suppl. q. 67. A. 1. in (-) inquit: Dicendum, quod Matrimonium ex intentione naturæ ordinatur ad educationem Proles, non solum ad aliquod tempus, sed per totam vitam proles: unde de Lege naturæ est, quod Parentes Filiiis thesaurizent, & Filii Parentum heredes sint; & ideo, cum Proles sit commune bonum Viri & Uxor, oportet eorum societatem perpetuo manere indivisam secundum Legem naturæ dictam, & sic inseparabilis Matrimonii est de lege naturæ. Tertio, videtur idem Thomafius ignorasse, ipso Matrimonii contractu abique ullo alio pacto artissime ita uniri, ut inlita unius Persona spectari debeant, nec ita cum alia Persona uniri possint: ex qua unione oritur communicatio officiorum, ususque rerum, in quo consistit *consuetudo vitæ*, ad quam consequenter Conjuges naturaliter obligantur contra Corollarium quintum Thomafii; cumque ex officiis Parentum erga liberos, & horum erga Parentes demonstretur, quantum à ratione alienum sit Matrimonia temporaria contrahere; inde



etiam recte infertur, consuetudinem vitæ inter Coniuges debere esse perpetuam, ni aliud quid obviet, quod eam iuste impediat. Matrimonium igitur pro stata naturæ definit Wolffius L. cit. quod sit pactum, quod Mas & Fœmina inuent de Sobole procreanda & educanda, quam posteriore obligationem eam in sua definitione omiserit Thomafius, non miram, quod in absurditates à nobis relatas incidit.

4. Sed quamvis Wolffii definitio longe anteferenda sit definitioni à Thomafio allata, illa tamen non est rigorosa.

Nam primo non exprimit solum formale constitutum Matrimonii, sed potius causam efficientem huius constituti; vi infra enim N. 36. ostendam, Matrimonium formaliter consistere in vinculo illo, quod inter Coniuges ex pacto maritali resultat. Secundo, quia pactum de Sobole procreanda non videtur esse causa efficiens essentia Matrimonii, sed pactum de Jure radicali reciproco ad Coniugum corpora in ordine ad Prolem procreandam & educandam: quod jus nihilominus per pactum de servanda continentia quantum ad effectum inter Coniuges impediri potest, manente quoad substantiam Matrimonio, ut infra L. cit. etiam probabitur exemplo Matrimonii inter S. Iosephum, & B. Virginem. Sed quidquid sit circa rigorosam Matrimonii definitionem, ipse generis humani Plafles agnovit non solum procreationem, sed etiam Proles educationem jure naturæ inter ejus officia esse commemoranda, dum Genesius 2. v. 23. dixit: *Quamvrem relinquet homo Patrem suum & Matrem, & adhaerebit uxori suæ, nimirum ad proles procreandas, educandas, officiaque ac rerum usum communicandum: quæ omnia non oriuntur ex præcepto aliquo positivo divino, ut falso sibi persuasit Thomafius, sed ex ipsa Matrimonii animalium rationum natura, per divinam Legem nobis inculcata. Quod ergo Thomafius §. 41.*

aliis prædicavit, sibi dicere hic alitque in locis debuisset, nimirum: *Vides ergo, quantum ratio nostra lumine Scripturæ desinita cœcutiat?*

5. Leges igitur Civiles & Canonice videntur optime expressisse ea, quæ de rigore ad essentiam Matrimonii, prout est officium naturæ, pertinent; dum illud definiunt, quod sit conjunctio Maris & Fœminæ, perpetuam vitæ consuetudinem retinens §. 1. Infit. de Pat. Por.

Conjunctio tenet locum generis, per quam, si Matrimonium in fieri, seu in esse contractus Matrimonialis spectetur, intelligitur ipse consensus internus, & pactio externa inter Coniuges circa jus radicale ad usum corporum, procreandæ Proles gratia; si vero Matrimonium in facto esse consideretur, tunc Conjunctio illa exprimit vinculum & nexum illum mutuum, qui ex dicto consensu interno & pactioe externa inter virum & mulierem resultat. In quo essentium Matrimonii positam esse, infra evincemus. Per Conjunctioem autem Maris & Fœminæ, utrumque jus non intelligit qualemcumque, v. g. Paternam, vel fraternam, &c. hoc est, Patris ut Patris cum Filia, vel Fratris ut Fratris cum Sorore, sed *Maritalem*; unde Canonistæ hanc particulam differentialem definitioni solent inserere, sicut & post 16. *Viri & Fœminæ*, particulas illas *inter legitimas Personas*, hoc est, legitimitate naturali; nam si velinus accipere legitimitatem civilem vel canonicam, illam particulam devinemus Matrimonium in ratione contractus Jure civili vel canonico iusti. Per individuum, vel perpetuam vitæ societatem Jura quoque intelligunt *Maritalem*, per precedentia verba jam determinatam, solo consensu partium, et in aliis contractibus solemne est, non solubile. Matrimonium enim, spectato nudo naturæ jure, & præcisa revelatione, indissolubile est.

6. Matrimonium ergo in ratione contractus

tractus Jure civili & canonico inibilibi recte definitur: *Conjunctio Maritalis Viri & Fœminæ inter legitimas Personas, individuum vitæ consuetudinem retinens.* In ratione vero Sacramenti: *Matrimonium est Sacramentum novæ Legis, in quo Vir & Mulier per Conjunctioem maritalem individuum vitæ consuetudinem legitime inveniunt.*

Verba prioris definitionis, inter legitimas Personas, intelligenda sunt de legitimitate non à jure naturæ, sed à civili vel canonico requisita; multa enim Matrimonia legitima sunt jure naturæ, quæ non sunt legitima Jure Civili, vel Canonico, ut patet in Clandestinis post Conc. Trident.

7. Conjugalem societatem non solum naturæ instinctus suadet, sed ipse etiam Deus Lege divina positiva instituit, ac humano generi præcepit.

Prior pars patet tum ex naturali hominum propensione in Matrimonium, tum ex eo, quod natura ex se tendat ad sui conservationem, perfectionem, & propagationem, quæ mediis Matrimonii acquiuntur.

Secunda vero ex Gen. cap. 2. ubi Deus, ut primi homines se mutua benevolentia, & Conjugio indissolubili complecterentur, mulierem ex una de costis Viri formavit, atque per Adamum legem de inveniundo Matrimonio toti posteritati promulgavit, dum ille dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea; hæc vocabitur Virago, quoniam de Viri sumpta est. Quamvrem relinquet homo Patrem suum & Matrem, & adhaerebit Uxori suæ.* Non tamen quispiam existimet, dum Deus humano generi Matrimonium præcepit, ad illud singulos obligari; contrariam enim Dei mentem explicavit nobis ipse Christus, dum castitate perfectam consuluit, nec conventio, & propagatio generis humani tam amplam divini præcepti interpretationem exigit, ut ipsa docet experientia. Et hinc

ipfi Juris naturæ Professores apud Protestantibus illorum cælibatum minime reprehendendum putant, qui probabiliter prævident, se se in cælibe vita, ad quam per continentiam exigendam habiles se deprehendant, plus humano generi, aut Civitati suæ utilitatis posse præstare, quam Uxoratos, qui adeo nequicquam putandi sunt per naturam obligari, ut præclaris suis conatibus per muliebris illecebras remoram injiciant, ut habet Thomafius L. c. §. 57. Et ipse Thomafii Discipulus Fleischerus in sua introductione ad Jus Canonicum Protestantium c. 7. de Sponsal. §. 1. fatetur: *Optimo Jure Principes mandare potest, ne certa persona Matrimonium inveniunt; neque Romana Ecclesia in hoc erravit, quod Ministris Ecclesiæ Matrimonia interdixerit, modo in illorum arbitrio reliquisset deferendi Statum Ecclesiasticum; dum aliqui in illis non reperitur circumstantiis, ut extra Matrimonium secundum regulas justis, decori, ac honesti vivere possit. Quod ultimum membrum quanti ponderis sit, libravimus Libro 3. Tit. 3. per totum. Hic nobis sufficit perdoctos & magna apud Protestantibus fama Viros, Ecclesiæ Romanæ œconomiam circa Cælibatum Clericorum ex ipso naturæ lumine justificare in eo, in quo ab aliis contra lumen naturæ, adeoque irrationabiliter blasphematur. Interim Ecclesiæ Romano-Catholica non est tam levis, qualem esse consulit omissus Fleischerus, ut carnis gratia (cujus stimulus reprimendis, sicut Paulo ad munus Apostolicum vocato, ita cullibet ejus Successori in divino Ministerio occupato sufficit gratia Christi) ita cum suo Ministerio iudat, ut illi obijci possit id, quod Tertullianus Seculo III. Lib. de præscriptionibus c. 41. hæreticis impropavit dicens: *Itaque alius hodie Episcopus, alius eras; hodie Diaconus, qui cras Lector; hodie Presbyter, qui cras Laicus;* habet enim de suis Ministris Tertullianæam ideam, nec Mimos*



exillat cum hæreticis secundi Sæculi, sed cum Fidelibus ejusdem Sæculi Ministros Christi characterizatos. Quamvis etiam, caractere non supposito, Fleischeri ratio nihil evincat; sicut enim, quia Republicæ interest picarum saltus non facile admittit in Exercitu; & hinc Principes universæ Europæ ab eodem non culpabuntur, si militia Militum nec sint nubere, nec gratia nuptiarum ab Exercitu dimittant; sic etiam quia Ecclesie interest eodem saltus in Clero proflus prohibere, nullas cælibatum Ministris ab ea impositum cavillabit, cui se insuper spontanea electione subjicere possunt. Id vero Ecclesie interesse loco citato abunde demonstratum est.

8. Conjugal Societatis institutor Deus Matrimonium voluit esse monogama, hoc est, unus cum una.

Unum enim Masculum dimittat creavit, eique unam Fœminam ex latere ejus productam Matrimonii vinculo conjunxit, mutuum & æternum inter se ut miseret amorem, ut habet Marius Victor lib. 1. in Genes. Et hinc est, quod Adam dixit: *Erunt duo in carne una*, non tres aut quatuor, &c. id quod Christus repetiit Matth. 19. v. 5.

9. Eadem Matrimonium Deus voluit esse indissolubile.

Hanc Patri sui voluntatem nobis Christus revelavit L. mox cit. ubi Phariseis tentatoribus ait: *Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, Masculum & Fœminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit Uxori suæ, & erunt duo in carne una? itaque jam non sunt duo, sed una caro: quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.* Ex quibus patet, Polygamiam tam muliebrem, quæ græcè *Polygynia*, quam virilem, quæ eodem idiomate *Polyandria* dicitur, quam etiam communionem uxorum cum Matrimonii ad Thalach, seu temporariis, Lege divina positiva esse prohibita; & quamvis Tho-

masio ulterio admittamus, multa Lege divina positiva in veteri Testamento fuisse prohibita, quæ Lege naturæ sunt permixta, id quod prohibita à Deo esse aperte testantur; negamus tamen id contigisse in casu, quod ex dictis N. 4. in aprico est.

10. Leges hæc de Monogamia Matrimoniorum, eorumque indissolubilitate perseverarunt usque ad diluvium, atque à Justis observabantur.

Et quod Matrimonia ante diluvium, quia post illud mandato divino fuerint indissolubilia usque ad tempora Moysis, testatur Christus Matth. 19. v. 8. ubi ait: *Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic.* Quod vero lex de Monogamia usque ad diluvium perseveraverit inalterata, idem Salvator eodem capite edixit L. supra N. 8. citato, & patet exemplis justorum, qui in libro Genesim laudantur singulares Uxores duxisse. Noe enim; ac ejus Filii cum individuis Uxoribus intrarunt Arcam.

11. Primus omnium, qui duas Uxores duxit, ac Polygyniam in genere humano malo exemplo introduxit, fuit Lamechus Cainita, non Lamech Pater Noë.

De illo scribit Tertul. de exhort. cast. c. 5. *Duabus Moritatus tres in unam carnem effecit.* Et Hieronymus ep. 85. ad Salvinum, *Unam costum duxit in duas.* Denique Nicolaus I. ad consulta Bulgaror. c. 51. *Adulterii flagitium in duabus uxoribus perpetravit.* Exemplum ejus pro no aliove secuti sunt illius temporis homines, nuper adhuc morigeri, libidine tamen in Polygyniam abrepti, de quibus ait sacer textus Gen. 6. v. 2. *Videntes Filii Dei Filias hominum, quod essent pulchre, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant.* Quam vero hæc attentatio fuerit Deo execrabilis, veru sequenti edicitur, ubi legitur: *Dixitque Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.* Qui etiam

etiam diluvio non subduxit nisi quatuor Toros Monogamos.

12. Deum post diluvium in præcepto de Monogamia dispensasse, apud Catholicos certum dogma est.

Dispensatio hæc quidem non fuit literis exarata, sed quemadmodum lex ipsa Matrimonii ante Moysen, in tabulis cordis scripta, stylo nimirum monitus, instinctus, ac inspirationis interioris: quæ inspiratio an Noacho primum, an Abrahamo fuerit facta, & consequenter ipsa dispensatio ad totum genus humanum; an vero ad solam Gentem electam extensa? definire difficile est. Quin Durandus, Abulensis, quibus accedit Maldonatus, pluralitatem Uxorum Legi naturæ haud esse adversam, contra communem ac veram Doctorum sententiam censent. Quod nos hic non moramur. Id certum est, sicut Idololatriam, ita & Polygamiam apud Noe Posteros, vias Domini rectas cito deserentes, æque ac apud Hebræos cultam fuisse, sed ex longe aliis motivis, quam à Sanctis illis Patriarchis, libidinis nimirum explendæ, non propagandi generis humani gratia. Quem finem habuisse SS. illos Viros, atque ejus consequendi gratia etiam iustitiam internam divinam in Lege naturæ, Legeque Mosaicæ, de Matrimoniorum Monogamia dispensantem, & consequenter insolentem Lamechi Polygamiam illorum exemplis à crimine vindicari non posse, neque illorum Polygamiam Lamechi exemplo damnari, quemadmodum id attentatè abusus est Joannes Henricus Heideggerus exercitatione 7. de Polyg. Lamechi, post Calvinum, Junium, Tarnovium, Bezam, ac Tremellium, qui Sacerdotum commentum, Jacobum duccendo duas Uxores peccasse, ut legitur in Tabulæ Mischet ca. 10. recoxerunt; primo probat Lamechi Cainita impietas, eorum vero sanctitas in sacris Literis tam absolute commendata, quæ dum Davidis virtutes celebrant, adulterium

ejus aliove navos aperte damnant, adulteria Abrahami, Jacobi, ipsiusque Davidis cum pluribus uxoribus damnaturæ, fuit Polygamie factum ea esse agnovissent. Accedit consensus Patrum contra Lamechum, pro Patriarchis militans, ipsaque ratio, quod esto Polygynia, seu pluralitas Uxorum, non sit Jure naturæ permixta, id quod solum supra N. 2. contra Thomasmum evincere intendimus; non tamen sit de his objectis, quæ jure naturæ ita sunt prohibita, ut nullatenus dispensari in illis possit: qualia sunt v. g. præcepta de non injuriando Creatore, &c. adeoque occurrente ratione, Monogamie rationibus prævalente, aut aliis honestis, qualis in Populo electo, seu Ecclesia Dei ante Christum, per carnalem generationem propaganda, fuit necessitas, in ea dispensari poterit. Unde probata manet propositio. Cavillationes Heideggeri non sunt ex, quæ allata momenta apud hominem Christianum alterent, viderique possunt apud Nat. Alex. in Hist. Eccl. Vet. Test. Tom. 1. dissert. 4.

13. Quamvis vero inter plures Gentes Polygamia vigeret, multarum tamen legibus leveere fuit prohibita.

Narrat Gellius lib. 15. *Notitium Atticarum* c. 10. decreto ab Atheniensibus facto, jus fuisse habere duas uxores, cum tamen Cecrops iisdem prius contrarium legem tulisset. Et hinc Socrati, qui Xantippen & Mirto duxit, Polygamia crimini data fuit. Sed præclare eam in rem sunt Leges Romanæ: sic enim Dioclet. & Max. in L. 2. Cod. de incestis *Nuptiis* habent: *Neminem, qui sub ditione est Romani Nominis, binas habere Uxores posse, vulgo patet: cum etiam in eisdem Prætoris hujusmodi Viri infamia notati sint, quam rem competens Judex incultam esse non patietur.* Assentient his Valerianus quoque & Gallienus in L. 18. c. ad L. Jul. de adult. 15, qui duas simul habuit Uxores, sine dubitatione notatur infamia. In eo namque non Juris effectus, quo



quo Civis nostri Matrimonia contrahere plura prohibentur, sed animi destinatio cogitur. Infamia ergo per Leges Romanas notabantur Bigami simultanei. Sed & Judæis Polygyniam interdixerunt Imperatores Christiani L. 2. C. De Judæis. Nemo Judæorum, inquit Theod. Arcad. & Honorius, morem suum in Conjunctionibus retineat, nec juxta legem suam Nuptias fortietur, nec in diversa sub uno tempore Conjugia conveniat.

14. Junior est permissio Libelli Repudii, nec nisi ob durtiam cordis Judæorum concessa.

Illam liquidem à Deo per Moysen primo facta fuit Deut. 24. v. 1. 2. 3. 4. ubi habetur: Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fedtatem, scribet libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii, & dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus accipere eam in uxorem: quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino.

15. Gravis nihilominus est controversia inter Authores Orthodoxos, Primum, utrum supposita permissione libelli repudii Judæis licitum fuerit Uxorem dimittere? Secundo, an Libellum Repudii tantum solverit Matrimonium quoad Torum, an insuper quoad Vinculum, & consequenter an repudiata posset ad secunda vota licite convolare, vel non? Tertio, de causis Repudii?

Primum quæstionem problematice tractat S. Th. in suppl. q. 67. Art. 3. aitque suo tempore communiorem sententiam fuisse, non licuisse Judæis dimittere uxorem: nihilominus responsione ad 4. principale ipsius fundamentum ex Matth. 19. ubi Christus ait: Quoniam Moyses ad durtiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras, solvit dicens: Quod

quamvis durtia cordis non excusaret à peccato, tamen permissio ex durtie facta excusat, quæ sententia nunc invaluit.

Secundam quæstionem pariter problematice tractat idem S. Doctor L. cit. A. 4. Et negativa sententia princeps fundamentum, desumptum ex textu N. preced. allato, ubi talis Uxor dicitur polluta & abominabilis, de pollutione legali, qualis erat v. g. contactus mortui, non de morali intelligi vult: quam sententiam communiter nunc amplectuntur Interpretes.

Ob solam fornicationem dimitti potuisse uxorem Hebræam censet Lucas Burgensis Comment. in Matt. 19. post Tertul. lib. 4. contra Marcionem c. 34. Alii post Origenem & S. Joannem Chrysof. ob alias etiam animi, corporisque feditates licitum fuisse Repudium verius asserunt; in casu enim adulterii vix locum habuisse Repudium videtur; adultera enim criminis convicta lapidabatur, suspecta aquis zelotypiæ probebatur. Id certum est, quod ad hoc, ut Maritus Libellum Repudii dare posset Uxori, non suffecerit causam odii ejusdem reperisse in se ipso, quia verbi gratia ejus oculis illa non placeret, vel alia præplaceret; sed illa causa debuerit se tenere ex parte Uxoris, eaque gravis esse, nimirum lepra, sterilitas, veneficium, ebriositas, rixandi consuetudo, aliique id genus pravi mores cum indocilitate, & pertinacia conjuncti: & hinc Deus non dedit facultatem Judæis via fusti Uxores à se repellere sine omni solemnitate, sed Libellum Repudii scribi jussit, quod fiebat per Scribas Judæorum in Lege doctos, qui in eo expediendo non erant adeo faciles, sed prius omnem lapidem movebant, ut amaricatos Conjugum animos reconciliarent, ut habet S. Augustinus lib. 19. contra Faustum c. 26. Consentit S. Thomas loco citato A. 6. & 7. Vir autem Uxorem repudiare poterat, non etiam, ut apud Romanos,

manos, Uxor Virum; quod prima contra legem, aut firmatam saltem Judæorum consuetudinem fecerat Salome, ut narrat Josephus. De divortio apud Hebræos causis, Libelli Repudii formula, effectus & adjunctis, plura dabit Seldenus in Uxore Hebræica lib. 3. à cap. 9. ad 25.

## §. II.

De Matrimonio per Christum reformato, atque æconomia Ecclesiæ circa Polygyniam, & Divortia.

16. Christus Polygyniam in veteri Lege concessam abtulit, atque Matrimonium ad monogamiam primæm reduxit, illudque insuper ad Sacramenti dignitatem in sua Ecclesia evexit.

Monogamiam posthac debere esse Matrimonium declaravit sæpius jam laudato c. 19. apud Mathæum v. 4. 5. 6. ubi ait: Qui fecit hominem ab initio, Masculum & Feminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo Patrem & Matrem, & adhærebit Uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Et de hac veritate non tantum persuasi sunt omnes Catholici, ac Græci Schismatici, verum etiam ipsi Protestantæ fere omnes, percussa patula autoritate Evangelii à nobis adducta. Solus Lutherus in famosa dispensatione facta Philippo Landgravio Hassiæ ad superinducendam secundam uxorem Margaritam de Saal, contractum ausus est alligere in famosa consultatione hac super re cum Melanchtone, Bucerò, Corvino, Lenningo, Vintferte, Melanthro habita, in qua edicitur: Nam quod circa Matrimonium in Lege Moysi fuit permissum, Evangelium non revocat, auferat. Lutherum secuti sunt Hetzerus Anabaptista, David Georgius, & Bernardinus Oehnius, quem ex professo refutat Hallensis Junius Calvinista lib. 1. variarum resolutionum tract. 3. q. 2. La-

ter alia argumenta adducit etiam illud ex Matth. 19. v. 9. Quicumque dimiserit Uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, machatur: ubi recte subdit: Jam itaque si is machatur, qui dimissa Uxore sua aliam duxerit, quanto magis machabitur ille, qui pluribus se Uxoribus conjungit. Hunc Lutheri errorem confixit Trid. Sess. 24. de Matr. c. 5. qui ita sonat: Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere Uxores, & hoc nulla lege esse prohibitum, anathema sit.

Secunda pars infra speciali dissertatione addituetur.

17. Polygynia seu simultanea pluralitas Uxorum à Christo sublata, non fuit tolerata initio Ecclesiæ in Polygamis recenter ad fidem conversis.

Protestantes sententiam Apostoli 1. ad Timoth. c. 3. qua vult Episcopum unius uxoris esse virum, de simultanea Polygynia male intelligentes, volant Neconversos Polygamos ex Judaismo & Gentilismo, ob maximam difficultatem repudiandi Uxores, toleratos fuisse primis Ecclesiæ Sæculis, ad normam fortasse cæterorum legalium, que esto abrogata à Christo, aliquo tamen tempore innoxie tolerabantur, ut Synagoga honeste sepeliretur; & solum ab Apostolo cautum fuisse, ne tales ad Ecclesiasticas dignitates promoverentur; ita quidem, ut Junius supra adductus L. cit. sicuter asserat: Polygyniam olim non modo apud Ethnicos, sed apud Christianos etiam fuisse usitatissimam, nemo est, qui non ex sacris simul, & profanis Scripturis dicere. At toto Cælo homines isti mihi videntur aberrare. Nam si per sacros Scriptores intelligunt Apostolum, illius textus est intelligendus de Polygamia successiva, & inferius demonstrabitur; Sanctum vero Patrem vel profanum Authorem nullum adducit Junius, & Hefischerus, quod ad manum habeo, nec nostri Authores classici, quos inspexi, de hac



re ullam mentionem faciunt: at bene multa primorum Saeculorum Patrum testimonia adducunt, quae repudiantem & repudiatam ob adulterium, si vivente Conforte ad alia vota convolent, de adulterio arguunt propter intervenientem in eo casu Polygamiam. De quo latius infra, ubi agemus de Divortio. Accedit, quod Junius & alii Protestantibus contra Lutherum, Ochinum, &c. propugnant, Polygamiam Matth. 19. à Christo expressis verbis fuisse prohibitam, quo Jure ergo volunt eam ab Apostolis primis Ecclesiae Saeculis in Neo-conversis fuisse toleratam? Nec tolerantio legalium à Christo sublatorum huc quidquam facit, eorum enim observantiam suaviter abrogare voluit Christus institutione novarum Sanctionum, ac Sacramentorum, non lata lege positiva eorum observatores ex tunc peccati condemnante, quemadmodum condemnavit Uxorem dimittentes, & aliam ducentes, & à fortiori Bigamos simultaneos. Superande ergo erant à Neo-conversis potius difficultates, in dimittendis superfluis Uxoribus subeunde, quam à Patribus adulteria Christi ore declarata connivenda. De Valentiniano Saeculi IV. Imperatore equidem lib. 4. *Hist. Eccl.* c. 31. scribit Socrates, eum sanxisse, ut *cullibet duas Uxores habere fas esset*. Verum cum ipse Severus superinduxisset Justinianum, legem hanc tulit ad avertendam à seipso conjugii dedecus, si tulit tamen, inquit Bertrius post alios; nam hujus legis nulla usquam fit mentio, ne quidem apud Anianum Marcellinum hominem Paganum, qui res à Valentiniano gestas accurate descripsit. Videantur annotationes Valesii in Socrate pag. 68. Addit Tournellius: Ipsum silentium Episcoporum, Damasi praesertim Summi Pontificis, rem illam totam commentitiam esse invicte demonstrat. Difficultatem etiam movere potest c. 18. cause 31. q. 7. quem Gratianus attribuit Gregorio III. revera autem at-

tribuendum esse Gregorio II. Ep. 4. ad Bonif. evincit Sirmoindus ex Nota Consulari in eadem ep. consignata, quae insinuat Annum 726. cum Gregorius III. ante An. 731. Pontifex non fuerit; in eo liquidem Pontifex Uxorem permittit, cuidam propter aegritudinem prioris, quam antea duxerat. Respondent equidem aliqui apud Tournellium, & cum ipso, supposititium videri hocce S. Pontificis responsum, quia epistola, unde desumitur, dubiae fidei est. At non dubitant Conciliorum Editores de illa, cum nihil contra ipsam in notis suis moveant, ut apparet in ultima Conciliorum editione Veneta, curante Coletto Tom. 8. col. 179. & ipsi Correctores Romani ad hunc Can. notant, Epistolam, unde desumptus est, manuscriptam in Bibliotheca Monasterii Dominicanorum Romae assevari: unde alii dicunt, in casu Bonifaciano prius Matrimonium fuisse nullum ob perpetuam impotentiam, qua laborabat illa mulier. Sed expendenti praesertim Canonem videbitur ille de nuda infirmitate mulieris loqui, quae nunc non sufficit ad dirimendum Matrimonium, non de illa dispositione corporis mulieris, quae illud dirimit. Respondent ergo alii cum Glossa, Pontificem non concedere aliud conjugium, tanquam iustum & legitimum, sed tanquam minus malum, respectu scilicet fornicationis cum pluribus, quae viro illi, habita ratione ipsius intemperantiae, metuenda erat.

18. Idem Salvator repudiationem Uxorum quoad vinculum Matrimonii, ob duritiam cordis Judaeorum in veteri Legge pariter concessam, abtulit, atque Matrimonium primæve indissolubilitati restituit.

Propositio patet ex eodem loco c. 19. v. 4. 5. 6. S. Matthæi N. 16. allato, ubi facer Textus subjungit: *Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.*

19. In Legge tamen Evangelica duplicem rationem consignatam habemus, ob

ob quam inter Conjuges possit fieri divortium, unamque ex traditione.

Unam insinuat S. Paulus 1. ad Corinth. 7. v. 15. esseque in casu, quo Consortis Infidelis ad fidem convertitur, altero in infidelitate remanente, ac Creatorem injuriante; alteram Christus apud Matth. c. 19. v. 9. exprimiturque in casu adulteri ab altero Conforte commissi. Tertia est in casu Professionis, emissa à Conforte ante Matrimonii consummationem, id quod ut Fidei dogma ex traditione tenet Cathol. Ecclesia.

20. Si alter Conjugum Infidelium ad fidem convertatur, altero in Infidelitate remanente, si Infidelis à Fideli sponte discedat, aut sine injuria Creatoris eidem cohabitare nolit, certum est dissolvi posse Matrimonium non tantum quoad torum, sed etiam quoad vinculum.

Hoc enim Paulus aperte testatur 1. ad Corinth. 7. v. 15. *Quod si Infidelis discedit, discedat, non enim servituti subiectus est frater, aut soror in hujusmodi*. Sed dubitant Doctores Catholici, an cum alter Infidelis convertitur, teneatur habitare cum Fideli, qui renuit quidem converti, sed consentit habitare pacifice, & sine contumelia Creatoris? Occasionem dubitandi istdem suppeditavit v. 12. laudata Ep. S. Pauli ad Cor. ubi ait: *Si qui Frater Uxorem habet Infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam*. Hunc enim locum Apostoli tunc temporis fuisse præceptivum putant Patroni affirmativæ sententiæ; è contra nudum eo contineri Consilium existimant negantes; quia expresse ait Apostolus, *ego dico, non Dominus*: ex quo concludunt, liberum plane fuisse Viri Fideli recedere ab Uxore Infideli, vel non recedere. Alii loco citato non quidem Divinum, sed Apostolicum præceptum de non dissolvendo Matrimonio in casu agnoscunt. Quidquid autem sit, certum est, tempore S. Augustini licitum Tom. II.

adhuc fuisse Conjugi Fideli habitare cum Infideli, imo adhuc tempore Innocent. III. uti colligitur ex c. *Gaudemus* de Divortio. Quamvis nonnullis in Regionibus Saeculo VII. jam cautum fuerit, ne ex Judæis conversi ad nos remanerent cum Infideli Uxore, ob probabile & quasi certum subversionis periculum, quemadmodum sanctum fuit in Conc. Tolet. IV. circa An. 650. celebrato Can. 62. quæ tamen sanctio Judæos præcipue tangit, quod magis fuit in errore pertinaces, & ad subversionem magis proclives. Atque hinc nata inter Theologos controversia, an scilicet *Ecclesiastica Lex* jam teneatur Infidelis conversus recedere ab Uxore in Infidelitate permanente, licet consentiat habitare pacifice, & sine injuria Creatoris? Fatentur fere omnes, nullam extare scriptam Legem, quæ prohibeat hanc cohabitationem, usi tamen & consuetudine jam esse illicitam, nisi forte iis in casibus, in quibus spes affulgere potest futuræ conversionis, de quibus judicare prudens est Sacerdotis.

21. Circa Divortium à Christo Matth. 19. v. 9. ac alibi permissum ingens est controversia non tantum inter Ecclesiam Latinam & Græcam, verum etiam inter Priorem, & modernos Protestantem.

Græci enim volunt eo loco non tantum concedi Divortium quoad torum, sed etiam quoad vinculum ipsum Matrimonii; & non solum ob solam fornicationem, verum etiam ob alias graviores causas, quas prætendunt Christum nomine adulteriis comprehendere voluisse. Eorum sentimenta non tantum amplectuntur moderni Protestantem, sed insuper ampliant. E contra Ecclesia Latina constanter sustinet, eo casu concedi solum Divortium quoad torum, non autem quoad vinculum. Nec aliam causam dissolutionis Matrimonii quoad vinculum agnoscit, nisi Paulinam in Matrimonio consummato, & Professionem Religiosam in Matrimonio rato; salva nihilominus



mus potestate Romani Pontificis; non enim est de fide eum non posse dispensare in Matrimonio consummato, cum quidam DD. Catholici innoxie contrarium sentiant.

22. Si Evangelici textus ad literam expandantur, sola Ecclesiæ Latinæ sententia vera est: Christum in illis non concessisse Divortium inter Coniuges Christianos quoad vinculum in casu adulterii, & multo minus in aliis casibus à Græcis, & Protestantibus allatis.

Propositionem adstruo adferendo novi Testamenti auctoritates. Imprimis enim Marci 10. v. 11. dicitur: *Quicumque dimiserit Uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si Uxor dimiserit Virum suum, & alii nupserit, mœchatur.* Item Lucæ 11. v. 18. *Omnis, qui dimittit Uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur, & qui dimissam à Viro ducit, mœchatur.* Cum ergo duo hi Evangelicæ exceptionis, quæ habentur in Mattheo, mentionem non faciant, sed universaliter loquantur, quod ille, qui dimissam Uxorem duxerit, mœchetur, necesse est S. Mattheum per illos duos exponere, atque exceptionem fornicationis intelligere, non de libertate ducendi aliam Uxorem, sed tantum dimittendi adulteram, quam non ex quacunque levi causa, ut solebant Judæi, sed ex gravi damtaxat, qualis est v.g. fornicatio, dimitti debere Christus permittit. Sic intelligenda esse verba Christi apud S. Mattheum præterea aperte colligitur ex Apostolo 1. ad Corinth. v. 10. ubi ait: *Illis, qui Matrimonio juncti sunt, præceptio non ego, sed Dominus, Uxorem à Viro non discedere: quod si discesserit, manere inuuptam, aut Viro suo reconciliari.* Et v. 39. *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit. Et ad Rom. 7. v. 3. Igitur vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro; si autem mortuus fuerit vir ejus, libertata est à lege viri, ut non sit adultera,*

*si fuerit cum alio viro.* Quæ verba simpliciter, & absolute pronuntiant, *Sola morte solvi vinculum Conjugii consummati, nec debere Uxorem à Viro recedere, quamdiu ille vivit.* Litera ergo novi Testamenti sententiæ Ecclesiæ Latinæ manifeste favet. Quod intendit 1. pars propositionis.

Alteri pars inferius commodius enucleabitur. Et certe, ut observat hic apostolus Bellarminus c. 16. libri de Mat. Christi sententia c. 5. S. Matth. *Qui dimissam duxerit, adulterat*, universaliter accipienda est, vel cum exceptione? Si universaliter: ergo qui dimissam etiam ob fornicationem duxerit, mœchatur: ergo non fuerat dimissa quoad vinculum, sed tantum quoad torum: non enim mœcharetur, qui illam duceret, nisi adhuc esset priori viro alligata. Si vero cum exceptione: ergo qui fornicatam à viro dimissam duxerit, non mœchatur: ergo melior est conditio fornicariæ, quam innocentiæ, & castæ; siquidem fornicaria iuste dimissa libera est, & alteri nubere potest; secus innocens; atqui absurdum istud esset, ut Lex Christi æquissima dimissam iuste meliori loco esse velit, quam dimissam injuste. Concordat Eftius in 4. dist. 35. §. 10. apud Tournellum.

23. Utriusque Ecclesiæ textus Evangelici pugnans expositio non est orta ex Apostolica Traditione, sed sola expositio Ecclesiæ Latinæ.

Priori propositionis parti adversantur quidam ex Recentioribus, qui existimant diversam esse utriusque Ecclesiæ circa rem præsentem traditionem, atque aliter Græcos, aliter Latinos verba Christi apud S. Matth. L. cit. interpretatos fuisse; Græcos nimirum de dimissione quoad vinculum, Latinos vero de sola dimissione quoad torum & cohabitationem. Sed eorum opinionem merito refellit Tournellus hic inquit: *Pugnat ergo secum Apostolica Traditio, & aliud ad Latinos, aliud ad Græcos dogma transmisit, quod certe*

*certe fingere perabsurdum est; una quippe ac simplex est veritas.* Accedit, quod pro sententia Ecclesiæ Latinæ veterum non tantum Latinorum, sed etiam Græcorum flet auctoritas, ut mox patebit: atque ex hoc probatum manet secundum propositionis membrum.

24. Græci jam diu versantur in illa sententia & praxi, ut dissolvant vinculum conjugale propter adulterium.

Jam enim An. 1439. tempore nimirum Florentinæ Synodi in ea sententia illos fuisse colligimus ex Sess. 25. dictæ Synodi, ubi post editam Fidei definitionem inter quæstiones XI. quas Latini Græcis proposuerunt, hæc decima legitur: *Quare Conjugia dirimitis, dicente Domino, quod Deus conjunxit, homo non separet?* quas quæstiones Mitylinenses Antistes canonice, legitimeque dissolvit, præterquam istam, ac alteram: *Cur Patriarcham non velint in Concilio eligere?* mortuus enim erat Florentinæ Patriarcha Constantinopolitanus durante Concilio.

25. Nec junior videtur esse apud illos dissolutio Matrimonii quoad vinculum ex aliis etiam causis.

Græcos enim modernos etiam ex aliis causis Matrimonii vinculum dissolvere, colligimus ex Goario in notis ad ordinem servari solitum in Sponsalibus, in eorum Euchologio à se edito: sic enim habet N. 10. *Condemnant Græcos verba hæc, Repudium & Conjugii dissidium levi ex causa permittentes, & dimissos Coniuges alijs nuptijs facilius tradentes.* Verba autem, quæ Goarius ibi commentatur, exstant in Oratione à Græcis super Sponfos dici solita, nimirum: *Deus eterne, qui divisa à se invicem in unitatem cogis, & insolubilem eis compositionis nexum imponis.* Ita nimirum in errores labi primum est, dum Regula Fidei deseritur. Ex infra vero N. 27. in fine dicendis conflabit, ex Jure Justiniano ad Græcos hanc licentiam migrasse.

26. Incertum omnino est; quo primum tempore apud Græcos pervalerit, & invaluerit praxis dissolvendi Matrimonium propter adulterium.

Quamvis enim Græci recentiores eam in sua Ecclesiæ contendant ab initio, perpetuamque existisse; Arcudius nihilominus de Mat. c. 13. & 14. adductis in medium veterum SS. Patrum Ecclesiæ Græcæ testimonia, contendit Recentiores à Doctrina Majorum suorum recessisse, & capitibus 21. 22. &c. solvit, quæ ex S. Basilio, Gregorio Naz. Chrysost. & Epiph. solent objici. Sed si Patrum Græcorum monumenta evolamus, Ecclesiæque particularium mores, primis statim sæculis obtinentes, inspiciamus, lapsus duos doctissimorum Virorum nobis cavendos censuimus; alterum nimirum Launoji, qui omnes veteres Græcos dissolutioni Matrimonii adulterii causa fuisse contendit; alterum Arcudii, qui ne unum quidem, qui sit alicujus nominis, sine aliqua benigna interpretatione dimitti permittit. Ex hinc

27. Si cordate & sine præjudicii loqui velimus, tria fateri velut certissima debemus; nimirum ex geauina sacri textus interpretatione, facta ex aliis contextibus, & Apostoli sententiis relatis supra N. 22. Patrūque præponderante auctoritate, prædominanteque in Ecclesiæ Dei communis sensu ac consuetudine certum esse, istam intelligendum tantum esse de facultate dissolvendi Matrimonii quoad torum, non item quoad vinculum. Secundo: Non solum ex Græcis, verum etiam ex Latinis existisse Patres, quos dubios ac accipites circa hæc quæstionem reddidit obscura hæc apud S. Matth. c. 19. sententia; imo quosdam in contrariam sententiam adduxisse. Tertio: Praxim contrariam apud non unam veterum Communitarum viguisse, legibusque civilibus tum stabilitam, tum moderatam fuisse.

Et quoad primam partem attinet, Evangelica



gelica testimonia jam attulimus N. 22. Patrum, Conciliorumque autoritates adferunt Theologi; sed præcipue eximius Tournelius contra temerarium Launoium convincentia Patrum non solum Latino-rum, sed etiam Græcorum attulit testi-monia, quibus Latine Ecclesie traditio de non solvendo Matrimonio Christiano-rum ob fornicationem Consortis incon-cusso adstruitur, eisdemque omne effu-gium præcludit. Ea breviter hic deliba-bimus, sicut instituti nostri ratio exigit. Primo affert auctoritatem libri Pastoris, Authore Hermæ, qui fuit S. Pauli Apo-stoli Discipulus, uti testantur Eusebius, & Hieronymus apud Nat. Alex. non Pii I. frater. Hic mandato IV. cui titulus est, de dimittenda Adultera, sic Dominum interrogat: Si permanserit in vitio mulier? & dixit: Dimittat illam vir, & vir per se maneat. Quod si dimiserit mulierem suam, & aliam duxerit, & ipse mæchatur. Hic quæro ex Launojo, quid velint verba illa libri Pastoris: Si permanserit in vitio mulier? determinata per posteriorem copulativam particulam, & ipse mæchatur. Respondere debet, Hermam per vitium intelligere adulterium? infero ergo; igitur Pauli Discipulo, vel Sæculi I. Authore iudice, si vir pro-pter tale vitium dimittat Uxorem, & aliam ducat, mæchatur. Si Græci & Pro-tesiantes aliud quoddam vitium intelli-gant, idem ex auctoritate libri Pastoris contra illos inferunt. Nec ingerant librum istum Sæculo IV. & prioribus fuisse iudicatum apocryphum, & hæresi Nova-tianorum infectum; à Canone enim Scri-pturæ solum exclusum, Ecclesie vero uti-llissimum, hæresum immunem, ac Her-mæ factum, cum aliis Criticis invictis argumentis probat Nat. Alexander Hill. Sæc. 1. c. 12. A. 9. Nobis ergo sufficit ejus Authorem esse Hermam Pauli Discipulum, atque à multis Ecclesiis par-ticularibus primi & secundi Sæculi pro canonico habitum. Sed iterum reverta-

mur ad Tournelium. Hic ergo secundo loco adducit Justinum Sæculi II. Autho-rem, qui Apologia 1. pro Christianis edit. Col. de An. 1688, pag. 62. inter doctrinæ capita, quæ Christus circa castitatem dedi-dit, illud recenset: Qui repudiatam à viro altero duxerit, adulterium commit-tit. Nullam, inquit Tournelius, excipit causam S. Martyr, ne quidem adulterium alterius Conjugis. Alium locum ex eadem Justinii Apologia 1. ibi adducit, Launoique suppositum falsum vellicat. Sequitur Athenagoras alter Religionis nostræ Sæculo II. Apologista, hæc de moribus & illitibus Christianorum ad Imperatores disserens: Ut natus est, unus-quisque nostrum manet, vel nuptiis copulatur unicuique; secunda enim decorum quoddam adulterium sunt. Qui enim Uxo-rem suam dimiserit, & duxerit aliam, adulteratur, inquit Dominus noster: ne-que illam dimittere concedens, cujus delibata est pudicitia, neque alteram du-cere. Non excipit Athenagoras causam fornicationis, sed absolute & indefinite loquitur, inquit Tournelius. Et certe quomodo permisisset ille Viro, dimissa Uxore, quamquam adultera, ducere aliam, qui etiam ea mortua vix secun-das approbat nuptias, eo quod commu-niter libidinem arguant in nubentibus? Hæc profecto male secum coherent. Unde ad rem suam caute & prædenter Lau-nojus in serie suæ præsentis traditionis omisit Athenagoram. Loquuntur autem Justinus & Athenagoras his locis ut Apo-logista, & consequenter sensum Eccle-siæ primitivæ Imperatoribus Ethnicis ex-ponunt: quod argumento est, primos Christianos in communi persuasos fuisse, textum Matthæi 19. intelligendum solum esse de dimissione adulteræ quoad totum, & successisse primum particulares Eccle-sias, Episcopos, ac Imperatores ex ejus ambiguitate in contrarium opinionem lapsos fuisse: id quod patebit ex his, quas consequenter referemus, auctoritatibus.

Catholicæ veritati præterea aperte favet S. Clemens Alexandrinus, qui Sæculi III. initio floruit: hic enim in fine L. 2. Stro-matum sic loquitur: Quod autem con-sultit Scriptura Uxorem ducere, nec à conjugio unquam permittit discedere, legem aperte constituit, non dimittit Uxo-rem, præterquam propter fornicationem. Adulterium autem existimat Coniungi Matrimonio, vivo altero ex separatiss. At hæc postrema pars, ait Launojus apud Tournelium, debet intelligi cum excep-tione memorata, nempe, nisi ob forni-cationem; alias, inquit, posterior pars periodi primæ cum priore non bene con-veniret; poneretur exceptio & statim au-ferretur. Verum, ut bene advertit Tour-nelius, si quæ sequuntur, legisset Lau-nojus, intellexisset facile absolutam esse posteriorem partem periodi, atque in mente S. Clementis in muliere à viro di-missa propter adulterium superesse vincu-lum firmum conjugale, sola dumtaxat facta separatione tori & cohabitationis. Audiatur S. Doctor: Qui autem dimissam accipit Uxorem, mæchatur eam: hoc est, cogit eam mæchari. Non solum autem qui dimisit, est ejus causa, sed etiam qui eam suscepit, præbens mulieri pec-candi occasionem: si enim non suscipiat eam, revertetur ad virum. Querit Tour-nelius, quo jure redire illa posset ad vi-rum suum, si omnino solum suppona-tur per adulterium prius conjugium? igitur S. Clemens non existimat dissolvi tale conjugium, sed potius firmum stare. Sed jam ad Patres Græcos & Latinos Sæculi IV. & V. gressum faciamus. Ex quibus S. Chrysostomus sua jam ætate, hoc est, Sæculo IV. existitisse legem testatur hom. in illud Apolt. 1. ad Cor. 7. mulier alligata est legi, quæ certis de causis licet repudiare Uxorem, & aliamque du-cere; verum repugnasse Ecclesiasticam Legem aperte profitetur; ostendens quip-pe sola morte dissolvi posse conjugium sic loquitur: Sane scimus, quod multis no-

vum, & inexpectatum videbitur, quod dicimus: — & postea: Ne mihi Leges ab exteris conditas legas, præcipientes dari libellum Repudii, & divelli. Ne-que enim juxta illas judicaturus est te Deus in illa die, sed secundum eas, quas ipse statuit. Itaque ætate Chrysostomi Græca Ecclesia non approbat Legem Repudii ab Imperatoribus latam, ex tradi-tione nimirum primitivæ Ecclesie, de qua supra testati sunt Justinus, Athenagoras, & Clemens. Eodem Sæculo ad-versus eandem Legem invehitur S. Gre-gorius Nazianzenus in secundo carmine, ubi recensens laudes virginittatis, & in-commoda connubii, agnoscit illius in-solubiliter, dum illud vocat malum, quod aliquis sibi parat sine ulla spe Re-pudii, Fæminam vocans pestem, quam nulla licet ratione fugare. In Ecclesia vero Latina Ambrosius, Hieronymus, & Augustinus aperte Catholicæ adspulsa-ntur sententiæ. Ambrosius quidem c. 16. in Lucam: Dimittis ergo Uxorem quasi jure, sine crimine; & putas id tibi li-cere, quia lex humana non prohibet? quæ hominibus obsequeris, Deum verere. Audi Legem Domini, cui obsequuntur etiam, qui leges ferunt: Quæ Deus conjunxit, homo non separet. S. vero Hieronymus Ep. ad Oceanum 84. alias 30. non alia ratione excusat Fabiolam, quæ, dimisso Marito, alteri nupsit, quam quod ig-noraret vigorem Evangelii, cujus tamen juri peccati duram illa, & publicam sus-tinuit Penitentiam. S. denique Augustinus in duobus libris ad Potentium de adulterini conjugis ex professo Catho-licam sententiam demonstrat, cui proin-de nec repugnare videtur temerarius Lau-nojus, qui aliunde S. Doctorem vellicat, quem aut contradictionis, aut non ita accuratè ratiocinii reum tacite cuperet hæc in parte traducere. Unicum locum ex lib. 1. c. 9. rel. 32. q. 7. adferam: Que-madmodum, inquit, non recte dici potest: Si ergo nescit homo, non pec-  
cat?



ca; — ita non recte dici potest: Ergo si causa fornicationis dimiserit Uxorem; & aliam duxerit, non machatur; est enim machatio enim eorum, qui alias ducunt, relicti prioribus propter fornicationem. Accedit autoritas Concilii Milevitani An. 416. celebrati, ex cuius Can. 17. conspicimus, quid Africana Ecclesia hoc in puncto senserit; sic autem sonat: *Placuit, ut secundum Evangelicam & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab Uxore, neque dimissa à Marito alteri conjugatur; sed ita maneat, aut sibi reconcilietur. Quod si contempserint, ad Penitentiam redigantur. In qua causa Legem Imperialem petendam promulgari.* Miratur hic Launojus, cur Patres Milevitani Imperialem Legem postulerent, Cum, inquit, nondum erat annus contesimus, quod Imperator Constantinus legem de hac materia tulerat. Hoc equidem verum est, at Legem hanc Civilem Divinæ contrariam vocari, & aliam promulgari postulant Episcopi, atque temporalem, ut assolent, Principum opem implorant ad certiore & firmiore Decretorum Ecclesiæ executionem: in quo nihil novi occurrit, quod nos in admirationem trahere debeat. En ergo traditionem eandem in Africa, quæ fuit in Asia circa sensum Evangelici textus. Quanta vero Ecclesiæ Africanæ cum Romana in dogmatibus ac disciplina fuerit consensus, sæpius à nobis in decursu huius operis indicatum est. Unde non mirum, quod Innocent. I. initio Sæculi V. ep. ad Exuperium Episcopum Tolosanum c. 6. scribat: *De his etiam requisivisti dilectio tua, qui interveniente Repudio alii se Matrimonio copularunt; quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. — Secundum illud, quod legitimus in Evangelio: Qui dimiserit Uxorem suam & duxerit aliam, machatur.* Et Concilium Eliberitanum celebratum in Hispania An. 305. adeoque ante Concilium Nicænum cap. 9. *Fidelis Famina*, inquit,

quæ adulterum Maritum reliquerit Fidelem, & alterum duxerit, prohibetur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de Sæculo exierit; nisi necessitas infirmitatis dare compulerit. Hinc Canon 48. Apostolorum indistincte ait: *Si quis Laicus, sua ejecta Uxore, vel aliam acceperit, vel ab alio solutam, segregetur.* Quos Canones esto lib. 1. tit. 2. c. 2. §. 1. supposititios probaverimus; nihilominus ibi indicavimus, eos à Græcis à Sæculo V. ut genuinos habitos fuisse, atque normam præcipuam eorum disciplinæ effecisse. Cum vero hic Canon indistincte prohibeat Viro, qui suam Uxorem dimittit, aliam ducere, aperte Græcorum distinctioni, qui contendunt ibi agi de Divortio sine causa factò, adversatur; non enim cogitant, ubi lex non distinguit, ibi nihil distingui debere. Atque hinc aperte produnt, se à disciplina Patrum suorum, ad hujus tenorem Canonis exacta, sensim sine sensu prolapsos fuisse: quod quomodo factum fuerit, infra enarrabimus. Cæterum ex his, quas pro Catholica sententia hic adduximus, autoritatibus, agnoscat cordatus Lector, quam injuste Novatores Ecclesiæ Romanæ sententiam de non dissolvendo vinculo Matrimonii, causa adulterii, erroris infimulaverint, quamque infulse Joannes Calvinus lib. 4. Iulit. c. 14. §. ult. inter longam, ut ipse ait, *errorum, mendaciarum, fraudum, nequitarum seriem, quam Romana Ecclesia attexit Matrimonio*, illam receant Legem, quam tyrannicam appellat, quod nempe Viro, qui adulteram repudiaverit, alteram inducere non liceat. Si enim requisita maturitate, absque præjudiciis, cum aliis, que ad longam in Scholis nostris ad eorum roborationem referuntur, expendantur, non solum tam levia non sunt, ut sententia ejusdem Ecclesiæ iidem innixa erronea dici possit; verum etiam adeo gravia, ut quilibet cordatus in re à Christo

fito aliquantulum obscurius definita censere debeat, solum Ecclesiam Romano-Catholicam præ omnibus aliis intentionem ejusdem ac tenuisse. Modestius certe se gessit Concilium Tridentinum in questione hac decidenda; esto enim Patres Canonem paratum habuerint cum anathemate in eos, qui dicerent, Matrimonia consummata ob adulterum dissolvi; eum nihilominus ad instantiam Legatorum Venetorum ita temperarunt, ut in solos eos, qui dicerent Ecclesiam Romanam hoc suo in dogmate errasse, anathema vibraverint. Ex qua mutatione videntur non obscure significasse, se in animo non habuisse Fidei dogma proponere, sub pœna anathematis credendum & observandum, aut damnare Græcos in contraria sententia, & praxi versantes; si enim id voluissent, procul dubio Canonem non immutassent, nec temperassent, auditis Oratoribus Venetis. Quam vero absurde circa præsens caput lapsi sint ipsi Novatores, infra exhibebitur. Nunc ad ea, que puncto secundo & tertio præsentis questionis insinuavimus, gressum facimus, que fortassis ipsissima sunt, que Patres Tridentinos permoverunt, ut certam ceteroquin Ecclesiæ Doctrinam, de non solvendo vinculo Matrimonii ob fornicationem, pro Fidei dogmatem non desinuerint.

Et imprimis quod antiqui Patres tum Latini, tum Græci circa sensum verborum Christi L. c. hesitaverint, inductione probari potest. Audiamus hæc de re ex Latinis S. Augustinum, qui lib. de fide & operibus c. 19. ait: *Quisquis etiam uxorem in adulterio deprehensam dimiserit, & aliam duxerit, non videtur aquandus eis, qui excepta causa adulterii dimittunt, & ducunt; & in ipsa divini Scripturis ita obscurum est, utrum & iste, cui quidem sine dubio adulteram licet dimittere, adulter tamen habeatur, si alteram duxerit, ut, quantum existimo, venialiter ibi quisque fallatur. Et*

lib. Retract. c. 57. *Scripti, inquit, duos libros de adulterii conjugis (illos nimirum, quos mox contra Launojum adduximus), quantum potui secundum Scripturas, cupiens dissolvere difficillimam questionem. Quod utrum enodatis sine fecerim, nescio: imo vero me non pervenisse ad hujus perfectionem sentio, quamvis multos finis ejus aperuerim, quod judicare poterit, quisquis intelligenter legit.* Ita timide & modeste de se ipso sentiebat S. Augustinus in præsentis enodanda questione. Ex Græcis vero Origenes comment. in Matt. equidem Scribit: *Contra Scripturam Legem mulieri vivente viro nubere quidam Ecclesiæ Rectores permiserunt, agentes contra id quod Scriptum est: Mulier alligata est, quanto tempore vir ejus vivit; — non omnino tamen sine ratione: hæc enim contra Legem initio latam & scriptam ad vitanda pejora, alieno arbitrio morem gerentes, eos permisisse verosimile est.* Hæc vero si tantum scripsisset Origenes, plana & aperta forent; verum que citato in loco sequuntur, dubiam & obscuram nobis ejus efficiunt sententiam. Et 1. quidem non explicat in verbis adductis, an Episcopi illi, de quibus loquitur, permiserint Mulieri vivente altero Viro nubere propter adulterium aut suum, aut Viri. 2. Objicitur Judæo, Christum\* permisisse dimittere Uxorem adulteri causa, sicut Moses permiserat ob fœditatem, que proprie est adulterium; respondet primo, Moysen nomine fœditatis non intellexisse adulterium, sed quodlibet aliud peccatum. Secundo, Christum ob solum adulterium permisisse solvi Conjugium. Tertio, se valde dubium hædere, num propter alias gravissimas causas liceat Uxorem dimittere, & g. propter veneficium. S. Chrysofomus esto variis in locis aperte sentiat, Matrimonium non posse solvi, nisi morte Conjugis intercedente; nihilominus, an casum fornicationis non exciperit.



perit, & hinc Legem Cæsaream ideo tantum fortassis suggillaverit, ex homilia 19. in c. 7. ep. 1. ad Corinth. dubium redditur, ubi ait: *Per fornicationem Nuptias esse dissolutas, universam Nuptiarum munditiam evolvase atque discessisse, Maritum post fornicationem non esse Maritum; quamvis non sit opertum S. Patrem interpretari, quod talem Maritum sentiat non esse Maritum solum quoad jus tori, mensæ, lecti, &c. à quibus ab innocente Uxore excludi potest. Quæ verò S. Basilii hac in re fixa & certa sit sententia, vix unquam desinetur, inquit Journellus. Nam hom. 7. in Hexameron. lib. de Virg. circa medium, & Can. 48. Ep. ad Amphil. cum Ecclesia Latina aperte sentire videtur. Lib. enim de Virg. pronuntiat, mulierem, quæ vivente viro alteri nubit, mœcham, & postea: *Non aulii, inquit, quod etiam qui dimissam ducit, mœchatur? est enim pro culpa dimissa est, attamen vivit vir ejus? Quid clarius videtur? nihilominus quæ idem S. Doctor asserit Can. 9. ejusdem ep. mirum in modum incertam, dubiam, & obscuram nobis reddunt ejus mentem, atque sententiam. Postquam enim dixit, parem esse debere juxta Christi mandatum mulieris & viri conditionem in his, quæ pertinent ad Conjugium, atque non licere viro Uxorem, nec Uxori Virum dimittere, nisi ex causa fornicationis, fatetur consuetudinem contrariam invaluisse, atque Viris quidem licere dimittere Uxores adulteros, non verò Uxoribus dimittere Viros adulteros, cujus rei discrimen adducere difficile judicat S. Basilii Can. 21. & non immerito quidem, cum ipse agnoscat parem esse debere ex Lege Christi utriusque Conjugis conditionem. Unde observat in hunc Canonem Zonaras, consuetudinem illam tam absurdam sublatam fuisse ab Imperatore Justiniano, qui mulieribus potestatem quodcumque fecit ducendi à viris suis, ubi iuste sunt ac legitime causæ; postea in**

eo casu, quo Uxor Virum dereliquisset contra receptam consuetudinem, querit S. Doctor, an Mulier, quæ cohabitaret cum tali viro, foret adultera? Rursus ad Vir sic relictus, qui ad aliam accessit, sit quoque adulter, aut venia dignus? Ad primum respondet timide ac cum dubitatione: *Nescio, inquit, an possit adultera appellari. Ad secundum vero magis affirmate & absolute ait: Virum se relictum esse venia dignum, & eam, quæ cum ipso cohabitavit, non ideo condemnari. At si persuasum habuisset S. Doctor, viro etiam propter adulterium dimisso superesse semper firmum primum Conjugii vinculum, quomodo dubitasset, an posset adultera nuncupari Mulier, quæ cohabitaret cum viro à sua Uxore dimisso? Contrariam denique Ecclesiæ Romanæ sententiam fovisse S. Epiphanium, aperte prodere videtur locus hæres. 59. N. 3. consignatus, ubi ait: *Sed cui mortua una non sufficit, cum occasione aliqua stupri, adulteriique, aut alterius flagitii cum ea Divortium fecerit; si si alteram Uxorem duxerit, aut alteri viro Mulier nupserit, sacrarum Literarum auctoritas ab omni culpa illor absoluit: neque ab Ecclesia, aut æterna vita rejicit, sed propter imbecillitatem tolerandos existimat. Hunc locum Petavius ad hæresim Novatianorum pag. 254. depravatum esse putat, non tamen negat illum errasse in re nondum ab Ecclesia definita. Et quidem Epiphanium affirmat, secundas nuptias permitti posse non solum occasione stupri, adulterii, sed etiam cujuslibet flagitii causa, quod nemo unus probare potest. Quamvis Nicolaus Le-Nourri sentiat, Epiphanium agere de nuptiis post mortem Conjugis contrahendis, cui opinioni favent ea verba: *Cui mortua una non sufficit. Mitimus Theodoretum & Alterum Amalenum Episcopum, qui nullatenus in benignam partem interpretari possunt: adeo clare & expresse nobis adversantur. Ex his***

his ergo colligitur primo, primitiva Ecclesiæ Christiano ex Apostolica traditione persuasos fuisse, non licere ex Evangelica auctoritate ob adulterium dimittere Uxorem, nisi quosdæ torum, ut testatur Athenagoras, & Justinus. Quosdam deinde privatos Doctores, etiam jam Saeculo III. ut patet in Origene, ex obscuro textu, & comparatione ejusdem ad permissionem Moysi in habitationem adductos fuisse: unde successive factum est, ut alii eundem explicarent non solum de dimissione quoad torum, sed etiam quoad vinculum: quam dissolutionem admittebant aliqui posse fieri ex parte Viri, non Mulieris, alii ex æquo ab altero innocente, alii denique eandem nimis ampliantes Matrimonium consummatum aliis adhuc ex causis quoad vinculum dissolvi posse autemabant. Et quòd propter hæresim alterius Conjugis dissolvi possit simile Matrimonium, Saeculo XII. adhuc persuasus videtur fuisse Clemens III. qui in Decretali *Laudabilem* ex hac causa permisit solvi Matrimonium, ut referret ejus coævus Robertus Corzon in Summa, & indicatur ab ipso Innocentio III. c. 7. de Divortii, ubi contrarium definit, quem sequitur Synodus Trid. sess. 24. c. 5. ubi Anathemate damnat eos, qui dicunt dissolvi propter hæresim vinculum Matrimonii. Secundo, quod tam Arcudius, quam Launojus oleum & operam perdidierint, dum primum omnes Patres in sententiam Ecclesiæ Latine, alter in sententiam Græcæ trahere per capillos voluerit. Tertio, quomodo sit obviandum argumentis ab auctoritate desumptis; non enim omnes Patres erunt explicandi, sed quandoque fatendum, unum vel alterum errasse, quemadmodum contigit in materia de non iterando baptismo ab hæreticis colato.

Ex hucusque dictis tertium quoque punctum allate propositionis in apricum ponitur, praxim nimirum contrariam Tom. II.

apud non unam veterum Communitatum Saeculo IV. & seq. viguisse, Legibusque Civilibus tum stabilitam, tum moderatam fuisse; omnes enim Patres enumerati de more dissolvendi Matrimonium propter adulterium apertam mentionem faciunt, vel contra eundem invehuntur, aut de ejus iustitia dubitant. Legis quoque Constantianæ pro Divortio perfectio in casu latæ mentionem jam fecimus N. hoc. Refertur illa in Codice Theodosiano lib. 3. tit. 16. Nec solum adulterium requirit, sed etiam alias causas admittit; sic autem sonat: *Placet mulieri non licere propter pravos suos captivatos marito Repudium mittere, ex quibus causa, veluti ebrietas, aut aleari, aut Mæchulario; non vero Maritis per quascunque occasiones Uxores suas dimittere: sed in Repudio mittendo à Femina hæc sola crimina inquiri, si homicidam, vel medicamentarium, vel sepulcrorum dissolutionem Maritum suum esse probaverit, ut ita demum laudata omnes suam dotem accipiat. Nam si præter hæc tria crimina Repudium Marito miserit, oportet eam usque ad aculeam capitis in domo Mariti deponere. -- In Masculi quoque, si Repudium mittant, hæc tria crimina inquiri convenit, hæc mœcham, vel medicamentariam, vel conciliatricem repudiare voluerit. Lex ista non permittit Femina separari à mæcho Marito, bene vero mæchæ à Marito Repudium dari. Et hinc illam esse contrariam Legi Christi asserit Chysoft. L. supra cit. Illam nihilominus confirmarunt Honorius, Theod. Jun. & Constant. ut constat ex L. 2. C. Theod. de Repud. Illius vero restrictio sublata est à Theod. & Valentiano III. Saeculo V. & præterea Repudiorum apud Romanos libertas rursus introducta, ut monstrant eorum Novellæ titulo 17. Vide etiam L. 8. & 9. C. de Repudiis, ubi Conjugatis permittitur sine omni causa solvere Matrimonium ex mutuo consensu; quas Leges Justinianus Sac. VI. priobus*



ribus sui regiminis annis non sustulit, sed Divortia ex mutuo consensu facta approbavit Nov. 22. c. 4. postea tamen, Novel. videl. 117. arbitraria Divortia sustulit, viroque ac mulieri sequentes tantum causas pro faciendo Divortio admisit, nimirum ex parte Mariti, 1. Si contra Imperium cogitantibus aliquibus concessa est Mulier, aut etiam viro suo non indicet. 2. Si de adulterio Maritus putaverit posse Uxorem suam convinci. 3. Si quolibet modo Mulier vitæ Viri fuerit insidiata. 4. Si cum Viris extraneis insolente Marito convivatur, aut cum eis lavatur. 5. Si nolente Viro foris domum manserit. 6. Si Amphitheatris interfuerit, ignorante, aut prohibente Marito. Ex parte vero Fœminæ sequentes. 1. Si Maritus contra Imperium aut ipse cogitaverit aliquid, aut cogitantibus consensu non indicaverit Imperio. 2. Si quolibet modo Vir insidiatus fuerit vitæ mulieris. 3. Si Maritus Uxoris castitati insidiatus, aliis etiam adulterandam tentaverit tradere. 4. Si Vir de adulterio inscripserit Uxorem, & adulterium non probaverit. 5. Si quis in ea domo, in qua cum sua Coniuge commanet, contemnens eam, cum alia inveniatur in ea domo manens: aut in eadem Civitate degens, in alia domo cum alia muliere frequentanter manere convicitur. Quas Leges utpote maxima ex parte Evangelicæ doctrinæ contrarias Ecclesia reprobavit. Ille nihilominus plurimum contulerit firmandæ Græcorum consuetudini, solvendi Matrimonii vinculum non solum propter adulterium, sed propter alias etiam causas. Videntur autem primi Imperatores Christiani licentiam istam sibi sumpsisse, quia dominabantur non solum Christianis, verum etiam Gentilibus, quorum licentiam in repudiandis Uxoribus, præcis Romanorum legibus introductam, aperte restringere voluit Constantinus M. ut patet ex eius Lege mox allata. Unde ejus Successores auctoritatem sibi videntur sumpsisse causas

Divortiorum vel ampliandi, vel restringendi.

28. Græcorum disciplinam erroneam, solvendi Matrimonii vinculum non tantum propter adulterium, sed etiam ob alias causas, adoptarunt Sæculo XVI. Ecclesiæ Pseudo-Reformatores.

Ex ipsis Lutherus, referente Bellarmino lib. de Matr. c. 15. An. 1523. scripsit librum in cap. 7. Ep. 1. ad Corinth. in quo docet dissolvi posse Matrimonium, & novum iniri his de causis. 1. Cum falsus Christianus Conjugem Christianam deserit. 2. Si Coniux Conjugem ad furtum, vel aliud peccatum inducit. 3. Si ob frequentes rixas molesta est ac gravis cohabitatio. 4. Si unus Coniux diu absit. In lib. vero de Capt. Babyl. de Matr. scribit, errare Papam, cum Divortium concedit extra causam fornicationis, quam solum Dominus excipit. Et in lib. quem de causis Matrimonialibus edidit An. 1530. docet, pauperem, qui cum divite Matrimonium inivit, & consummavit, posse ad aliud se transferre, si non potest retinere Conjugem divitem, eo quod affines, vel amici ejus impediunt. Ita nimirum immemor sui frequenter fuit in scripturitionibus suis Angelus ille (si superis placet) Apocalypcticus. Martinus Bucerus in cap. 19. Matthæi contendit, posse dissolvi Matrimonium, & aliud contrahi, quoties Uxor non se commodam Viro, aut Vir non se commodum Uxori præbet. Philippus Melancthon in locis Theologicis Titulo de Coniugio, in duobus dumtaxat casibus permittit aliud iniri Matrimonium, etiam priore Uxore adhuc vivente. Primus est, si alter Coniux fornicetur. Secundus est, si alterum Conjugem injuste deserat; idque permittit non tantum parti innocenti (in suis annotationibus ad cap. 5. S. Matthæi) sed etiam nocenti; quia, inquit, nulli est imponenda pœna, quam ferre non possit, pœnam intelligit coelibatus. Sententiam Calvinii supra retulimus. Calvino sub-

subscribit Kemnitzus in 2. parte Examinis Concilii Tridentini. Adversus hos Novatorum errores Synodus Trid. duos Canones edidit Sess. 24. quintum videlicet & septimum: quorum primus ita sonat: Si quis dixerit propter hæresim, aut molestantem cohabitationem, aut affectatam absentiam à Coniuge, dissolvi posse Matrimonii vinculum, anathema sit. Secundus vero: Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum docuit & docet, juxta Evangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius Conjugum Matrimonii vinculum non posse dissolvi, & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterii non dedit, non posse, altero Coniuge vivente, aliud Matrimonium contrahere; mecharique eum, qui dimissa adultera aliam duxerit; & eam, que, dimisso adultero, alii nupsit, anathema sit.

29. Novissimi Protestantium Jurisconsulti Patrum suorum limites (si Bucerum estrenue excipias) excedentes, non solum dicunt Matrimonium dissolvi posse ob adulterium alterius Conjugis, aliasque rationes ab ipsis statuminatas; sed generaliter ex quacumque gravi causa, à Principe Territoriali adjudicanda.

Mira illorum sententia, pugnantissime opinioniones recentis Fleischerus in sua introductione in Jus Canonicum Protestantium lib. 2. c. 10. ubi ait: Primo igitur Matrimonii vinculum dissoluitur ob adulterium ex Carpovio, Branem. Strikio, ubi addit: Dissolutionem hanc locum habere, esto adulterium solum probabiliter ostendi possit. 2. Per malitosam desertionem alterius Conjugum; quo casu pars innocens, præmissa trina legali invitatione, per Judicem à vinculo secundum præcitatos Auctores absolvi potest. 3. Per malitosam & constantem denegationem debiti conjugalis, Judice Brucknero & Strikio. 4. Propter insidias vitæ alterius Conjugis ab altero postas. 5. Si Mulier Virum exsecrare tentaverit, teste Strikio. 6. Si abor-

tum constanter procurerit, desinentibus Bruneman & Lynker. 7. Si Maritus ob crimine perpetratum infamiam incurrit, atque in exitum missus fuerit, decedente Bruckner, quem casum in reformato Ordine Brunsvicensis Ecclesiæ pag. 123. expressum hic refert Fleischerus. 8. Ob morbo intolerabiles alterius Conjugum, vel obversantes inter illos irreconciliabiles inimicitias, teste Milotono, Puffendorffio. His ex sua opinione addit Fleischerus: 9. Si alter Conjugum periculosa infirmitate laboret, e. g. morbo gallico. 10. Ob sterilitatem Uxoris. Et si superi alia adhuc excitaverint inter illos ingenia fecunda, plures fortasse causas dissolvendi vinculum Matrimonii consummati feliciter detegent. Addit Bucerus in c. 19. Matth. Quoties Uxor non se commodam Viro, aut Vir non se commodum Uxori præbet. Nonne etiam ex bona gratia, ut intentio Christi Matth. 19. v. 9. acu tangatur Sutoris?

30. Tanta circa solubilitatem Matrimonii sentiendi libertas apud modernos Protestantium Jurisconsultos ortum habuit ex erroneo principio, quod nulla in sacris Literis extet lex positiva solutionem vinculi Matrimonii inter Christianos absolute prohibens, vel etiam ad solum casum adulterii restringens.

Et quod in dicto principio versentur, præter numero præcedenti allata, quæ ejusdem principii genuini partus sunt, & corollaria, ipse Fleischerus in relata sua introductione, perpetuus SS. Patrum exultator, testatur: §. enim 6. sic habet: Quædammodum Ecclesiæ Patres veram moralem nequaquam intellexerunt, ita quidam ex ipsis eam opinionem adoptarunt: Divortium Matrimonii ex nulla alia causa permittitur esse, nisi propter adulterium; & quidem solum quoad verum, nullatenus autem quoad vinculum. Citatque pro hac opinione (& quidem vere) Clementem Alexandrinum, Hieronymum, & Augustinum; quorum sen-



teniam aut subsequa Concilia adoptalle, teste Launojo de Regia in Matrim. post. A. 1. c. 5. Pergit porro: Nihilominus alii senserunt, ex aliis quoque gravibus causis idem vinculum posse dissolvi, e. g. Origenes, Tertullianus, quibus quaedam quoque Concilia adhaerunt, de quibus cit. Launojus p. 2. A. 2. c. 2. 3. 4. 5. His vero litigijs nequaquam opus fuisset, si res ad regulas sanctae moralis exacta, atque regulae iusti cum regulis decori & honesti, aut regulae iustitiae cum praecipuis virtutis nequaquam confusa fuissent. Addit §. 10. Equidem sperare licuisset, quod haec omnia post Reformationem aliam faciem essent sortitura; verum non solum in suo esse haec permanserunt, sed in uno vel altero longe ultra processum est. Causam tantorum errorum duplicem §. 11. assignat, 1. quod constanter creditum fuerit, Divortium Matrimonii quoad vinculum in legibus positivis universalibus ex nulla alia ratione admitti, praeterquam ob adulterium; & quod consequenter 2. Nullo superiori humano aliqua potestas circa hanc dissolutionem competat. Quod principium, inquit, cum suo corollario falsissimum est, eo quod omnes Sacrae Scripturae textus nil aliud velint, praeterquam arctam unionem, necessitudinemque inter Coniuges.

Quod autem illud illorum principium sit erroneum, ex dictis N. 22. & sequentibus est; ibi enim ex c. 19. Matthaei monstravimus, Christum dissolutionem Matrimonii solum quoad torum permisit ob fornicationem alterius Coniugis. At contendit Fleischerus post Thomaeum, & alios, Christum L. cit. nomine adulterii intellexisse non nudum adulterium, sed quaecumque gravem causam; ita ut sensus Evangelistici textus sit, Quicumque dimiserit Uxorem suam sine gravi & urgente causa, huius Matrimonium non est direptum quoad vinculum, & consequenter, si aliam ducat, moechatur; idque probat sequenti; ratione ni-

mirum, quod Christus nullas novas Leges dederit, sed solum declarare voluerit, quemadmodum Lex Moisaica ratione Libelli Repudii intelligenda veniat; eo quod Iudaei, qui ipsum interrogarunt, in duas sectas divisi fuerint, Hillelianam, & Samajanam, quarum prima Legem Moysi Deut. 24. declarabat, quod ex quarumque causa Uxor dimitti possit; de qua secta erant Pharisei, qui Legem dictam in hoc sensu Populo declarabant, & hinc Christum interrogabant, si licet homini dimittere Uxorem suam quaecumque ex causa? Altera vero pretendebat, eam dimitti non posse, nisi ex causa gravi, & consequenter Christus nil aliud contenderit, quam item interrogantium Iudaeorum dicere, & Sectae Samajanae suffragium ferre, quod nempe non nisi ex gravi causa, quam nomine adulterii intellexit, liceat dissolvere Matrimonium quoad vinculum. At gratis concedimus Protestantibus, Christum nomine adulterii, non solum adulterium, sed etiam alias graves causas intellexisse, sed quae non dirimerent Matrimonium quoad vinculum, sed solum quoad torum: duo quippe involvebat Phariseorum interrogatio, primum, an liceret quaecumque ex causa dimittere Uxorem? secundum, an ea dimissa liceat aliam ducere? Ad primum respondet non licere nisi ex gravissima causa dimittere Uxorem, quarum praecipua est fornicatio. Ad secundum vero, etiam dimissa propter fornicationem Uxore, non licere aliam ducere. Quia responsione voluit ostendere, quod Matrimonium ex institutione primava omnino non sit aliter solubile, nisi per mortem alterius Coniugis, & quod Deus consequenter ob solum duritiam cordis Patrum suorum per Moysen ipsi dari Libellum Repudii permisit; sic enim ait: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, Masculum, & Feminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo Patrem & Matrem, & adhaerebit Uxori

sue,

sue, & erunt duo in carne una; itaque jam non sunt duo, sed una caro; quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Quibus verbis apertissime indicat, Matrimonium esse absolute indissolubile; id quod Pharisei ipsi ita intellexerunt: unde male contenti, quod Christus negaverit id, in quo & Hilleliana & Samajana secta convenirent, nimirum, quod liceat dimittere & aliam ducere Uxorem, ab auctoritate Moysi eidem replicam fecerunt, dicentes: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum Repudii, & dimittere quam replicam convulsit, ac responsum suum generale stabilivit Christus, dicens: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere Uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Ecce Matrimonium ex primava sui institutione absolute indissolubile declaratum, ecce Divortium à Deo Synagoga ob duritiam Iudaeorum tantummodo permittum. Dum ergo insert: Quicumque dimiserit Uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur, & qui dimissam duxerit moechatur; longe abest, ut per adulterium quaecumque gravem causam intellexerit in ordine ad dissolvendum vinculum Matrimonii, & Samajanae sententiae subscripserit; quin potius sicut Polygyniam, ita & Divortium Matrimonii quoad vinculum absolute pro sua Ecclesia calaverit, illudque ad primavam perfectionem reduxerit. Nam licet daremus Christum nullam legem moralem de novo condidisse (falsa enim est propositio Fleischeri irresistente prolata, Christum nullas leges tulisse, cum leges pragmaticae Ecclesiae de praedicatione Evangelii, de baptismo suscipiendo, &c. &c. ipse tulerit), inde tamen non licet inferre, eum varia, quae carnali Populo tum ob duritiam cordis eorum, tum ob alias causas concessa fuerunt, ad primavam perfectionis statum non revocasse; hoc enim manifeste patet in ipsa sublatione Polygyniae, & ex ipsa vocatione Salvatoris,

qui nullus fuit, ut infirma Legis Moisaica ad perfectionem status innocentiae, quantum ferebat natura lapsa conditio, revocaret. Unde magis à sensu Scripturae aberrant hi laxi interpretes, quam illi, qui ob solum adulterium hoc loco à Christo volunt indultam dissolutionem vinculi Matrimonii consummati, eo vel maxime, quod Marci 10. Christus ad eandem interrogationem absolute responderit: Quod Deus conjunxit, homo non separet; dumque illum Discipuli ejus in domo iterum hac super se interrogarent, absolute dixerit: Quicumque dimiserit Uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Quod repetit Lucae 16. v. 18. Haecque responsionis Christi sensum esse, haud dubie intellexerunt ejus Discipuli: statim enim ejus difficultate permoti Christo objiciunt apud S. Matth. L. cit. v. 10. Si ita est causa hominis cum Uxore, non expedit nubere; quibus hoc unum respondit Christus: Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Gratis quoque idem Fleischerus objicit v. 5. ep. 1. ad Corinth. c. 8. ubi Paulus in casu, quo Vir Infidelis multoties deserit Uxorem Fidelem, eidem copiam facit ad alias nuptias convolandis: Quod, inquit, fieri non possit, si Christus ad hunc effectum nullam aliam causam praeter adulterium admisisset, & multo minus, si juxta explicationem Romanae Ecclesiae nec adulterium ex mente Christi dirimeret Matrimonium consummatum. Respondetur enim, responsum Christi apud Matthaeum probare dumtaxat, vel Matrimonium Christianorum consummatum dissolvi nullo casu posse, vel quodcumque Matrimonium legitimum, etiam inter Infideles, in se quidem & intrinseca natura non posse dissolvi, sed extrinsece tantum, divina scilicet voluntate, non privata humana auctoritate; & hinc in eadem Scriptura non leges pugnantes, sed lex indissolubilitatis Matrimonii, & ipsius exceptio in casu adducto continentur.

31



31. Ecclesia igitur Romana, juxta Evangelicam & Apostolicam Doctrinam Matrimonium à Christianis legitime contractum, ac per carnalem copulam consummatum, propter adulterium à nulla humana potestate, ex nulla dabili causa posse dissolvi quoad vinculum, recte docet.

Propositio ex dictis in aprico est, atque in Tridentina Synodo Sess. 24. de Matrim. Can. 7. asserta, in quo Canone, quamquam negari non possit, Græcos aperte non damnari, sed lato anathemate percelli duntaxat Lutheranos, qui affirmabant errare Romanam Ecclesiam, cum docet, non posse dissolvi Matrimonium propter adulterium; nihilominus tamen rem propius insipientem videbitur, doctrinam, quam proponit Synodus, fidei esse, et si clare ac explicitè id non exprimat; atque totam Canonis mutationem non doctrinæ substantiam, quæ semper immota subsistit & integra, attingere, sed unam duntaxat pœnam anathematis, quam in gratiam Græcorum, ex œconomia quadam, revocavit & immutavit Synodus ad supplicationem Oratorum Reipublicæ Venetæ. Id ita se habere constat ex verbis Canonis, quibus declarat non errare Ecclesiam, cum docet, juxta Evangelicam & Apostolicam Doctrinam non posse dissolvi Matrimonium propter adulterium. Si itaque non errat Ecclesia, cum ita docet: ergo doctrina ejus vera est, & conformis Evangelicæ & Apostolicæ: Doctrina porro Evangelicæ & Apostolicæ nonne fidei nostræ caput est? inquit Tournellius. Unde Pallavicinus L. 2. c. 4. N. 30. quamquam suavem Polanum reprehendat, quod scripserit mutationem Canonis æream & utilitatis effectusque vacuum esse; nihilominus candidè agnoscit subtilius esse discrimen inter utrumque Canonem, inquit: Non solum revera discrimen est, quamvis subtilius; sed etiam si non inest, convenientius fuisset Reipublicæ satisficere eam mutationem petenti,

ubi per eam merus sonus, non autem significatio variaretur. Modus certe, quo primum conceptus ac conditus est Canon, nempe cum anathemate adversus eos, qui dicerent dissolvi conjugium adulterii causa; modus, inquam, ille aperte prodit & manifestat, quo inclinaret Synodi mens atque sententia.

32. Aliter sentit eadem Romana Ecclesia de Matrimonio solum ratio, non consummato, cujus vinculum altera parte etiam invita per solemnem Religionis Professionem solvi, ut certum fidei dogma, proponit.

Tridentina enim Synodus Sess. 24. Can. 6. definit. Si quis dixerit Matrimonium ratum, & non consummatum, per solemnem Religionis Professionem alterius Conjugum non dirimi, anathema sit. Quam definitionem impugnant Novatores; sugillat ipse Suavis apud Pallavicinum lib. 23. Hist. Concilii Trid. c. 9. N. 7. & ex Nostris aliqui sublesto nixam esse fundamentum insularunt. Anathemati hujus Canonis repugnasse Cardinale Lotharingum cum aliis pluribus narrat cit. esp. ipse Pallavicinus. Impugnari ab hæreticis Canonem Tridentinum mirum videri non debet; quid enim aliud speremus ab insensis Ecclesie hostibus? at Catholicis, apud quos firma & inconcussa esse debet Ecclesie in Synodo Tridentina convocatae auctoritas, tenui & sublesto nixam videri fundamento definitionem hanc, res est & Orthodoxis inaudita, & Hæreticis Concilii Tridentini obrectatoribus perjuranda: quasi poterit Ecclesia novam aliquod invehere dogma, cujus certam non habuerit in Verbo Dei aut scripto, aut tradito probationem, inquit Tournellius lib. cit. qui & ibi pergit: Et quamquam desset (quod falsum est) Traditio scriptis consignata, sufficeret tum usu ipso continuo, tum vivæ vocis oraculo ad nos constanter perducta; neque enim Patribus Tridentinis nova affullit revelatio. Cum igitur nec

fit

fit divisus, nec sibi contrarius, qui Trident. Concilio præfuit, Divinus Spiritus, in omnibus æqualiter firma est ac retinenda ejus auctoritas; & totam illam subvertit funditus, qui vel in uno Canone ad doctrinam spectante eam infirmare ac labefactare aggreditur.

33. In duobus potissimum deprehenditur traditio dogmatis Canone Tridentino definiti: Primo in veteribus & approbatis exemplis eorum, qui autè anplexus conjugales vitam Religiosam & continentiam publice professi, Conjugi in Sæculo remanenti facultatem reliquerunt transferendi se ad alias nuptias.

Et quod Romanos Pontifices attinet, Nicolaus I. apud Gratianum 27. q. 2. cap. 26. circa medium IX. Sæculi non obscure hanc traditionem expressit, dum ait: *Nam licet scriptum sit, quod Deus conjungit, homo non separet, Deus tamen & non homo separat; quando divini amoris intuitu ex consensu utriusque Conjugis Matrimonia dissolvuntur.* Hic quidem non fat clare exprimitur, nùm per Matrimonia, de quibus ait Pontifex, intelligantur rata tantum, vel generaliter rata & consummata? Sed Ecclesia hos & similes Canones ita intellexit, ut Professio Religiosa Matrimonium ratum quoad vinculum dissolvat, & quidem etiam altera parte invita, nequaquam autem Matrimonium consummatum. Unde Alexander III. rescribens Salernitano Episcopo in c. 2. de Conv. Conjugat. ait: *Verum post consensum legitimum de presenti licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere Monasterium, dummodo carnalis commixtio non intervenit inter eos; & alteri remanenti (si communitus continentiam servare noluerit) licitum est ad secunda vota transire.* Rationem subjungit: *Quia cum non fuissent una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, & alter in sæculo remanere.* Aliam rationem assignat idem Pontifex, dum Brixienfi

Episcopo respondet: *Sane quod Dominus in Evangelio dicit: Non licet Viro Uxorem suam, nisi causa fornicationis, dimittere, intelligendum est, secundum interpretationem sacri eloquii, de his, quorum Matrimonium est carnalis copula consummatum.* Ejusdem Pontificis vestigiis inhaerent Innocentius III. c. Ex parte de Conv. Conjugat. Joannes XXII. in Extrav. Antiquæ de voto, & novissime Tridentinum Can. citato. Ex quorum constitutionibus habemus, solam professionem religiosam, non vero susceptionem sacri Ordinis hunc effectum habere, atque in hunc finem Neo-nuptis spatium duorum mensium concedi, quo de ingressu Religionis deliberare, ac interim alteri parti debitum conjugale innocue denegare valeant. Obijciunt nihilominus hæretici adducta decreta recentiorum esse Summorum Pontificum, qui in gratiam Monachorum jus illud novam induxerunt, cujus nullum existat vestigium in antiquis prioris antiquitatis monumentis. Quibus primo reponit Tournellius Gregorium M. Sæculi VI. Pontificem relatum 27. q. 2. Can. 28. ubi ait: *Decreta legalia desponsatam, si converti voluerit, nullo omnino censuerunt damno multari.* Nec verendum, ne S. Gregorius de nuda Sponsa, non de Uxore loquatur, quod ipse Gratianus eum ita exponat, dum ex relatis ejus verbis insert: *Patet, quod inter Sponsam & Sponsam conjugium non est; intelligendus quippe venit de conjugio rato per copulam carnalem, quod modo consummatum vocamus, non de initiato, quod nunc ratum audit: sic enim post relatas Patrum auctoritates, quorum aliqui Sponsos Conjuges appellant, alii negant, post Canonem 34. concludit: Apparet ergo hanc non fuisse Conjugem, cui vivente Sponso, alteri nubendi licentia non negatur. Quomodo ergo, secundum Ambrosium & reliquos Patres, Sponsæ Conjuges appellantur, & his omnibus Conjuges non esse probantur? Sed sci-*



sciendum est, quod conjugium desponsatione initiatur, commissione perficitur. Unde inter Sponsam & Sponsam conjugium est, sed initiatum; inter copulatos (copula nimirum carnali) ratum. Sed quamvis Canon 27. de cuius sensu litigamus, intelligi debeat de Sponsa, quae vere Matrimonio iuncta fuit, sicut & exempla Macarii ac Alexii, de quibus statim; Canon tamen 33. & 34. de nudis Sponsis, contra ac sensibile videtur Gratianus, accipiendi sunt modo videndi; si enim de veris Uxoribus necdum cognitis interpretentur, cum simili Sponsae in casu raptus violenti ad alias nuptias convolvendi dent facultatem, sequitur, quod Concilia Rhemensis, Troslejanum, Capitularia Francorum, Legesque Longobardicae, ex quibus dicti Canones desumpti sunt, etiam extra casum conversionis Religiosae, Divortium vinculi Matrimonii initi solvi permiserint, & consequenter in Apostolicam Traditionem peccaverint, quemadmodum ex dictis patet. 2. Eidem objectioni reponit idem Tournellus, quod recentiores Pontifices jus illud non tanquam novum, & à se primum excogitatum, sed à Praedecessoribus ad se continua traditione transmissum proponunt ac confirmant. 3. Quod illud colligat ex antiquis & approbatis Sanctorum exemplis, id quod vult secunda pars nostrae propositionis.

Exempla refert Gratianus L. cit. post Can. 26. ubi ait: *Ecce, quod conjugati (nimirum Matrimonio consummato) sine licentia alterius continentiam profiteri non possunt. Sponsi vero (hoc est, de presenti, seu Matrimonium, quod nunc vocamus ratum, habentes) etiam inconsultis, quasi sibi desponsaverunt, exemplis & auctoritatibus, probantur continentiam posse servare: ut enim refert, B. Hieronymus, Macarius praecipuus inter Christi Eremitas, celebrato nuptiarum convivio, cum vespere thalamum esset ingressurus, ex urbe egrediens, transmarina*

petiit, & Eremiti solitudinem sibi elegit. Item B. Alexius, Euphemii Clarissimi filius, similiter ex nuptiis divina gratia vocatus, Sponsam deseruit, & nudus Christo famulari cepit. Vetusiora exempla refert Tournellus, quorum antiquissimum est illud Theclae S. Pauli discipulae, de qua Ambrosius lib. 2. de Virg. c. 13. testatur: *Theclia copulam fugiens nuptialem, & Sponsi furore damnata, naturam etiam bestiarum virginitatis veneratione mutavit. Cui adhilantur Methodius, & S. Epiphanius; quin tam illustre fuit, tamque omnibus compertum hoc exemplum, ut Faulus ipse Manichaeus illo proferat apud S. Augustinum lib. 30. contra ipsum c. 4. inquit: Paulus Thecliam oppignoratam jam Thalamo in amore sermone suo perpetuae Virginitatis incendi; quod exemplum non negat S. Augustinus, sed directe infert contra Manichaeos, Virginitatem praeseri nuptiis, tanquam majus bonum minori, non autem tanquam malo. Unde nequaquam suspectam habere debent historiam Protestantes, quae tam conspurantibus testimoniis Patrum, esto quarti saeculi, fuit attestata. Alia similes legi possunt in Scholasticis. Duo nihilominus adversus haec facta excipi possunt, inquit Tournellus. Primum, verum & ratum non fuisse per verba de presenti Matrimonium in exemplis modo prolati, sed obligatam dumtaxat fidem pro futuris nuptiis, quam fidem in gratiam Professionis Religiosae irritam & cassam fieri permittunt Canones. Secundum, etsi constaret verum & ratum fuisse Matrimonium, ex illis nihilominus exemplis inferre non possumus, quod volumus, nisi constaret, quod certe non constat, Conjugi in Saeculo derelicto liberum fuisse alteri nubere. At ista, ait, facile diluuntur. Primum quidem, quia verum Matrimonium omnino indicant loquendi rationes in narratione horum factorum adhibita: nimirum pacta, constituta nuptia: Thalamo oppignorata Mulier: Ma-*

carius

carius — cum Thalamum vespere esset ingressurus: Alexius — prima nocte Nuptiarum relinquens intactum Sponsam. Nec nos movere debet, quod Sancti allati Sponsi & Sponsae nomine non raro appellentur, non autem semper Conjuges, & quod apud illos statim non fuerit consummatum Matrimonium. Namque 1. Conjuges ante consummationem, quamquam vero conjuncti Matrimonio Sponsi & Sponsae nomine appellari solent in Jure Canonico cap. Ex publico. Cap. Charissimus. Cap. Ex parte tua de conversione Conjugatorum. Ita B. Virgo Sponsa dicitur Iosephi, etli vere Uxor, sed ab ipso nunquam carnaliter cognita. 2. Etsi Conjuges foedere conjugalitatis colligati essent, non autem statim conveniebant; sed recte observat S. Augustinus lib. 8. Confess. cap. 3. inlicitum olim fuisse, ut Sponsae jam pacta cito Viris non tradantur, ne, inquit, vilem habeat Maritus datam, quam non suspiravit Sponsus dilata. Alterum pariter non urget: quamquam enim in citatis exemplis non legamus derelictum Conjugem ad alias convolvuisse nuptias, id tamen ipsi licitum fuisse certo colligimus, tum quia rupto vinculo liber est, qui in Saeculo remanet, tum quia Summi Pontifices antea citati iis ipsis innixi expresse declarant, relicto Conjugem posse, si voluerit, alteras celebrare nuptias.

34. Quo Jure dissolvatur dictum Matrimonium, an jure naturae, an ecclesiastico, an divino positivo, non adeo convenit inter Doctores Catholicos.

Qui Jure Naturae existimant dictum Matrimonium dissolvi, tribus rationibus moventur. 1. Quod licitum semper fuerit de statu minus perfecto gradum facere ad perfectiorem, modo nulla cuiquam fiat injuria; in casu autem dicunt non fieri injuriam proli, quae nulla est, nec Conjugi, quae libera evadit. 2. Quod sicut vinculum carnale, quod reperitur in conjugio, per mortem carnalem dis-

Tom. II.

solvitur, ita & spirituale animarum per mortem spirituale, seu Professionem Religiosam. 3. Quod Conjuges ante consummationem non sint adhuc una caro: Christus vero Matth. 19. omnimodam Matrimonii indissolubilitatem repetat ex eo, quod Conjuges sint una caro. At merito candidè fateatur Doctissimus Tournellus has rationes, praeserta & seclusa Dei voluntate, certam & firmam non efficere probationem, esto ab ipso Alexandro III. cap. N. praecedenti allato posterior adhibeatur, sed meras congruentias. Primae enim opponit, quod status Religionis perfectior quoque est statu conjugalitatis, etiam post consummationem, neque tamen dirimitur Matrimonium consummatum per solemnem Religionis Professionem. Neque dicas discrimen esse, quod in hoc casu fieret injuria vel proli, ut parti derelictae contingere quippe posset, ut revera nulli fieret injuria, si nempe & nulla esset proles suscepta, & accederet mutuis consensus utriusque Conjugis. 2. Quia ex hoc sequeretur, quod etiam susceptio characteris Episcopalis dirimeret Matrimonium ratum, eum perfectior sit Professione Religiosa. Quod est contra Jus Canonicum, extrav. antiquae de Voto Joannis XXII. Secunda vero opponit 1. quia in voto simplici castitatis & paupertatis etiam quaedam mors spiritualis occurrit, non tamen tali voto dirimitur Matrimonium ratum. 2. Quod mors illa spiritualis coherere simul, ac conciliari possit cum vinculo conjugalitatis, ut patet in iis, qui post ratum & consummatum Matrimonium ex communi consensu vitam Religiosam prosequuntur; valet enim in eo casu professio, & remanet prius conjugale vinculum. 3. Quia mors illa spiritualis non est vera mors, sed metaphorica dumtaxat: quare igitur dissolveret Matrimonium, nisi id concessisset Matrimonii Auctor & Pater Deus? Sicut enim voluit in gratiam fidei dissolvi conjugium, etiam consummatum inter In-

Na

fide-



fideles (in casu supra posito) ita pariter in gratiam Professionis Religiosæ voluit dissolvere Matrimonium ratum, sed non consummatum; neque hic alia querenda ratio, quam Christi voluntas.

Non etiam dissolvi dictum Matrimonium ex solo Jure Ecclesiastico, inde probat Tournelius: tum quia illius initium & origo consignari non potest: tum quia Summi Pontifices, qui illud declarant, non tanquam suum, sed continua traditione ad se transmissum agnoscunt: tum denique, quia potest Ecclesia à Jure pure Ecclesiastico dispensare; at non videtur esse in potestate Ecclesiæ efficere, ut non dirimatur Matrimonium per solemnem Religionis Professionem; nonnulli autem id contendunt, referente Palavicino lib. 3. c. 9. tum denique quia nihil videtur posse Ecclesia in illud, quod jure divino est indissolubile, quale esse Matrimonium jam dictum est.

Denique respondet, dictum Matrimonium dissolvi per Professionem Religiosam jure divino positivo, quod per continentiam traditionem ab Apostolis ad nos usque pervenit. 1. Quia juxta Regulam S. Augustini lib. 4. de Bapt. cap. 24. *Quod universa tenet Ecclesia, nec Concilium institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum resistere creditur.* Jam autem ex hæcenus dictis in aperto est dissolutionem Matrimonii rati per Religiosam Professionem esse tale aliquid. Et confirmatur, quia ita innuere videtur Summi Pontifices: Alex. enim III. ex interpretatione divini eloquii privilegium illud dedit, atque ad exempla Sanctorum à Gratiano 27. q. 7. post Can. 26. adducta provocat; Innocentius pariter III. recurrit ad revelationem; item Benedictus, & Gregorius, & Innocentius quidem III. Alexander III. partim 27. q. 7. Can. Lex, & Can. Sunt, partim Extra. de Convers. Conjugat. cap. Verum, & cap. Ad Apostolicam, verba hæc Scripturæ, erunt duo in carne uno,

in quibus fundatur indissolubilitas vinculi Conjugalis, explicant de Matrimonio consummato. Supponunt igitur à jure divino fluere, quod dirimatur Matrimonium ratum & non consummatum per solemnem Religionis Professionem. Joannes vero XXII. in Extrav. Antiquæ, De voto, ait: *Votum solemnizatum per sacri susceptionem Ordinis non esse sufficiens ad dissolvendum Matrimonium antea contractum, etiamsi per carnis copulam non fuerit consummatum, cum nec jure divino, nec per sacros Canones reperiamus statutum: additque, nisi aliquam de Religionibus approbatis, quarum Professio ad castitatis custodiam, & abdicationem temporalium, & sui Superioris obedientiam suos professos adstringat, ipsum canonicè contigerit ingredi, & ejus regulam expresse, vel tacite profiteri.* In quo Joannis XXII. testimonio illud obviat, inquit Tournelius, jure divino non dissolvi per Ordines Sacros Matrimonium: ergo cum subdit idem Summus Pontifex, illud dissolvi per Religionis Professionem, intelligit haud dubie jure divino, & Sacris Canonibus in illo fundatis dissolvi tale Conjugium. Et hinc ex hoc solo fundamento solvit tum auctoritates Scripturæ, tum rationes ab Heterodoxis opponi solitas, constanter cum Tertulliano traditionem de hujus casus exceptione isdem regetens; quam œconomiam & ego in hac intricata questione præ cæteris omnibus approbo. Nihilominus in hoc me hæere ingenue profiteor: quomodo nimirum sola Professio Religiosa in aliqua de Religionibus approbatis, jure divino positivo per traditionem, quam ex Decretis Summorum Pontificum, atque exemplis potissimum Sanctorum accepimus, nobis manifestato, Matrimonium ratum dissolvat, & non potius ipsa tria vota à quocumque ubicumque emissa. Ratio, quæ me hæsitare facit, est; quia, stante hac hypothese, Christus videtur hoc privilegium potius ipsis tribus votis, quibus

bus homo consilia ejus Evangelica non semel imbecillitate amplexitur, mundo moritur, atque ad ducendam vitam profus celestem adjuvat, annexuisse, quam eorum Solemnitati, seu Professioni Religiosæ in Ordine approbato: imo hoc certum est; tum quia approbatio Ordinum à Sede Apostolica non est cogeva Monastico Instituto, sed Sæculo XII. posterior, ut lib. 3. ostendimus; tum quia alias susceptio sacri Ordinis dirimeret Matrimonium ratum. Et irrefragabiliter videtur confirmari ab antiquorum Sanctorum exemplis N. præcedenti adductis, quorum nullus emiserit tria vota solemnia in aliqua Religione approbata, cum hæc solemnitas nondum fuerit introducta; imo verisimile sit S. Theclam, præter votum castitatis, alia duo non emisisse, nec Macarium solitarium, alioque sui similes obedientiam Cœnobiarche spondisse. Patet enim Sanctos illos, cum communi Fidelium sensu, persuasos fuisse, ex Evangelica doctrina, & Apostolica traditione licere Uxores desponsatas ante concubitum deserere, & Christum in castitate, & rerum temporalium abdicatione sequi, quin castitas, & paupertas voveatur, aut his votis tertium votum obedientiæ in aliqua Communitate adjungatur. Hancque persuasionem eos habuisse præter Oralem Traditionem ex ipso Evangelio, ubi non uno in loco præmium promittitur iis, qui omnia hujus mundi, etiam Uxores, amore Christi reliquerint; nihilominus una persuasos fuisse, id tantum licere ante consummationem Matrimonii, cum nullus legatur post consummatum Matrimonium ab invita Uxore recessisse, & traditio Apostolica fuerit, Matrimonii consummati vinculum ex nullabili causa, atque à nulla humana potestate posse dissolvi, ut ex antea dictis in aperto est; contrariumque sentientes dissolutionem non admisserint, nisi adulterio, aut alia gravi causa ex parte Uxoris data existente. Patet præterea, &

quidem ex mox dictis consequitur, Sanctos illos cum Fidelibus omnibus communitè persuasos fuisse, hanc licentiam dimittendi Uxorem ante concubitum, ipsa incia, ac saepe invita, sibi competere potius jure divino, ad se continua traditione derivato, quam ecclesiastico; quia alias unam vel alteram de tam gravi obiecto dispositionem in aliquo primorum vel mediorum Sæculorum Concilio invenire deberemus, (non enim est credibile Patres vigilantissimos hanc rem determinatos non fuisse, si ejus dispositionem sibi commissam credidissent) quod tamen factum non est; sed Sanctorum facta à Patribus absolute laudata, quæ Sancti illi nunquam commisit, nec Patres laudassent, nisi persuasi fuissent, ex Christi dispositione fidem conjugalem Consorti datam, nec copula carnali firmatam, in tantum solum valere, si nimirum consilia ejus, celestemque inde pendente vitam amplecti non maluerint. Ex quibus equidem iterum consequitur, sententiam illam, quæ hanc dissolutionem refundit in solum jus positivum divinum, magnopere probatiorum esse illis, quæ illam refundunt vel in solum jus ecclesiasticum, ut faciunt perique Recentiores, vel in naturale, ut vult S. Bonaventura, Paludanus cum aliis. Interea tamen certum videtur, Christum non solum Professioni Religiosæ solemnem hanc vim tribuisse, sed etiam votis simplicibus, aut castitati, & rerum fluxarum contemptus feræ & constanti electioni; id enim manifestum videtur ex exemplis rationibusque de facto adductis. Et si huic opinioni opponatur auctoritas Joannis XXII. superius allata, vel Canon 6. Concilii Tridentini Sess. 24. de Mat. conditus; respondeo, neque Joannem XXII. neque Concilium Tridentinum definire, quod Sola solemnem Professio Religiosa dirimat Matrimonium ratum, sed solemnem Professionem Religiosam id præstare, solum declaravit S. Synodus; sicut nec, quo



jure id dirimat, decidit, sed id disputationi Theologorum reliquit: quemadmodum ergo ipsi libere sentiant circa posterius punctum, ita & nobis eadem facultas inest circa prius. Et si contendat sensum saltem Romanorum Pontificum, aut etiam ipsius Ecclesie post introductionem votorum solemnium fuisse ac esse, ut sola illa dirimat Matrimonium ratum, id quod elucere videtur in votis simplicibus Societatis Jesu, quæ ex communi sententia illud non dirimunt; respondemus, quod sicut Romani Pontifices ex plenitudine potestatis à Christo acceptæ juxta illos possunt dispensare in Matrimonio rato ob graves causas, ut mox videbimus, esto de fide sit non tantum Matrimonium consummatum, sed etiam ratum de se à Christo esse declaratum indissolubile, & fere certum, ipsum Christum casum tantum infidelitatis supra descriptum in Matrimonio consummato, & Professionem Religiosam, vel vitam ei Symbolam in Matrimonio rato excepisse; ita majori jure dicere possum, eandem Christi dispensationem quantum ad Matrimonium à Romanis Pontificibus ex eadem plenitudine potestatis, ad Ecclesie majus bonum, ad solam professionem solemnem in Religione approbata restrictam fuisse, quemadmodum licentiam ejusdem Salvatoris erigendi Cœtum Monasticum, atque in eo consilia Evangelica profitendi, ob hominum tum superstitionem: tum malitiam suæ approbationi reservavit: id quod olim non erat in usu, ut lib. 3. vidimus. Aut etiam facultatem communicandi sub utraque specie à Christo Fidelium arbitrio relictam, ad necessitatem communicandi sub sola specie panis apud Laicos reduxit ex gravissimis motivis alias adferendis. Et hoc vel maxime, quod hæc œconomia Heterodoxi argumento traditionis in hac spinosa questione efficaciter omnino prementur, cum per eam id demonstrretur, quod Canon Tridentinus, quem vellicant,

defuit: nimirum, Professionem Religiosam solemnem dirimere Matrimonium ratum esse de fide, præcindendo quo jure? & an tantum. Quæ duo posteriora si aggrediantur hæretici, alium jaciunt lapidem à nobis ad salvandi Concilii definitionem non removendum. Et hinc

35. An Summus Pontifex possit dispensare à vinculo Matrimonii rati, questio est Scholastica, à Theologis, Canonistisque in utramque partem agitata. Affirmativam tenet Sanchez lib. 2. disp. 14. Qui & probabile judicat, valere dispensationem Summi Pontificis in Matrimonio rato, etiam absque justa causa concessam. Negat nihilominus, eundem Pontificem decreto aliquo solemniter statuere posse, ut Matrimonium ratum per subsequens copula consummatum dirimatur. Oppositum docet Basilus Pontius lib. 9. c. 3. ubi duo docet: Primum, quantum ad proximum attinet, securam esse opinionem; quæ affirmat S. Pontificem posse dispensare in Matrimonio rato non consummato, quia de facto sæpius dispensarunt, neque ab Ecclesia damnata hæcenus fuit hæc opinio. Secundum, speculative loquendo, non posse S. Pontificem in eo Matrimonio dispensare: unde consequens est, Pontium in ea mente fuisse, SS. Pontifices, qui de facto dispensarent, excessisse limites legitima suæ potestatis. Ejus sententia subseribit Tournelius hic cum aliis, qui videri possunt; nobis enim non vacat inhærere questionibus Scholasticis.

36. Probabilior igitur apud Catholicos sententia est, excepta Professione Religiosa, nullam dari causam, ex qua solvi possit Matrimonium, etiam solum ratum, quoad vinculum; hinc omnia Divortia, Jure Ecclesiastico permilla, sunt solum quoad torum.

Propositio ex dictis in aprico est, atque voluntati Christi conformis, qui Matthæi 19. manifeste videtur Matrimonium ad primævam sui institutionem, seu omnimodam indissolubilitatem reduxisse,

omnimodam indissolubilitatem reduxisse, dum ait: *Olim non erat sic.* Item Deum ob duritiam cordis Judæorum isdem libellum Repudiij indulxisse. Denique, ut homo non speraret, quod Deus conjunxit. Adulterium tamen à Christo specificè expressum hanc præ aliis Divortii causis prærogativam habet, ut etiam emendatum à toro nocentem excludat innocentis, nisi is sponte illum recipere velit, adeoque de se sit perpetuum; reliqua vero solum temporaria, ad quorum ablationem etiam Divortium absolute loquendo cessat. Hæc Divortia à toro & cohabitatione, si secundum Jus Canonicum considerentur, Fleischerus lib. cit. c. 10. traducit tanquam chimerica, & cum natura Matrimonii pugnantia: Quia, inquit, ita divulsi & Conjuges manent, et tamen simul non cohabitant. Pro sine habent procreationem Præteritum, & copulam conjugalem evitant; præsertim in eo casu, quo Divortium in perpetuum faciunt. Temporaria vero Divortia ad emendationem Consortis, vel præcavenda infortunia in Conjugiis admitti posse etiam apud Protestantés censet. Sed erronea Fleischeri opinio ex dictis hæcenus abunde rejecta manet; iis siquidem probatum est, Matrimonium Christianorum consummatum non nisi morte alterius Conjugis dissolvi posse, ut aperte docet Apostolus 1. ad Corinth. v. 7. Accedit, quod nec carnalis copula, neque cohabitatio faciat Conjugium, ut falsè cum aliis personis habet Fleischerus; sed neque consensus explicitus in copulam conjugalem, iisque actuale in illam sunt de substantia Matrimonii, sive illud spectetur ut est officium naturæ, sive ut est Sacramentum; sed illa videtur reponenda in illo nexu, seu vinculo perpetuo, quod ex consensu interno, & passionem externa inter Virum & Mulierem resultat. Hæc enim videtur esse mens Catechismi Concilii Tridentini P. 2. de Sacram. Matrimonii N. 5. ubi sic loquitur: *Quamvis hæc*

omnia in perfecto Matrimonio insunt, consensus videlicet interior, passio externa verbis expressa, obligatio, & vinculum, quod ex ea passione efficitur, & Conjugum copulatio, qua Matrimonium consummatur; nihil horum tamen Matrimonii vim, & rationem proprie habet, nisi obligatio illa & nexu, qui Conjunctionis vocabulo significatur est. Hanc ideam habent Doctores Catholici de essentia ipsa Matrimonii: unde consensum in hanc indissolubilem nexum, ajunt, solum esse causam effectivam illius, non ipsam essentiam; quæ mutuum corporum tractionem, vel obligationem mutuum ad reddendum debitum, vel jus mutuum ad usum corporum, dicunt esse quid consequens ipsum Matrimonium formaliter jam constitutum per illum nexum & obligationem, per mutuum consensum Matrimoniale causatum; qui nexu formaliter includit consensum in carnalem copulam solum implicite, explicitè vero ac essentialiter solum potestatem aut dominium ex parte Conjugum in alterius corpus importat. Jam vero neque Fleischerus, nec alii Domini Protestantés negare possunt, dominium directum ab utilis posse separari; hoc enim natura feudorum & Emphyteusium clamat. Et hinc concedant, necesse est, in Matrimonio quoque posse mutuo consensu jus ad usum corporum media copula carnali tolli, per votum e. g. Continentiæ perpetuæ, manente jure directo, seu dominio directo in ipsa corpora, & consequenter Matrimonii substantiam facta rectè perseverante. Hancque naturam Matrimonii Doctores Scholastici non in aliqua subtiliori cessula cerebrina, sed in ipsa Evangelii œconomia, atque autoritatibus Patrum, Sacerdotumque exemplis invenerunt; certe enim cum Angelus ad Joseph dixit: *Noli timere accipere Mariam Conjugem tuam, cum idem Joseph dicitur concessisse Bethlehæm cum Maria Uxore sua prægnante, cum idem à Judæis & à B. ipsa Virgine*



vocetur *Pater Christi*, cum ipse Evangelista Genealogiam Christi ab Abraham ad Joseph deducat: hæc omnia monstrant, Josephum cum Maria verum contraxisse Matrimonium, & quidem publice Ritibus Matrimonialibus apud Judæos consuetis. Si enim nudam habuissent Matrimonii de futuro promissionem, B. Virgo nec fornicationis præviæ suspicionem, nec Christi illegitimitatis notam evalisset; quæ tamen à Judæis nunquam objecta sunt. Et ideo huic sententiæ Patres subscribunt, fundaturque in communi ac perpetuo sensu Fidelium. Cum vero ab Ecclesia constanter creditum fuerit, B. Virginem ante- & post partum intemeratam Virginem permanisse; quin ex ejus admiratione ad salutationem Angelicam, *Quomodo fiet istud, quoniam Virum non cognosco?* in aprico sit, eam voto hanc suam Virginitatem Deo abstrinxisse (quam enim aliam causam admirandi habuisset Virguncula florens, & Virò desponsata, ad Nuntium Angelicum, quo non edicitur, *concepit* in præsentis instanti, sed, in futuro *concepit*, si propediem amplexum Sponsi experiri constitutum habuisset?). Accedunt facta Sanctorum, qui miris exemplis Virginitatem Matrimonio copularunt, uti Henricus, & Canegundis, Marciannus, & Pulcheria Angulli, &c. qui communi Fidelium sensu Conjuges habitus sunt & habentur. Ex his vero fundamentis omnia, quæ tum ex auctoritate, tum ratione opponi solent, facile dissolantur, & praxis Ecclesiæ circa Divortia, quantum ad solum torum ac cohabitationem, plene justificatur; si enim Matrimonii essentia cum pactis aut etiam votis de non tradendo usu corporis consistere valet, ut patet tum ex ratione adducta, tum Evangelica, ac Patrum auctoritate; multo magis subsistet in casu, in quo jus ex parte nocentis solum impeditur *quoad tempus*, vel etiam *in perpetuum*, facto tecto manente jure ex parte innocentis. Si enim *jus actuale* ad

copulant esset de essentia Matrimonii: ergo Matrimonia dissolverentur per Divortia temporalia quoad torum, apud Protestantés, & ab ipso Fleischero approbata; cum admittere debeant, partem nocentem hoc temporis intervallo non habere *jus actuale* ad petendum debitum, nec innocentem obligari ad ejus redditionem. Apparet ergo, quam inconferens Fleischerus dixerit separationem Conjugum quoad cohabitationem, evitatio- nemque copulæ carnalis cum *natura* Matrimonii pugnare; cum neutrum horum ad naturam ejusdem spectet, quemadmodum probatum est. Apparet præterea, quam temere, quam ingrate inflati isti ac inani Philosophia tuentes Protestantium Jurisconsulti Scholasticos Catholicos præcedentium Sæculorum de crassa ignorantia generaliter arguant, cum plurima sint, quæ ipsi multo accuratius subtiliusque tractarunt, quam ipsi, uti vel ex præsentis capite apparet. Et insuper, si plumas, quas isti grandiloquentes ab illis emutuarunt, repetere vellemus Doctorebus Catholicis, Cornicula in fabula fortassis remanerent. Nec tamen laudem doctrinæ Dominis Protestantibus generaliter inficias eo; fateor enim plures esse vera doctissimos. Sed in hoc tamen discrimen notabile inter illos, nostrosque Doctores intercedit, quod nostri traditionis à Pluribus acceptæ observantiores ab eorum sententiis non facile recedant; sed si quid in iis occurrat, quod prima fronte difficultatem habere videtur, non illico id rejiciunt, quemadmodum illi, sed potius latentem rei sensum studiosius indagare conantur: quo subinde fit, ut veritatem Patribus perspectam in rebus deprehendant, quam dum ignorarent, Patres Paradoxa loqui existimarent. Quam œconomiam cum plures à Protestantibus negligant, & abjectam de veneranda antiquitate ideam foventes in suo sensu abundare velint, in errores gravissimos labuntur; quemadmodum patet in præsentis

senti casu circa naturam ipsius Matrimonii, aliasque dispositiones circa illius indissolubilitatem à Christo factas. Et hinc consequitur, quod Jus Civile & Canonicum accuratius multo naturam Matrimonii expresserint, dum illud desinerunt, quod sit *Conjunctio Maris & Famine, perpetua seu individuum vite consuetudinem retinens*; quam Thomafius (cujus falsa profus est definitio) & Wolfius cum aliis, *Quod sit pactum, quod Mas & Famina ineunt de prole procreanda, & educanda*. Quas definitiones retulimus N. 2. & seq. h. t. Ex dictis liquidem in aprico est, Matrimonii essentiam, quam debet exprimere definitio, non consistere in *pacto illo*, sed in *nexu & conjunctiōne Maritali*, quam expresserunt Jura: nec pactum illud essentialiter ferri in jus proximum copulæ, seu procreandæ Proli, sed in dominium directum & reciprocum in corpus Consortis, ac individuum societatem: unde dicti Protestantés Matrimonium per causas & jura impedibilia ex eo consequibilia descripsérunt, non per ipsam essentiam, quam Jura expresserunt pro *tó Conjunctio*: quam vocem explicant per verba sequentis, *perpetuum, seu individuum vite societatem retinens*. Contingit ergo his novissimis Moralis Christianæ Reformato-ribus suo modo id, quod evenire solet sciolis illis opinificibus, qui superficialem ideam artis habentes, neglectis veterum Regulis, longa caraque sæpius experientia in manipulatione diversorum artefacto-rum statuminatis, ea volatili confidentia aggrediuntur, nec nisi post multos circuitus errorum deprehendant, Prædeces-fores non alia via ad generalia artis axioma, regulasque certas posteritati con-ferendas pervenisse; nam & hi Patrum regulas tum negligunt, tum vilipendunt, sed nec antiquos Philosophos magni facere solent, verum ingenii sui ab his quasi præjudiciis purgati ac nudi vim, aciemque pertentant; indeque generalia,

quibus reliqua Ethnicarum suorum recentissimarum capita superadificent, fundam-enta secure derivant; quasi vero ante Cælestis Moralis Magistri Adventum hoc idem non fecissent Ethnici Philosophi; & quasi homines isti novissimi, fidem quidem Christi jactantes, sed arcana ejus secundum amissam à Christo positam non scrutantes, de acuminis pro illis blandiri sibi possent subtiliori; & quasi Christus simplicissimæ Moralis abundantissima principia non reliquisset, Patrumque sanctissimorum conspiratio, ac Ecclesiæ tot Sæculorum centuriis maturata definitio non faceret apud hominem cordatum validiorem impressionem, quam prius multorum ex illis ratio, ejus miserata conditionem vel ipsa illorum totalis disconvenientia circa assignanda Juris Naturæ principia reddidit manifestam. Nam scopulum evitant Catholici utilissimæ hujus Facultatis Professores, qui in campis Juris naturæ, ubi ratio humana, veluti ætera Martha, sollicita est circa plurima, eisdem vexilla submitunt sacris Codicibus, non juxta spiritus privati interpretationem, sed ad mentem Ecclesiæ Romano-Catholicæ, quæ infallibilis veritatis columna est, intellectus bene gnari nec in illis, nec in illorum interpreta-tione, non tantum tot Sæculorum varia ac mira experientia, sed ipsius Spiritus S. assistentis gratia enucleata, nihil occursum, quod rationi sanæ repugnet, aut hominum istorum novis ac crudis opinionibus non sit, spectatis omnibus spectandis, excellentius, utiliusque immanens.

## §. III.

De Matrimonio post mortem Conjugis iterato, seu de secundis Nuptiis.

37. **M**atrimonium à Christianis legitime contractum ac consummatum, mortisque alterius Conjugis in-



teventu quoad vinculum dissolutum, juxta perpetuum sensum Catholice Ecclesie iterari toties quoties à Fidelibus potest ac potuit, tanquam res innoxia & licita.

Propositio probatur I. ex eo, quod contrarium sentientes, quales inter veteres hereticos fuisse Montanistæ, quibus se adjunxit Tertullianus, referens S. Augustino lib. de Heresibus cap. 26. & Novatianum, teste Theodoro lib. 3. Heret. Fab. c. 5. pro hereticis fuerint habiti. II. Ex claro testimonio Apostoli ad Rom. 7. v. 2. & 3. ubi: *Quæ sub Viri est Mulier*, inquit, vivente Viri alligata est legi: si autem mortuus fuerit Vir ejus, soluta est à lege Viri. Igitur vivente Viri vocabitur adultera, si fuerit cum altero Viri; si autem mortuus fuerit Vir ejus, liberata est à lege Viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio Viri. Et 1. ad Cor. 7. v. 39. *Mulier alligata est legi, quanto tempore Vir ejus vivit: quod si dormierit Vir ejus, liberata est, cui vult nubat, tantum in Domino.* Permittit igitur Viduis S. Paulus, ut cui voluerint, nubant: id vero procul dubio non permisisset, si ex se malum ac illicitum esset. Concordat v. 8. & 9. ejusdem capituli cum iis, quæ Christus Matthæi 22. v. 23. & sequentibus edixit. Hunc vero S. Pauli, quin Christi sensum Ecclesiam Catholicam illibatam semper retinuisse testatur SS. Patres, quos refert Tournelius: & 1. quidem S. Clemens Alexandrinus L. 3. Stromatum; Monogamia, inquit, quæ consistit in uno solo Matrimonio, honestatem admiratur, dicentes tamen, oportere aliorum misereri, & alterum alterius onera portare. -- De secundis autem nuptiis, si utaris, inquit Apostolus, jungere Matrimonio. Et postea: Si cui Apostolus propter intemperantiam & usionem ex venia secundum concedit Matrimonium, hic quoque non peccat quidem ex testamento: non est enim lege prohibitus, non implet autem summam illam perfectio-

nem, quæ agitur ex Evangelio. 2. Antiquus liber Pastoris, esto non hagiographus, primo tamen conscriptus Seculo: Si Vir, inquit, vel Mulier decesserit, & nupsit aliquis illorum, nunquid peccat? qui nubit, non peccat, inquit; sed si per se manserit, magnum sibi conquirat honorem apud Dominum. 3. Patres Concilii Generalis primi Nicæni Canone 8. inter condiciones, quas jubent à Novatianis redeuntibus ad unitatem Ecclesie observari, hanc unam esse volunt: Ut scripto profiteantur, quod Catholice & Apostolice Ecclesie dogmata suscipiant & sequantur; id est, & bigamiam se communicare, & his qui in persecutione lapsi sunt, Concilio Nicæno adimplurati. L. dicitur enim, ejus primus Canon, quem infra referemus, secundas nuptias vocat legitimas. 4. S. Basilii Can. 41. ep. ad Amphilochem: *Quæ, inquit, in viduitate potestatem sui habet, & Viri cohabitatur, ab omni accusatione libera est, si nemo est, qui Conjugium divellat, cum Apostolus dicat, si mortuus sit Maritus, libera est, ut nubat, cui velit, tantum in Domino.* 5. S. Gregorius Naz. Oratione 39. quæ est in sancta Lumina, Novatianum perstringens, loquitur: *An ne juvenibus quidem viduis propter ætatis lubricum inveniendi Matrimonii potestatem facis? At Paulus hoc facere minime prohibuit, cujus te scilicet Magistrum profiteris. — At hæc minime post Baptismum, inquit: quo argumento id confirmas? aut rem ita se habere proba: aut si nequis, ne condemnes.* 6. S. Chrysostomus Hom. 19. in ep. ad Corinth. Secundum, inquit, concedit Apostolus Matrimonium, tantum; dicens, in Domino. Quid est autem in Domino? Cum temperantia, cum honestate. S. Epiphanius hæresi 39. Cui, inquit, mortua uxore non sufficit, — is si alteram Uxorem duxerit — sacrarum Literarum autoritas ab omni culpa illos absolvit. Similia habet in expolitione Fidei. Idem testatur Theo-

Theodoretus; ut alii taceantur, lib. 5. hereticarum fab. c. 26. Ex Latinis vero Patribus. S. S. Ambrosius lib. de Viduis cap. 11. quem locum infra referemus. 9. S. Hieronymus ep. 30. alias 50. *Aperiant, queso, aures obtrectatores mei, & videant me secundas & tertias nuptias concessisse in Domino.* Et ibidem: *Omnia licent, inquit, post Apostolum, sed non omnia expediunt. Non damno digamos, imo nec trigamos; si dici potest, octogamos, &c.* 10. S. Augustinus lib. de bono viduitatis cap. 11. & 12. De tertiis & quartis & de ultra pluribus nuptiis solent homines movere questionem. Unde ut breviter respondeam, nec ullas nuptias audeo damnare, nec eis verendum numero statim asserere. 11. Denique Eugenius IV. in decreto pro instructione Armenorum suo & totius Concilii nomine sic loquitur: *Quoniam nonnullis asseritur quartas nuptias tanquam condemnatas respicere, ne peccatum, ubi non est, esse putetur, cum secundum Apostolum mortuo, Viri, Mulier sit ab ejus lege soluta, & nubendi cui vult in Domino habeat facultatem, nec distinguat mortuo primo, vel secundo, vel tertio, declaramus non solum secundas, sed etiam tertias & quartas, atque ulteriores, si aliquod canonicum impedimentum non obstat, licite contrahi posse.*

38. Quamvis autem Ecclesia secundas ultioresque Fidelium nuptias licitas constanter judicaverit, illas tamen generatim nec suavit exoptat, nec ex voto probavit, à quibus exceptisset, ut ablingerent Fideles.

Et quidem ipse Paulus 1. ad Corinth. 7. v. 8. ait: *Dico autem non nuptis, & viduis: bonum est illis, si sic permaneant.* Et v. 30. *Mulier alligata est legi, quanto tempore Vir ejus vivit; quod si dormierit Vir ejus, liberata est, cui vult nubat, tantum in Domino; beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum Consilium: puto autem, quod & ego Spiritum Dei habeam.* Ex Patribus vero Ter-

tullianus lib. 2. ad Uxorem, cum nondum ad Montanistas defecisset, cap. 1. *Apostolus, inquit, de viduis quidem & immptis, ut ita permaneant, suadet, cum dicit: Cupio omnes meo exemplo perseverare. De nubendo vero in Domino, cum dicit, tantum in Domino; jam non suadet, sed exerte jubet.* 2. Theophilus Antiochenus L. 3. ad Autolycum: *Penes Christianos, inquit, modestia & temperantia florent, continentia viget, unius Uxoris legitimum Matrimonium (monogamia) servatur, castitas colitur.* 3. Minutius Felix in Dialogo: *Non, inquit, pudorem non facie, sed mente præsumus: unius Matrimonii vinculo libenter inhaeremus, cupiditatem provocandi aut unam femina, aut nullam.* 4. S. Ambrosius N. precedenti, octavo loco citatus, lib. de Viduis cap. 11. *Pro consilio dicimus, inquit, non pro præcepto imperamus, provocantes potius Viduam, quam ligantes: neque enim prohibemus secundas nuptias, sed non suademus. — Plus dico, non prohibemus secundas nuptias, sed non probamus sæpe repetitas, neque enim expedit quidquid licet.* 4. S. Hieronymus ep. 91. alias 14. ad Gerontiam: *Quid igitur, inquit, damnamus secunda Matrimonia? minime, sed prima laudamus. Abjicimus de Ecclesia digamos? absit; sed monogamos ad continentiam provocamus.* Et infra: *Aliud est, inquit, quod vult Apostolus: aliud quod cogitur velle, ut concedat secunda Matrimonia, mox est incontinentia, non illius voluntatis. Dux sunt Apostoli voluntates: una qua precipit -- altera qua indulget -- vult nos permanere post nuptias sicut seipsam, -- si autem non viderit nolle quod ipse vult, incontinentiæ nostræ tribuit indulgentiam. Igitur continentiam eorum, qui pluries nubant, culpatur Hieronymus, non ipsas in se secundas, vel ultiores nuptias. Quam suam mentem clare expressit ep. 30. alias 50. ad Pammachium, quæ est apologia librorum adversus Jovinianum,*



in quibus castitatem & continentiam tot extulit laudibus, ut nuptiarum sanctitatem vellicare nonnullis videretur: locum ex illa N. precedenti octavo loco retulimus. 5. Denique S. Chrysostomus Hom. in hac verba Apostoli: *Mulier alligata est legi, exponens ista, quæ sequuntur; Si autem dormierit (Vir ejus) liberata est, cui vult nubat, tantum in Domino; sic loquitur: Et habentibus viros, & non habentibus, & viduis, & secundo nubentibus Marito, & omnibus simpliciter sermo ille est utilis; - quæ vero est libera, siquidem volu erit secundo nubere, non simpliciter neque temere hoc facit, sed cum legibus, quæ sunt à Paulo posite.*

39. Quin eo severior primorum Sæculorum disciplina progressa est, præsertim Ecclesiæ Græcæ, ut penitentia secundo nubentes multandos judicaverit.

Propositio constat ex Canonibus Conciliorum suorum Sæculorum, & quidem Canon tertius Synodi Neocesariensis: *De his, inquit, qui sepius nubunt, tempus quidem penitentia, quod bis constitutum est, observabunt: sed conversatio & fides eorum tempus abbreviabit.* Et Canon 7. Presbyterum, inquit, convivio secundarum nuptiarum interesse non debere, maxime cum præcipiatur, secundis nuptiis penitentiam tribuere. Quis ergo erit Presbyter, qui propter convivium illis consentiat nuptiis? Ancyranus item 19. Quicumque, inquit, virginitatem professens, professionem suam irritam reddunt, si bigamiorum definitionem implent. Hoc est, iisdem subiaceant penis, quibus bigami. Denique Laodicænis 1. De his, ait, qui secundum Ecclesiasticam Regulam libere ac legitime secundis nuptiis juncti sunt, nec occulte nuptiarum copulam fecerunt, oportet, ut parvo tempore transacto, vacent orationibus & jejuniis; quibus etiam juxta indulgentiam communionem reddi decrevimus. Hæc vero tria Concilia ante finem Sæculi IV. fuere celebrata. Penitentia

vero tempus in iis non determinatum posita determinavit S. Basilus, aut potius Ecclesiæ Græcæ, cujus disciplinam expressit S. ille Doctor in sua Canonica ad Amphiloichium ep. Can. 4. ubi sic loquitur: *Trigamorum & Polygamorum eundem Canonem definimus, quem in digamis proportionem. Annus enim in digamis, alii vero duos annos. Trigamos autem sepe tribus, & quatuor annis segregant. --- Consuetudine autem accepimus in trigamis quinquenni segregationem, non à Canone, sed ab eorum, qui præoccupaverunt, consequentia. Oportet autem non eos omnino ercere ab Ecclesia, sed dignari auditione duobus vel tribus annis; & postea permittit quidem consistere, seu in Fidelium esse Congregatione, à boni tamen communionem abstinere; & sic, postquam penitentia fructum ullum ostenderit, communionis loco restitueri. Severa certe disciplina, qua bigami, trigamique in Orientali Ecclesia castigantur. Sed nec mitior fuit in Occidente, teste Theodoro Cantuariensi Archiepiscopo in Capitulari N. 4. in Spicilegio tomo 9. Egberto Eboracensi Archiepiscopo in excerptis suis Can. 89. aliique. Et in Hispania ex decreto Concilii Toletani XIII. An. 1683. secundæ nuptiæ non permittuntur Reginis Hispaniarum. Sic enim habet Canon 5. *Nulli licebit superflitem Reginam sibi in Conjugio ducere, non sordidus contactibus maculare. Non hoc securus Regibus licitum, non etiam homini licebit esse permittum. Deinde, qui secus fecerit, ab omni Christianorum communionem excluditur eodem Canone. Idem decretum A. 691. confirmavit Concilium Cæsar-Augustanum III. Can. 5. atque ut faciliore negotio ad praxim reduceretur, statuit, ut deinceps relicta Principis superiorem sententiam illibato animo pudice servans, statim accersito ab hoc Sæculo Principe, vestem Sæcularem deponat, & alacri curiositate Religionis habitum assumat. Confestim, inquit, Pa-**

tres,

tres, in Oenobio Virginum mancipandam esse censemus. Dura profecto disciplina, quæ temporum lapsu non ita religiose fuit observata, quin in Ecclesia Occidentali profus evanuit; remanente pro bigamis sola irregularitate, & denegatione benedictionis Sacerdotalis, dum secundæ nuptiæ inveniuntur.

40. Pœnæ, quibus bigami, & à proportionem trigami, &c. juxta veterem Ecclesiæ disciplinam, in Oriente præsertim obtinentem, pledebantur, erant eorum ad brevius, longiusque tempus separatim quoad torum & cohabitationem, atque in ordine Penitentium redactio, ubi jejuniis & orationibus vacare debebant. Præterea Bigami irregulares habebantur ad sacros Ordines, privabanturque benedictione Sacerdotali, & corona, quin & eleemosyna Ecclesiæ.

Prima pars constat ex epistola S. Basilii ad Amphiloichium N. precedenti relata. Nec tamen existimet quisquam, Ecclesiam veterem, nuptiis secundis ulterioribus nade ac simpliciter spectatis, enumeratis decrevisse penitentias, hoc enim falsissimum est, cum has nunquam damnaverit, ut infra N. 41. late demonstrabitur; sed solam ita nubentium incontinentiam, impenitentiamque prudentissime præsumptam præ oculis habuit, ac castissimam intentionem Fideles à tali incontinentia absterrendi.

Secundam constantem observatam in Ecclesia testantur Veteres. Tertullianus lib. 1. ad Uxorem c. 7. *Quantum, inquietans, Fidei detrahant, quantum obstreant sanctitati nuptiæ secundæ, disciplina Ecclesiæ, & præscriptio Apostoli declarat, cum digamos non sinit præsidere, cum viduam allegi in Ordinem nisi univiram non concedit.* Origenes hom. 17. in Lucam: *Nec Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, nec vidua possunt esse digami.* S. Hieronymus ep. 91. alias 11. ad Ageruchiam, inquit: *Non solum enim ab officio Sacerdotii digamus exclu-*

ditur, sed & ab eleemosyna Ecclesiæ: dum indigna putatur sipe, quæ ad secundam Conjugia devoluta est. Hæc Ecclesiæ utriusque constans, ac in præsentem diem perseverans disciplina ortum habet ex doctrina Apostoli 1. ad Timoth. 3. v. 2. ubi ait: *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius Uxoris Virum, quod repetit ad Titum scribens cap. 1. v. 6. quam semper ita, ut jam dictum est, Catholica intellexit Ecclesiæ. Dicitur vero hæc irregularitas in Jure Canonico ex defectu Sacramenti, non quasi secundæ nuptiæ non fiat verum Sacramentum, sed quia non significant tam perfecte unionem Christi cum Ecclesiæ, quæ fuit unius cum una. Protestantes antiquiores locum Apostoli ita intellexerunt, ut Episcopus unam Uxorem habere debeat, quemadmodum vidimus lib. 3. tit. 3. N. 28. Id quod etiam sentire videtur Angliana Confessio, quæ Articulo 23. de Matrimonio Sacerdotum, ex hoc Pauli loco probare conatur, Sacerdotes, & Diaconos primo Sæculo Uxoratos fuisse, & infra eundem textum Pauli vocat Dei Verbum & mandatum. Quem sensum à mente Apostoli alienissimum exclamamus L. cit. Recentiores vero, præsertim à Sæculo, famosi Jurisconsulti, ut Ecclesiæ tum Græcæ, tum Latine erroris in attingendo sensu Apostoli labem nihilominus affricent, nec tamen in crassum errorem suorum Prædecessorum, quasi nimirum Apostolus L. cit. præceptum Clero dederit conjugendi statum suum cum Matrimoniali, impingant; dicunt, S. Paulum L. cit. solum velle, ne bigamus simultaneous in Episcopatum assumatur, sed si Uxoratum assumere velit Timotheus ille, uni tantum Uxori sit copulatus, sive deinde illa sit prima, sive secunda, sive tertia. Et hanc mentem Pauli ex circumstantiis temporis, quo vixit ille ac prædicavit, erueri volunt; ait enim Fleischerus in suo Jure sæpe cit. c. 8. §. 25. ea tempestate non solum apud Judæos,*



verum etiam apud Gentiles Polygamiam simultaneam in usu fuisse; quia vero facile contingere potuit, similes Polygamos ad Ecclesiam accedere, hinc Paulus voluit, ut Episcopus unam solum Uxorem haberet, atque hoc in passu aliis bono exemplo praeiret. Rationem vero, quare hoc Paulus voluerit, addit Fleischerus; quia multo melius, atque ad pacificam & consolatoriam vitam condicibilis est, habere unam Uxorem, quam plures. Quae ex ratione aliqui existimant, Sacerdoti Magno apud Hebraeos Polygamiam simultaneam interdictam fuisse, pergit idem, citatque Seldenum de Uxore Hebraica, & Hildebrandum de Nupt. vet. Christi. Sed quam falsa nihilominus sit haec Recentiorum Protestantium opinio, quam vera de contra utriusque Ecclesiae à primis Saculis ad nostra usque tempora fore sententia, Paulum nimirum L. cit. expresse praecipere ne assumatur in Episcopum nisi ille, qui vel unam tantum habuerit Uxorem, aut unam, eamque primam ac Virginitatem acceptam Uxorem habeat, patet primo ex ipso Apostolo; hic enim cit. ep. ad Timotheum c. 5. v. 9. Viduam ad sacrum Ministerium eligi vult non minus 60. annorum, quae fuerit unus Viri Uxor: qui textus ut in sententia Fleischeri cum priori cohaereat, inferri oportet, quod tempore Pauli non solum Polygamia, seu Uxorum pluralitas, verum etiam Polyandria, seu pluralitas virorum, & quidem non tantum apud cultas per leges Romanas Gentes, quales fuerant Graeci, sed apud ipsos quoque Iudaeos in usu, & quidem notorio fuerit, per viduas univiras, sicut polygamia per Episcopos monogynos corrigenda; quod absurdissimum est, ac usque ad ista ingeniosiorum hominum tempora in Ecclesia inauditum. Videantur dicta hoc lib. N. 2. & seq. Secundo, quia Apostolus ibi describit Episcopum, qualis debeat esse non tantum pro cunabulis Ecclesiae, in quibus Polygami actuales tam ex Iudaeis,

quam ex Gentilibus ad Ecclesiam fortasse convertebantur, sed pro perpetuis temporibus, ut manifeste patet aspicientes loca Apostoli tum ad Timotheum, tum ad Titum: non igitur tantum exclusit ab Episcopatu illos, qui ante baptismum plures tum habebant actu Uxores, sed etiam Polygamos successivos; cum Polygamia actualis sublata sit per Christum pro sua tota Ecclesia, ut supra N. 16. vidimus, non vero successiva. Tertio, quia Origenes, & Tertullianus, & alique Patres communiter textum Apostoli explicant de bigamia successiva. Tertullianus quidem lib. 1. ad Uxorem cap. 7. Quantum, inquit, Fidei detrahant, quantum obstreperant sanctitati Nuptiae secunda, disciplina Ecclesiae, & praescriptio Apostoli declarat, cum digamos non sinit praesidere, cum viduam allegi in Ordinem, nisi univiram, non concedit. Origenes item Hom. 17. in Lucam: Nec Episcopus, inquit, nec Presbyter, nec Diaconus, nec vidua possunt esse digami. S. denique Hieronymus ep. ad Ageruchiam 91. alias 11. Non solum enim, inquit, ab officio Sacerdotii digamos excluditur, sed & ab eleemosyna Ecclesiae; dum indigna putatur stipe, quae ad secunda Conjugia devoluta est. Jam quare ex Fleischeri: quis sensum Apostolici textus melius attigerit, ipsene cum aliis collegis suis novissimorum temporum hominibus, an primi & secundi aerae Christianae Saeculi Patres, ac Ecclesia ipsa, de cuius disciplina Tertullianus Saeculi III. initio testatur? Certe, apparet licentiosiorum hominum hominum scripta, prima fronte speciosa, contradictionibus atque absurdis multis esse reserta, si penitus insuspiciantur; id quod in praesenti iterum elucet. Si enim Paulus L. cit. illum locum vult fieri Episcopum, qui non habuerit, vel habeat duas simul Uxores; ergo etiam intelligendus venit, quod non velit eligi Viduam vel Diaconissam, quae simul habuit duos Viros; quae autem femina, praesertim

ferim apud Iudaeos, tempore Pauli unquam simultaneae duobus Viris copulata existit? Et si secundo Paulus vult Episcopum esse monogynum, ut aliis exemplo praeluceat; ergo in primitiva Ecclesia dabatur Christianam, qui post baptismum ab Apostolis, vel Apostolicis Viris permittebantur plures Uxores retinere, ab Episcopis exemplari monogynia ad frugem revocandi: quod impium est sentire, cum Christus Lege Evangelica Polygamiam positiva lege sustulerit, nec contrarii moris ullum proflus exstat vestigium, nec nisi blasphemae asseri possit, Apostolos attentatum contra expressam Legem Evangelicam permisisse ac dissimulasse.

Quantum ad tertiam partem sciendum est, vetustissimum morem in Ecclesia Latina esse primo nubentibus à Sacerdote impendi benedictionem, apud Graecos vero coronam. Secundo igitur nubentes hac benedictione apud Latinos privatos fuisse, Saeculo V. testatur S. Casarius Arelatensis serm. 289. in appendice novae edit. operum S. Augustini, inquit: Qui Uxorem accipere optat, sicut illam Virginem invenire desiderat, ita ipse usque ad nuptias Virgo sit; quia si non fuerit, benedictionem accipere cum Sponsa non merebitur. Item Ambrosius ad caput 7. prioris ad Corinth. Prima nuptiae, inquit, sub benedictione Dei celebrantur solemniter, secunda autem & in pietate carent gloria, id est, benedictione. Idem quoque testatur Synodus Lateranensis sub Alexandro III. tit. de secundis Nuptiis c. 1. Apud Graecos vero corona non fuisse donatos bigamos, constat ex Ep. Theodori Studite ad Naucratiun, apud Allatum L. 3. de perpet. Conf. Eccl. Occid. & Orient. c. 13. Ibi ostendit coronam Conjugibus imponi in signum victoriae, quam ex voluptate & intemperantia reportarunt. At secunda Nuptiae, inquit, tametsi permittuntur, pena castigantur; quomodo enim coronatione digni sunt,

quae non vincunt, sed vincuntur? Contrariam nihilominus proxim aliquando obtinuisse testatur Nicetas Metropolitae Heraclensis in responsis ad interrogata Constantinensi Episcopi apud Goarrium pag. 401. adversus quam corruptelam & abusum summo zelo infuraxit mox citatus Theodoros Studita. Deinde bigamos etiam eleemosynis Ecclesiae privatos fuisse testatur paulo ante citatus S. Hieronymus ep. ad Ageruchiam. Hanc utriusque Ecclesiae aeternam censuram Fleischerus L. cit. §. 27. his formalibus: Hinc nullatenus comprobandum, dum in Romana Ecclesia illis, qui post fatum Consortis secundo, aut tertio nubunt, Benedictio & Matrimonium interdicuntur, Die Benedictio et Che vesuzet miri c. 3. de secundis nupt. Parochusque, qui hoc attendit, ab officio suspenditur c. 1. eod. quoniam tota hujus aeternae ratio falso principio innidit, Matrimonium esse Sacramentum, hoc vero iterari non posse, Dieser (Sacrament) aber tonne nicht wiederholen merden: sed quod benedictio, quam Consortis in primo connubio fortitus est, etiam in secundo vigorem suum retineat, & praeterea figura Sacramenti non sit adaequata, quia Christus unicum Sponsam habuit, id quod representat Conjugium. Dux propositiones Fleischeri in hac censura notandae veniunt. Prima est, quod Romana Ecclesia secundo nubentibus non tantum benedictionem, verum etiam Matrimonium interdicat. Secunda quod eadem Ecclesia iudicet, Sacramentum Matrimonium iterari non posse, sic enim sonant ejus formalia Germanico charactere, quo suas insinuationes conscripsit, à me expressa. In his liquidem, praeterquam quod contradictoria aperte scribat, dum subdit: Ecclesiam ideo non dare benedictionem in secundo connubio, quod in primo accepta vigorem suum retineat; & consequenter dicit, Ecclesiam Romanam secunda connubia admittere, sed absque benedictione; aversum



sum erga illam animum aperte prodiit. Si enim circa primam propositionem non laboravit crassa ignorantia, quod Ecclesia Romana damnantes secundas nuptias non semel anathematizaverit, ut jam monstravimus, fraudulenter certe processit; dum id, quod obscurius de hac re expresserunt aliqui Patres, quos infra referemus, pro sententia Romanæ Ecclesiæ, suis Auditoribus, orbique literato-obstrudere ausus est, quotidiana Ecclesiæ praxi contraria confusus. Nec aliter videtur affectus fuisse scribendo secundam propositionem; videtur enim legisse glossam in cap. 3. de sec. Nupt. à se citatum, quæ ad illa verba capituli, eorum benedictio iterari non debet, ita habet: *Sacramenta enim iterari non debent.* Ex quo conclusit, Ecclesiam Romanam docere Matrimonium iterari non posse. Quasi vero Glossæ sententiæ sint ipsi sensus Ecclesiæ, quamvis verba Glossæ recte in margine explicentur vera esse de Sacramentis imprimantibus characterem: atque ad cap. 1. in eodem margine notetur: *Neque benedictio illa est Sacramentum, aut pars Sacramenti;* quod & tenent ii, qui Sacerdotem volunt esse Ministrum hujus Sacramenti, ac verba copulativa Sponsorum ab ipso prolata ejusdem formam; nam benedictio ista, de qua agimus, est distincta ab illa prolatione formæ, *Ego vos Conjungo, &c.* quamvis cum Petro de Marca existiment, apud veterem Ecclesiam, in qua talibus nuptiis Sacerdos adesse prohibebatur, illas quidem fuisse ratas ac legitimas in ratione contractus, sed veri Sacramenti rationem non induisse, cum privarentur præsentia Sacerdotis, tanquam hujus Sacramenti Ministri. Cæterum utraque Ecclesia hac æconomia utitur, ut ostendat secundas nuptias sibi non æque probari ac primas. Alias congruentias hic adducere non est necesse.

41. Patres secundo, & præsertim plures nubentibus non tantum poenitentias

injuncterunt, verum etiam aeternam ac vehementissimo stylo eos infernali sunt. Eorum tamen mens, si penitus inspicatur, ac debita cum reverentia interpretetur, longe abest à Montanistis, aliiisque hæreticis secundas nuptias damnantibus.

Prima pars, quæ totidem quasi objectiones Protestantium continet, probatur præferendo testimonia Patrum. Et 1. quidem Athenagoras legatione pro Christianis ante finem ait: *Ut natur est unusquisque nostrum, manet, vel unicis copulatus nuptiis; secunde quippe decorum sunt adulterium.* Et paulo post: *Qui seipsum priori Uxore privat, licet mortuus, adulter est, quamquam dissimulante transgrediens quidem manum ac opus Dei; quoniam à principio Deus virum unum & mulierem unam formavit.* 2. S. Irenæus lib. 3. adv. Hæreses c. 17. alias 19. *Samaritanæ illi, inquit, prævaricatrici, quæ in uno Viro non mansit, sed fornicata est in multis Nuptiis.* 3. S. Clemens Alex. Lib. 3. Stromat. Si quis, ait, Matrimonium audeat dicere fornicationem, rursus Legem & Dominum infestans, maledictis impetit. Quomodo enim avaritia, & plura habendi cupiditas dicitur fornicatio, ut quæ adversatur sufficientiæ, & ut Idololatria est ex uno in multis Dei attributio, ita fornicatio est ab uno Matrimonio ad plura prolapsa. 4. Origenes Hom. 17. in Lucam: *Nunc vero secundæ, & tertię, & quartæ nuptiæ, ut de pluribus tacemus, reperitur, & non ignoramus, quod tale Conjugium ejicit nos de regno Dei.* 5. S. Gregorius Naz. Orat. 3. expendens illa verba Apostoli ad Eph. 5. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia, sic ait: Quod si secundam prohibeat (Uxorem Apostolus), de tertia quid dicendum est? primum lex est, secundum venia & indulgentia, tertium iniquitas. Qui autem hunc numerum excedit, porcinus plane est, utpote ne multa*

ta quidem vitii exempla habens. 6. S. Basilii Ep. Canonica ad Amphil. Can. 4. *Id autem (trigamorum Conjugium), inquit, non amplius Conjugium, sed polygamiam appellant (Majores nostri) vel potius castigatam fornicationem.* Confirmatque suam sententiam, sicut S. Irenæus, exemplo Samaritanæ, inquiens: *Et ideo Dominus Samaritanæ, quæ quinque maritos jam habuerat: Quam nunc, inquit, habes, non est maritus; nempe quod digni non sint, qui à digamig mensura exciderunt, ut vel mariti, vel uxoris nomine appellentur.* Ubi notandum, S. Patrem hoc loco non suam, sed Majorum suorum, seu Ecclesiæ Græcæ sententiam promere. Idem S. Pater Can. 50. tertias nuptias, lege Porphyrogenetæ & Constantini M. permissas, ait, lege Ecclesiastica non approbari, sed soluta ac profusa fornicatione expeti. 7. Chryostomus Hom. 32. operis imperfecti in Matth. Apostoli, inquit, præceperunt quidem secundas adire nuptias propter incontinentiam hominum: nam secundam quidem accipere secundum præceptum Apostoli est: secundum veritatis autem rationem vere fornicatio est: sed dum permittente Deo publice & licenter committitur, fit honesta fornicatio. 8. Inter Latinos Patres S. Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum sic loquitur: *Tolerabilius est (fœminam per alterum, & tertium Matrimonium) uni homini prostitutam esse, quam multis (per scortationem vagam), siquidem & illa in Evangelio Samaritanæ sextum se maritum habere dicens, arguit à Domino, quod non sit Vir ejus, ubi enim numerus maritorum est, ibi Vir, qui proprie unus est, esse desit.* Et in Ep. ad Ageruchiam, narrata historia mulieris Romanæ, quæ vigesimum secundum duxerat maritum, ei adaptat, quod Christus Samaritanæ dixit: *Iste non est tuus.* Pergitque ibidem: *Digama in quærit numero? imo extra numerum. Certe in bona terra non oritur, sed in vepri-*

bus, — ut in eo se patet esse laudabilem, si scortis melior sit, si publicorum libidinum victimas superet, si uni sit prostituta, non pluribus. 9. Denique eadem fuit doctrina Herardi Archiepiscopi Turonensis, qui An. 858. inter capitula ex antiquis Canonibus collecta istud inseruit N. 111. *Nullus Laicorum plus quam duas Uxores habeat; quod vero extra est, ad adulterium pertinet.* Hæc sunt, quæ durius equidem Veteres de secundis & tertiis nuptiis dixerunt; sed emollienda & benigne exponenda, quod præstabitur in probatione secundæ partitis allatæ propositionis. Ad dicendum vero ibidem robor requisitum conciliandum, generalia hic præmittemus ex Tournello, quæ Sanctissimorum ac Doctissimorum horum Patrum expositioni favent; & sumuntur 1. ex aliis eorundem Scriptorum verbis à nobis N. 37. relatis, quibus aperte favent dogmati Catholico, nisi velimus eos sibi manifeste contrarios fuisse, quod de tantis suspicari nefas. 2. Ex publica & ab omnibus Orthodoxis recepta professione Ecclesiæ, quæ ad secundas & ultiores Nuptias suos admittebat, ut supra pariter vidimus, quos certe non admisisset, si illas velut noxias & per se malas habuisset: at verisimile non videtur, tot exitus Doctores, in rebus Religionis tam versatos aut ignorasse, aut impugnantem voluisse publicam Ecclesiæ circa secundas & ultiores Nuptias fidem ac doctrinam. 3. Ex consilio, seu scopo illorum, toti scilicet in eo sunt, ut dampnent incontinentiam & intemperantiam, ex qua decuntur multi, ut ad secundas & ultiores Nuptias convolent: in qua redarguenda tanto ardoris impetu abrepti sunt aliquando, ut ipsismet in se ipsis Nuptias culpasse vili sint. *Vebemens quippe cum adversariis contentio,* ait Theodoretus Dial. 3. qui inscribitur Impatibilis, *facit, ut modum excedant;* quod familiariter ibidem comparatione illustrat; inquiens: *Hoc & evenire solet iis, qui a-*  
bures



bore colunt. Cum enim incurvam plantam viderint, non solum ad rectam normam erigunt, sed in alteram quoque partem ultra directum inflectunt, ut per nimiam in contrarium inclinationem ad rectum statum perducatur. Ita evenit aliquando, ut dum Ecclesiastici Scriptores toti occupantur in aliquo errore resellendo, astu disputationis longius abrepti, nonnihil proferant, quod in errorum oppositum duci videtur. Sic dum S. Augustinus liberum arbitrium defendit contra Manichæos, visus est aliquando vim & efficaciam gratiæ elevasse cum Pelagianis; quamquam certissimum sit, eum ab utroque extremo, & vitioso errore fuisse alienum. Sicut igitur æquitas postulat, ut ea, si que ipsi exciderint, paulo diutiora verba, benignius interpretemur; ita in presenti argumento pariter agendum, atque ad unam pluries nubentium incontinentiam, & intemperantiam referendum, quodquid Veteres de ipsis nuptiis pluries repetitis duxisse vili sunt, quas & adulteria, & fornicationes, & sordes appellant, non quidem propter se ipsas nude ac simpliciter spectatas, sed propter effusam nubentium incontinentiam, que in nuptiis toties repetitis seipsum prodit & manifestat. Patebit id maxime ex explicatione allatorum testimoniorum. Quare

1. Ad auctoritatem Athenagoræ dico, illum Apologiam pro Christianis apud Imperatorem dixisse, ut dilueret falsam illam Gentilium accusationem; Christianos scilicet in suis Synaxibus nefandis voluptatibus operam dare, & consequenter solum offendere voluisse, Christianam institutionem tam alienam esse ab omni turpitudine, ac immunditia, tamque temperantiæ & continentiæ amatam, ut etiam secundas Nuptias diluadeat, velut minus perfectas, & aliquam incontinentiæ speciem præferentes: unde & eas *speciosum adulterium* appellat, dura profecto, & maxime impropria lo-

quendi ratione, ac suo accommodata consilio, que proinde ad apicem literæ hic urgeri non debet. Aliam subiungit Tournelius Athenagoræ explicationem, que ibi videri potest. 2. Ad Irenæi testimonium respondeo, illud non esse ad rem nostram; mulier quippe Samaritana, iuxta multorum interpretationem, veros ac legitimos non habuit Maritos, sed adulteros, aut concubinos: merito igitur Christus Joan. 4. v. 18. ipsi dicebat: *Quinque Viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus Vir.* At verus est Maritus, sive secundus ille sit, sive tertius, &c. qui servatis Ecclesiæ legibus nubit cum Vidua. 3. Ad S. Clementem dicit Tournelius, illum eo ipso sensu secundas & ultiores Nuptias fornicationem appellasse, quo & avaritiam & idololatram, videlicet metaphorice, propter communem ita nubentium incontinentiam. 4. Origenes vero, pergit idem, Hom. 17. in *Lucam* per Regnum Dei, à quo bigamos excludit, non intelligit simpliciter vitam æternam, que posita est in visione Dei clara, & intuitiva, sed sublimiorem quandam felicitatis gradum, quo privandos fore Bigamos existimat, utpote qui minus perfecti sunt. Pergit enim ibi: *Puto digamum non esse de Ecclesia, & de eo numero, qui non habet rugam aut maculam, sed esse de secundo gradu, & de his, qui invocant nomen Domini, & qui salvantur quidem in nomine Jesu Christi, nequaquam tamen Coronantur ab eo.* Salvantur ergo Bigami, iudice Origene, sed non coronantur, corona ministrum accidentalit. 5. Ad S. Gregorium dicit idem: S. Gregorius Naz. tertius, quartas, & ultiores Nuptias actius reprehendit, quam secundas, non præcise ratione sui (eadem enim est ratio illarum omnium, si ad intrinsicam & substantialem nuptiarum bonitatem & honestatem attendatur, ut patet ex ipso S. Gregorio supra N. 37. allato), sed ratione incontinentiæ, & intemperantiæ,

tantæ, que longe major est, ac Porciaam indolem, ut ait Naz. referre melius videtur in tertius, quartis, & ulterioribus Nuptiis, quam in secundis: unde eas *iniquitatem* appellat, non quidem in se, sed in causa, ex qua profluunt. 6. Eodem sensu exponit S. Basilium Tournelius, quamvis fateatur non deesse, qui malint hanc ejus lapsam fateri, quam disorta explicatione mollire. Arcadius nihilominus de Matrimonio L. 7. c. 28. probat, in mente S. Basilii secundas Nuptias proprie non esse fornicationem, alias sic conjunctos separandos esse censuisset, quos tamen non separat. Improprie igitur eas Nuptias *Sordes* appellat, & inquinamenta, nempe propter incontinentiam eorum, qui plures Nuptias appetunt. Que sententia Arcudii confirmari potest ex eo, quod idem S. Pater N. 37. à nobis relatus alteras Nuptias in se absolute ac indefinite probet. 7. Que opponuntur ex Homil. 32. *Operis imperfecti*, non sunt S. Chryostomi, sed alicujus heretici hominis, inquit Tournelius; pergitque: *Vel ipse locus, unde petitur objectio, sufficeret explodendo huic Scriptori: contendit enim secundum Matrimonium in rei veritate fornicationem esse, permittente tamen Domino illud esse licitum; quasi fornicatio, que per se intrinsece mala est, possit unquam à Deo permitti & licita fieri.* Apage ineptias illas. Alias Notas indubitatas, que arguant laudatum opus ab aliquo heretico certissime saltem interpolatum, adfert Bellarminus de *Scriptoribus Eccl.* in Chryl. quarum una est, quod Homil. 4. habetur *Spiritus S. esse Ministrum Filii; & Homil. 48. Homosiani numerentur inter Hæreticos*, quamvis exæroquin librum doctum fateatur. 8. Sed nihil etiam justificat præconsideranda ad intelligentiam optimorum Patrum in fine membri primi hujus propositionis ex Tournelio data, quam auctoritates S. Hieronymi ab Adversariis allatæ, cum præjudicia, zelo

suo in libris contra Jovinianum lxxix. sibi conciliata, ipse in suis Apologiis N. 37. relatis manifeste ad nostrum iutentum amoliat. Et quæ cordatos Protestantes, an non persuasum habeant actus conjugales ob solam delectationem cupitos & attentatos esse semper malos? Secundo an non oppido multi, præsertim tertio, quarto, & in Hieronymi exemplo vigesimo secundo Nuptias ineutes, ex hoc limpido motivo Nuptias iterent? Quid igitur mirum, si Patres zelo Domus Dei devotius similia Matrimonia *bonestas fornicationes* vocent? Unde denuo immergissimum se se in illos gessit sæpe laudatus Fleischerus Berolinensis Juris Consultus, dum in sua *Introductione in Jus Canonicum* Lib. 2. cap. 8. §. 26. circa præsentem materiam scribit: *Quoniam vero Patres Ecclesiæ sanam moralem haud intellexerunt, hinc superos nequientes, Acheronta movebant, tantum ut sustinere valeret, secundas ac iteratas Nuptias repugnante sacris Legibus ac sanæ rationi.* Et inulto magis peccavit, dum obcuriorem hanc quorundam Patrum mentem, à Scholasticis nostris nihilominus solide explicatam, sententiam effudit *Ecclesiæ Romano-Catholicæ*, secundas Nuptias damnantem, ut supra N. 40. in fine indicavimus.

42. Tertias, imo & quartas Nuptias nulla Lex Imperialis rigorose prohiberet apud Grecos ante Basilium Macedonem IX. sæculo; sed ipse primus omnium tertias illicitas fecit, & quartas plane nullas & irritas.

Dixi rigorose, nam ut admonet Zonaras in Canonem 10. Ep. S. Basilii ad Amphil. ubi ait, *Trigimesa Lex non est*, S. Pater intelligi debet de lege *Ecclesiastica* & spirituali; per Novellam enim Porphyrogenetæ & Imp. Constantini tertie Nuptiæ permittæ erant, quamquam non sine aliqua nota & multa, ut observat idem Zonaras. Novella vero Basilii exstat lib. 2. Juris Orientalis, titulumque



que præferret: Non licere ad quartas Nuptias transire. In ea refert Imperator, præcis scriptam Legem fuisse, imò à Justiniano confirmatam, per quam usque ad quartas Nuptias iis, qui volunt, Matrimonia protenduntur: se vero, ne præcis legibus acquirat, lege divina impediri: quapropter Matrimonium quartum ita vetare, ut etiam tertium ad Ecclesiasticos Canones ablegat. Tandem Novellam ita concludit: *Manifestum omnibus esto, quod si quis ausus fuerit ad quartas Nuptias, non Nuptias accedere, non solum pro nullis habebuntur hæ Nuptiæ, nec liberi ex iis procreati pro legitimis agnoscentur; verum etiam ipse penis pollutorum sortationis sordibus subicietur, ejusmodi videlicet Personis à se invicem separatis.* Fallitur haud dubie hæc in Constitutione Imperator, dum inquit lege divina tertias & quartas Nuptias prohibitorum esse, nec mentem Canonum, Sanctorumque Patrum, de quibus N. præcedenti, assecutus est; dum vero ait, Præcis scriptam legem fuisse, per quam usque ad quartas Nuptias iis, qui volunt, Matrimonia protenduntur; quartas Nuptias inusitatas fuisse in Oriente, ac lege Civili prohibitas inquit; unde & S. Basilii, dum cit. ep. Canonica ad Amphilochem Canone 4. in triginta invehitur, ex eadem ratione de quartis Nuptiis nullam mentionem facit.

43. Simulscrum quoddam spurium Matrimonii legitimi est Concubinatus. Concubinatus, ut olim à Jure Civili permittitur, defuncti Juris Consulti, esse assumptionem Mulieris, cum qua Matrimonium interdictum non est, à solo solius concubitus, ac incontinentiæ vitandæ causa ita factam, quod illam unicam & solum ex hoc sine secum habere velit. Ex qua definitione patet, inter Uxoratum, & mulierem adscititiam, item inter lege vetitos Matrimonia in simul contrahere, & nihilominus consuetudinem carnalem habentes, quamvis phy-

sicum, non tamen civilem existere concubinatum.

44. Concubinatus ita definitus Jure Civili ante-Justiniano ut licitus permittitur est.

Propositio patet ex toto tit. ff. & C. de Concubinis, quorum leges non tantum perpetuos, seu ad vitam Consortis durantes, sed ipsos temporarios concubinatus iustificat; sic enim habet Lex 1. ff. de Concubinis: *Quæ in concubinato est, ab invito Patrono poterit discedere, & alteri se aut in Matrimonium, aut in concubinatum dare.* De quo vide notas Gothofredi ad hæc & alias ejusdem Tituli Leges.

45. An Leges istæ Civiles, concubinatum temporarium iustificantes, per Novellas Justiniani, ac Leonis sublatae fuerint, dubitant aliqui; probabilius tamen est eas fuisse ablatas.

Ratio dubitandi illis infidet, quia Justinianus Nov. 6. c. 1. §. 3. item 123. c. 1. & 12. præterea Nov. 5. c. 7. Concubinas Episcopis & Clericis interdicit, nullam mentionem Laicorum faciens, qua specifica prohibitionem Jus Digestorum quantum ad concubinatum Laicorum non videtur abrogatam. Accedit quod Nov. 12. c. 4. Nov. 18. c. 5. item 117. c. 2. & 3. concubinatum non obscure permittant. Sed quicquid sit de mente Justiniani, Leonem Sapientem Saculo IX. illas leges sustulisse patet ex ejus Constit. 91. cujus titulus est, *ut concubinam habere non liceat.* Imprimis in hæc Constitutione dicit Leo, quod ea Lex, qua probe se cum concubinis inmisceri non erubescitibus id permittentium judicavit, honestatem susque deque habuerit. Nec ergo, ait, hoc Legislatoris erratum dedecore nostram Republicam officere sinamus, itaque Lex illa in æternum silio. Rationem deinde subjicit: *Ab illa enim non solum Religioni, verum etiam naturæ injuria secundum divinam Christianis convenientia præcepta prohibemur.* Evidenter hic supponit

ponit Imperator concubinatum illum, quem Lex Civilis non puniebat, sive tolerabat, esse vetitum jure divino, quod & intendere poterat Justinianus, dum eundem concubinatum Clericis interdixit: quo stante leges ejus ad Laicos non expressis probabilibus extenduntur, eo vel maxime quod alie ejus Novellæ, in eorum favorem adductæ, non nisi obscure loquantur. Et gratis dicitur, Leoninam Constitutionem per se juris auctoritatem non habere, & consequenter nec vim abrogandi Constitutiones Justinianas, cum eadem tum ex parte Authoris, tum ex parte Promulgationis nihil desit ad hunc effectum operandum.

46. Non est dubium, Patres & Ecclesiam non tantum concubinatum inter eas personas, inter quas secundum præscriptam Canonum Matrimonium subsistere nequit; verum etiam illum, quem Jus Civile admisit, seu temporarium constanter condemnasse.

Patrum testimonia refert Gratianus, & quidem S. Augustinus apud eundem dist. 34. Can. 6. ita habet: *Sufficiant vobis Uxores: Concubinas vobis habere non licet. Audiatur Deus, si vos surdi estis: audiant Angeli ejus, si vos contemnitis, Concubinas vobis habere non licet. Si audiant competentes, quod dico Fideliibus, non habetis Uxores, non licet habere Concubinas, quas postea ducatis Uxores: quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & Concubinas, & Uxores dimittatis.* Hunc locum à Gratiano mutilate retatum ex originali in suum ordinem ita restituerunt Correctores Romani, ut ibi notant. Alias in hæc rem auctoritates vide in ead. dist. 34. & apud Mendoz. l. 2. de Conf. Conc. Eli. c. 8. quibus junge severissimum in concub. decretum Conc. Trident. Sess. 24. c. 8.

47. An & qualis concubinatus ab Ecclesia olim sit toleratus, gravis est controversia, non tantum inter Protestantem & Catholicos, sed inter Catholicos ipsos.

Jure Canonico permittitur esse concubinatum, ut oppositum Matrimonio, censet Helfricus Hunnius variarum resolutionum Juris Civili lib. 1. Tr. 3. q. 5. Si nimirum præter tres conditiones à Jure Civili requiritas; quarum prima est: *Ut consistat inter solutum & solutam, sive inter castes.* 2. *Ut illi non sitorum procreandorum, sed pro incontinentia solius concubitus causa jungantur.* 3. *Ut ea fide media jungantur, ut nec ille cum altera, nec illa cum altero idem faciat.* Etiam quartam habeat, ut nimirum Concubina non ad tempus assumatur. Sed personæ modo in secunda conditione descriptæ usque ad mortem alicujus eorum copulentur; nec prolis generatio, esse non intenta, quocumque modo impediatur. Concubinatum his quatuor conditionibus restrictum Jure Decreti permittitur contendit Hannius auctoritate Can. Tolet. 6. 32. q. 2. in quo refertur auctoritas Augustini ex lib. de Bono Conjugali, quæ talis concubitus honestatur. Quamvis mentem Augustini in quarta conditione non assequatur, cum supponat S. Doctorem mulierem ita ductam censere Concubinam, quod longe esse à mente S. Augustini infra demonstrabitur. Accedit, quod eadem conditio in ejus libro male efferatur: sic enim est impressa: *Ut concubina non ad tempus duntaxat, sed eo usque assumatur, donec alii digniori accipiatur;* in quo errorem typi ipse agnosco, cum loco *Sed*, restituenda sit particula copulativa *Et*, ut conditio hæc conformis sit textui S. Augustini, & menti Hannii, quam proinde meis verbis reddidi. Alii Heterodoxi, inter quos est Hermannus Hammelmannus apud Mendozam Lib. 2. de Confirm. Concilii Eliberitani c. 8. censent vetera Concilia concubinatum inter solutos, nec habere prohibitos, præscindendo ab Augustiniana restrictione, permittisse. Fundant se isti in Canone 17. Concilii Tolet. 1. rel. dist. 34. c. 4. cujus integer tenor ita sonat:



Si quis habens Uxorem Fidelis, Concubinam habeat, non communicet. Ceterum is, qui non habet Uxorem, & pro Uxore Concubinam habet, à communione non repellatur, tamen ut unius Mulieris, aut Uxoris, aut Concubine (ut ei placuerit) sit conjunctione contentus. Alias vivens abjicitur, donec desinat, & ad penitentiam revertatur. Concordat c. 5, ejusdem dist. 34. ex Isidoro, qui lib. de distantia novi & Vet. Test. ait: Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi usam tantum, aut Uxorem, aut certe loco Uxoris (si Conjug. desit) Concubinam. Ut has auctoritates tot aliis concubinarum omnem aperte & constanter damnantibus Patrum, Conciliorum, Pontificumque Romanorum sententiis prima facie oppositas conciliant Correctores RR. in Nota ad c. 4. dist. 34. duplex concubinarum genus distinguunt; nimirum illud, quod non habet conditiones ab Augustino positas, & à nobis mox relatas, & illud quod eas habet. Primi generis concubinarum, ajunt, nec tempore Concilii Toletani I. seu initio Sæculi V. nec tempore Isidori seu Sæculo VII. ab Ecclesia fuisse toleratam; bene vero concubinarum secundi generis, quem tamen voluit à parte rei seu jure naturæ fuisse verum Matrimonium; quamvis non Jure Civili aut Canonico, ob defectum non interventorum instrumentorum dotalium, & aliorum à Jure Civili & Canonico requisitorum. Ob quam causam ajunt, Augustinum sic dictam libro de Bono Coni. non audere appellare Uxorem, Patresque similes appellasse Concubinas in sensu à Jure Romano prorsus distincto, atque in eo concubinarum solum approbasse. Quam opinionem longe ante ipsos jam fovit Gratianus post Can. 3. ejusdem dist. 34. Hanc vero suam distinctionem fundant primo in Nov. 18. Jul. c. 5. in qua voluit Imperatorem quasdam Concubinas comparare quodammodo Uxoribus. Secundo in Epistola sup-

posititia Evaristi Papæ rel. 30. q. 6. c. 7. qua non vult esse legitimum Matrimonium, nisi certis solemnitatibus contrahatur. Hec tamen Canonum conciliatio suas patitur difficultates, cum textus alati apertam videatur facere distinctionem inter Uxorem & Concubinam, dicentes Uxorem aut Concubinam. Et hinc Ferdinandus Mendoza de confirmando Concilio Eliberitano ad Clementem VIII. tomo primo Conciliorum editionis Toletanæ lib. 2. cap. 8. aliam horum Canonum conciliandi, atque ab Hæreticorum cavillatione vindicandi rationem ait; & primo duplex istud Concubinarum genus ex eo rejicit, quod nec ab antiquis œcumenicis & Provincialibus Conciliis, nec à Prædecessoribus Clementis VIII. Pontificibus Sanctissimis, nec à præcis aliis Ecclesiæ Doctoribus, nec à veteribus Juris prudentiæ Consultis, nec ab Historicis receptum unquam fuisse memoria teneat. Quinimo Concubina nomen semper in turpem partem ab omnibus accipi, excepta Republica Hebræica, persuasum habeat. Quam suam persuasionem roborat primo, tredecim loca ex Jure Civili adserendo, in quibus Concubina Uxori qua tali manifeste opponitur, & ab ea distinguitur. Post quæ affert Constitutionem Leonis Sapientis à nobis supra relata; atque ex ea concludit, Concubinam nihil commune habuisse in iustitia conjugii cum Uxore: quod si habuisset, ab his Imperatoribus (nimirum Leone & Constantino Porphyrogeneta, qui simili Constitutione Christianis Concubinas habere interdixit) nullo pacto prohibita fuisset. Subdens: Nec alicujus illud sane momenti erit, si objiciatur, has Concubinas esse ex eorum numero, quæ turpes & infames habebantur, non autem ex illarum, quæ & Uxoris loco (de quibus nimirum est questio), cum generaliter & distincte Juris Consultis & Imperatores de Concubinis loquantur, nec aliquid inter eas

di-

discrimen constituant: quod sane faciendum non essent, si suo tempore duplex Concubinarum genus esset in usu. Deinde ad testimonia Patrum, quibus concubinatus indiscriminatim condemnatur, se convertit, ex quibus quædam N. 45. retulimus, atque concludit, illud ex omnibus præcis Ecclesiæ Patribus manifestum fieri, Concubinam nunquam Uxoris nomine dignam habitam, concubituque cum ea peccatum fuisse lethale. Quod in aprico erit Iustranti auctoritates à Mendoza allatas, aliasque ante Gratiani tempora seu Sæculi XII. medium exstantes, ita ut fortassis Gratianus ad conciliandos ad speciem pugnantis Patrum sententias circa Concubinarum Christianorum primum hanc distinctionem inveniret, à quo in Scholas fuit propagata. His argumentis in medium allatis, solvit rationes à Correctoribus Romanis ex S. Aug. lib. de Bono Conjugali, & Novella 18. adductas, atque à nobis superius recensitas; & ad priorem quidem dicit, Doctissimos Correctores Romanos auctoritatem Augustini ad Concubinas non tam accommodare, quam trahere, cum Augustinus in eo libro nec de Concubinis his egerit, nec concubitum dixerit licitum esse, si Concubina eo habeatur animo, ut donec vivat, non jungatur alteri. Sed cum superioribus capitibus de uno Conjugii bono sermone instituisset, de susceptione videlicet filiorum, dixissetque ad id institutum Matrimonium, ut diuturna & perpetua filiorum propagatione humanum genus conservaretur: quorundam tunc proposuit questionem, an si vir & familia, uterque lege Conjugii solutus, jungantur non ad sobolis procreationem, quod est magnum Matrimonii bonum, sed ad corpeos effervescentis animi & libidinis motus, an proprie dici possit Matrimonium? quam expediens questionem respondit: Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari concubium, si nimirum condiciones supra ex ipso rela-

tas habeat. Hoc autem ideo dicit Augustinus, pergit Mendoza, quia questio non erat, an liceret in concubinato perpetuo vivere? nam si temporarium constabat non licere, constabat sane non licere perpetuum: sed an contracto concubio sine principali bono Matrimonii, hoc est, sine fine suscipiendi liberos, verum dici possit Matrimonium, si reliqua Matrimonium adessent necessaria, hoc est, mutuus consensus, & animus perpetuo simul habitandi, nec reculandi in coitu liberorum susceptionem? Qua explicandi ratione Mendoza mentem Augustini acutius tetigisse mihi equidem videtur. Qui & recte ad auctoritatem Novellæ 18. c. 5. subdere videtur: Quod antea ex Justiniano refertur in Novella apud Julianum Antecessorem, minus dubium habet, cum Concubinam non comparat Uxori in casu conjugii, de qua sermo est, sed ad hoc, ut si Pater ab intestato moritur, & sine prole legitima, quo casu vel cognatio, vel sicut, cui in hoc se dicit parere, deberent succedere: his exclusis, si filius susceptus ex unica tantum Concubina habeat sextam tantum honorum Paternæ substantiæ, una cum matre partendam. — Hoc autem non ideo decrevit Justinianus, ut Concubinas iustarum Uxorum præmiis afficeret: longe enim hoc distat ab ejus animo & verbis, quibus Concubinarum multitudinem, multitudinem mulierum fornicantium in eadem Novella dixit; sed id constituit, ut intercluderet aditum habendi plures Concubinas. His vero ex fundamentis, relicta magna cum reverentia Gratiani & Correctorum Romanorum Canonis Concilii Toletani supra laudati interpretatione, pergit: Concilium ergo Toletanum non docet profecto, ut illi vulgo imponunt hæretici, qui Concubinam habet, si corpus suscipiat Domini, id digne facere posse; sed permittit potius, ut is à communione non repellatur. Quam permissionem Hispanorum genio, & temporum

illo-



illorum conditione, atque aliorum maiorum in Ecclesia permissione, ad evitanda majora mala fieri solita, iustificat, nec sine gravibus fundamentis; deinde suscipitur verba illa Canonis Toletani, à communione non repellatur, non de Sacrosancta Corporis Christi communione, sed de Ecclesiastica tantum & Civili, cuius interdictio Excommunicatio vocatur, intelligi posse, ac debere. Sanctum vero Iudorum unam Concubinam Christiano permitentem, atque hinc sensu & sententia à Concilio Toletano aliquanto dissimilem, absque subsidio distinctionis Concubinarum à Correctoribus Romanis alata ita explicat; quod senserit in Populo Christiano, postquam Catholica Christi fide publice cohaescepit, duas Uxores aut Concubinas habere nisi gravi poena non liceat, sed unicam Uxorem tantum, vel si Uxor non esset, unicam solum Concubinam, eamque exterioris fori permitti, non interioris. Hanc autem esse D. Isidori genuinam interpretationem ex eo patet, quod fragmentum ejus in Canone supra laudato relatum desumptum sit ex ejus libro de differentia seu distantia novi & veteris Testamenti, in quo inter alias veteris & novae Legis differentias etiam hanc ponit, quod veteris Legis hominibus etiam iure fori externi licitum fuerit habere plures Concubinas, in novo vero Testamento licitum tantum esse legibus Imperialibus habere unam, quod pater ex iisdem legibus in favorem unius Concubinae superius allatis. Utramque hanc Canonum horum, cum severa Ecclesiae circa concubinatum disciplina ad speciem pugnantium, explanationem adferre voluit, ut Lector, quam veriore existimaverit, eligere, atque Protestantium cavillis opponere valeat. Ec sane miror, cur quidam ex illis cum Hunnio L. c. sustinere audeant, Jus Canonicum admittere concubinatum quatenus, si quatuor condiciones ab Augustino L. c. requisitas habeat, cum sordus

carnale cum femina sub his conditionibus initum ex natura sua inimpedibiliter (si consensus irrationem à legitima potestate factam, veluti contigit circa Matrimonia clandestina in Triden. excipias) Matrimonium sit, eo quod supponatur initus inter personas solutas & habiles ad contrahendum, qui fidem tori, & perpetuum jus ad copulam sibi promittunt, nec procreationem floris excludere intendunt; ad cuius procreationem, & consequenter ad substantiam Matrimonii per accidens se habet, an ita conjuncti eandem copulam intendant exercere illius procreandae, vel libidinis sedandae gratia, cum utroque modo procreari possit. Id quod sensit Augustinus, dum in celebri loco supra explicato docuit, tale contubernium non absurde posse dici Matrimonium, ad distinctionem concubinatum temporarium, in quibus substantialis conditio ad Matrimonium desideratur. Recte ergo iuxta mentem Correctorum Romanorum ac Scholasticorum Hunnio ingeritur, S. Augustinum causa 32. q. 2. c. 6. à se descriptum contubernium non reputasse, ut falso opinatur Hunnius, concubinatum, sed Matrimonium; ait enim apertis verbis: *Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari concubium; Hammelmanno vero simul ac Hunnio ad mentem Mendozae, Ecclesiae particulares subinde dura necessitate tolerasse concubinatum formalium, nunquam tamen approbasse, multo minus Jus Canonicum; cum objecti duo Canones à Gratiano eo sensu, quasi loquantur de concubiis minus solemnibus, in suum Decretum illati, nec aliter olim intellecti fuerint; Ecclesia interim similia clandestina Matrimonia, & multo magis concubinatus constanter detestante, ac casu casu, ut ex dictis in apico est.*

\*\*\*

De

## §. IV.

De Solemnitatibus Matrimonii, praecipue de Sponsalibus.

48. **C**um Matrimonium sit contractus maximi momenti, utpote perpetuum ac individuum vitae societatem cum Consorte post se trahens, non uno, quemadmodum alii contractus communiter, sed duobus distinctis gradibus perfici solet, nimirum per Sponsalia, & ipsas Nuptias.

Sponsalia Canone 3. causa 30. q. 5. & à Canonistis communiter deliniuntur, futurarum Nuptiarum promissio. In ff. de Sponsalibus L. 1. mentio & repromissio futurarum Nuptiarum. Praemittuntur ipsis Nuptiis, ut intermedio illo tempore dispici queat, num aliquid fortasse sit, quod Matrimonii consummationem impediat, quod non statim ab initio perspicere poterit.

49. Hinc Sponsalia non tantum apud Judaeos, verum etiam apud Romanos, & alias cultas Gentes ab antiquissimis temporibus in usu fuerunt. Quod Judaeos attinet, constat Jacobum sibi despondisse Rachelem septemanni servitio apud Labanum, moremque apud illos fuisse, ut Sponsus Parentibus Sponsae post promissam sibi filiam munera offerret, quae Sponsalia dicebantur, quemadmodum proditur libro 1. Regum c. 18. ubi Saul Davidem, paupertatem suam, qua obstante sibi non liceret fieri Generum Regis, praetextum sic per servos suos alloqui facit: *Non habet Rex Sponsalia nisi necesse, nisi tantum certum pretium Philistinorum, quae cum statuta die David annumerasset Regi, dedit Saul ei Michol filiam suam Uxorem.* Formulam benedictionis in desponsationibus Judaeorum adhiberi solitam refert Seldenus de Uxore Hebraica. Primis Romani Populi moribus prius puella pacificebatur, ac

deinde stipulationes intervenire solebant, ac demum primo Nuptiae celebrabantur, ut mox videbimus.

50. Vigentibus praefcis moribus Romanorum, ad Sponsalia rigorosa non sufficiebat nuda Puella passio, qua futuri Matrimonii condiciones mutuo pacto determinabantur, sed insuper stipulationes intervenire debebant.

Id testatur Gellius in Noct. Att. Lib. 4. c. 4. ajens: *Is contractus stipulationum, sponsonumque dicebatur Sponsalia.* Et hinc ex ea stipulatione, non ex precedente pacto, quod nudum erat; obligatio nascebatur, eodem teste L. cit. ubi ait: *Si post eas stipulationes Uxor non daretur, qui stipulabatur, ex Sponso agebat. Judex, quamobrem data, acceptaque non esset Uxor, quarebat: si nihil iuste cause videbatur, licet pecunia assumbat, quantique interfuerat, eam Uxorem accipi aut dari, eum, qui spondereat, aut qui stipulatus erat, condemnabat.* Unde recte notat Gothofredus in legem 3. ff. de Sponsal. *Non igitur olim fiebat Sponsalia nudo pacto, & inter absentes, nam stipulatio non fit, nisi inter praesentes.* Et ipsa lex 2. eod. Sponsalia dicta sunt à Spondendo, nam moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi Uxores futuras. Quae cum ita sint, rem acu tetigisse non videntur, qui putant veteribus Romanis pactiones precedentes dicta fuisse Sponsalia de futuro, stipulationes vero Sponsalia de praesenti, cum post stipulationes quandoque Sponsa non daretur Sponso in Uxorem, hincque actio ex Sponso nasceretur.

51. Haec tamen stipulationum solemnitas postea sublata est, permittantque, ut solo consensu Sponsalia inirentur.

Ad indicat Gellius cit. L. his verbis: *Hoc Jus Sponsalium observatum dicit Servius ad id tempus, quo Crispus univervo Latio Julia data est, ac permissum, ut simplici contrahantur consensu, quem morem recentiore unice reserunt.*



feruat Jurisconsulti Ulpianus L. 4. Tit. citato: *Sufficit, inquit, nudus consensus ad constituenda Sponsalia*. Et insert: *Denique constat, & absenti absentem desponderi posse, & hoc quotidie fieri*. Quod fieri non poterat, dum Sponsalia per illulationem fereant, uti ex Gothofredo annotavimus. Vide etiam Legem 7. & 11. Quam disciplinam etiam adoptavit Ecclesia, ut constat ex Jure Canonico, & Ecclesiae praxi.

52. Quamvis patens sit discrimen inter Sponsalium, & Matrimoniale consensus, Matrimonialeque consummationem per copulam carnalem, cum Sponsalium consensus sit de Nuptiis in futurum contrahendis, Matrimoniale ipsa actualis Matrimonii contractio, quae Conjugium formaliter efficit, quod essentialiter jam constitutum per copulam carnalem deinde consummatur; Gratianus nihilominus causa 27. q. 2. obsecras rem istam pertractavit.

Veritas propositionis patebit citatam questionem inspicenti, in qua & auctoritates pleraeque vel mutilatas, vel auctoribus non suis adscriptas adducit, ut ad singulos pene Canones notarunt Correctores Romani, & Stephanus Baluzius. Ipse autem tenor questionis ab ipso propositae videtur eum in hanc obsecrationem perduxisse: postquam enim quaesivisset: *An Puella desponsata possit renuntiare priori conditioni, & transferre sua vota ad alium?* indagat primo: *An Conjugium sit inter eos?* 2. *An possint ab invicem discedere?* Quae duo quaerere opus non habuisset, si Sponsalia in suo rigore, prout illa definiuntur a Nicolao I. ab ipso relato causa 30. q. 5. Can. 3. quod nempe sint futurarum nuptiarum promissa, sumpserit; Christus enim non promissionem de futuris nuptiis, sed ipsas nuptias edixit indissolubiles. In latiori ergo sensu Sponsalia accipiens multa miscet, quae sibi in speciem contraria videntur, variaque conciliandi ra-

tiones adducit, & imprimis ad probandam desponsatos Conjuges esse, adducit testimonia Veterum, qui non coitum, sed consensum nuptias facere dixerunt, qui tamen loquuntur de consensu Matrimoniali, non Sponsalio eidem opposito, exemplo Scripturae, quae non uno in loco Conjuges Sponsos appellat. Deinde ut monstrat inter illos non esse Conjugium, adducit auctoritates illorum, qui Matrimonium in tota sua perfectione sumpserunt, prout nempe per carnalem copulam consummatum representat conjunctionis Christi & Ecclesiae Sacramentum. Qui proinde mulierem nolunt pertinere ad Matrimonium, cum qua commissio sexus non docetur fuisse. Deinde post Canonem 34. Patres conciliat, dicens: *Sciendum est, quod Conjugium desponsatione initiatur, commissio desponsatione perficitur*. Unde inter *Sponsum & Sponsam Conjugium est, sed initiatum; inter copulatos (copula carnali) Conjugium ratum*: Ubi per desponsationem non intelligit promissionem Matrimonii de futuro, sed ipsum Matrimonii contractum. Sed hanc distinctionem inter Sponsalia de futuro & praesenti primo Canone ultimo expressit sub nomine Augustini, ubi ita habet: *Duobus modis dicitur fides, pactiois & consensus*. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactiois, non debet aliam ducere. Si aliam duxerit penitentiam debet agere de fide mentita, maneat tamen cum illa, quam duxit. Si autem fecerit fidem consensus, non licet aliam ducere. Si autem duxerit, dimittit eam, & adhaerebit priori. Ubi subdit: *Est autem fides pactiois, quando aliquis promittit fidem pactiois alicui, quod eam ducet (ecce Sponsalia de futuro); fides autem consensus est, quando etiam non stringat manum, corde tamen & ore consentit ducere, & mutuo se concedunt unus alii, & mutuo se suscipiunt*. (En Sponsalia de praesenti a Gratiano agnita.)

Ex

53. Ex hac Gratiani oeconomia videtur ad Decretalibus assumpta triplex illa distinctio apud Canonistas & Theologos promulgata; Sponsalium nimirum de futuro, Matrimonii rati, sive Sponsalium de praesenti, & Matrimonii consummati.

Id patet ex toto titulo 4. libri quarti Decretalium de *Sponsa duorum*: cuius capitulum primum est ipse Canon ultimae questionis 2. causae 27. in quo aperta mentio fit Sponsalium de futuro & de praesenti. Notat vero Vanespen, quae dicto Canone finali falso attribuitur Augustino, hoc capitulum eidem denuo adscribi, ac ipsa insuper verba Gratiani in ipsum textum, tanquam essent Augustini, irrepisse, ut patebit haec duo capitula combinanti. Praeterea capitulum 2. ponit penitentiam illius, qui alterius Sponsam de praesenti sibi accepit in Uxorem, nec unquam in Uxorem eam habere posse decernit. Et tertium edicit Sponsalia de praesenti non solvi per sequens Matrimonium, etiam carnali copula consummatum. Videantur Concordantiae. Uterius, inquit idem Vanespen: *Quidni dicamus, eadem auctoritate Gratiani fuisse receptum, per Matrimonium consummatum representari unionem Christi cum Ecclesia: per ratum vero, sive per consensum de praesenti dumtaxat initiatum, representari solam unionem Christi cum anima iusti per caritatem: atque hinc illud esse omnino indissolubile, hoc vero solvi posse saltem per professionem continentiae, uti notavit Gratianus ad calcem Canonis 26. ad quam notam respexit Alexander III. in cap. 2. de Conv. Conjug. indicat clausula parentesi inclusa, Sicut Sancti quidam de Nuptiis vocati fuerunt, & observavit Franciscus Florentis in Commentario ad haec q. pag. 126. In qua conjectura, si Clarissimus Canonista lentit, quasi sola auctoritate Gratiani haec distinctio, ejusque notabilis sequela à Romanis Pontificibus recepta fuerit, oppido fallitur; cum hanc distin-*

Tom. II.

tionem, sicut & exempla Sanctorum ipse non invenit, sed reulerit tantum, & distinctionem quidem Can. 17. ex Leonis Papae ep. 90. ad Ruslicum c. 4. ubi ait: *Cum Societas nuptiarum ita à principio sit instituta, ut praeter commissionem sexuum non habeant in se Nuptiae conjunctionis Christi & Ecclesiae Sacramentum, non dubium est, illam mulierem non pertinere ad Matrimonium, cum qua docetur non fuisse nuptiale ministerium*. Unde Romani Pontifices dum decreverunt, Matrimonium ratum Professione continentiae posse dissolvi, ad divinae voluntatis dispositionem per continuum Ecclesiae traditionem & Sanctorum exempla nobis manifestatam recurserunt, ut supra N. 33. demonstravimus, esto hanc distinctionem inter Matrimonium ratum & consummatum etiam adduxerint.

54. Distinctio Sponsalium de futuro, & praesenti non est inepte introducta post Gratianum in Jus Canonicum & Scholas, ut insulse calumniatus est Lutherus in suo libello de rebus Matrimonialibus.

Ipsius calumnia praecipue in hoc fundatur, quod velit verba, quae latino sermone significant Sponsalia de futuro, in idiomate Germanico consensum de praesenti exprimere; & ideo, ait, se nescire, quomodo famulus aut ancilla sua hoc idiomate possint Sponsalia per verba de futuro contrahere. Sed erroris redarguit Lutherus à Fleischerò lib. 2. c. 7. in duobus praecipue. Primo, quod persuasus fuerit in Jure Canonico respectum fieri ad sola verba; quod fallum asserit, cum potius attentio habita fuerit declarationis voluntatis, qua habita contrahentium verba declarabantur. Secundo, quod censuerit verba de futuro Sponsalia conditionata, de praesenti vero Sponsalia absoluta exprinere. Qua opinio nihil absurdius excogitari potest. Quapropter

55. Protestantium Juris Consultu anti-  
quiores omnes, sequentes opinionem Lu-  
theri

Q1

theri



theri circa Sponsalia de futuro, & de presenti, œconomiam Ecclesie circa distinctionem Sponsaliorum de presenti & futuro totam perturbarunt, ac confuderunt.

Id nunc declamant Recentiores eorum Juris-Consulti, Bohmerus, Fleischerus, &c. Verba dissertationis, Præfide Bohmero à Pistorio, de probatis repudiorum causis in Regia Fridericiana An. 1718. habita, in ressem voco. Sic autem habet §. 13. *Quantas confusiones inter Protestantes hæc distinctio pepererit, noto notius est. Retinuerunt eandem, sed novos pro se eisdem significatus tribuerunt, ut docuit Excell. Dominus Præses (Bohmerus) diff. de incongrua praxi doctrina de Spons. de præf. & fut. in foro Protestantium. Imo ne quidem Juris-Consulti Protestantes in definitionibus ipsi inter se concordant. Plerique huc dilabuntur, ut plura de presenti, conditionata de futuro dicant, licet sine solido fundamento. Certe de Jure Canonico Sponsalia de futuro sunt tam pura, quam conditionata, nec conditionata promissio minus obligat, quam pura: hæc metamorphosi secuta, pura quidem fere indissolubilia constituerunt, ut non aliis ex causis dissolvi possent, quam ex quibus Matrimonium, ut docet Kirzel in Synopsi Matr. c. 8. Theor. 11. in Sponsalibus autem de futuro (hoc est, conditionatis) plures admiserint, levioresque causas, ut idem lib. cit. innuit. Hæc accessit Cotimannus Vol. 1. Resp. 73. N. 11. ajens: Omnes Juris Interpretes Sponsalia de presenti (hoc est, pura) pro vero indissolubili & inseparabili Matrimonio habere, quod solus consensus Matrimonium constituat. Carpsovius lib. 2. Jurispr. Consil. def. 17. eandem cantilenam secutus est, & per publica Sponsalia de presenti (seu puram Matrimonii promissionem) ipsum Matrimonium contrahi docet; conditionatis tamen puram vim hæud inesse statuit def. 22. seq. adeo ut pro lubitu ab iis recedere liceat, invita*

etiam altera parte. Pergit idem: *Nimis langum foret, si per singulorum DD. tradita iri vellem, quæ ita sunt comparata, ut connexion idonea desituantur. Ea refert & explodit Fleischerus L. cit. & merito: mirum enim sane videri potest, Protellantium Juris-Consultos in re à Jure Canonico tam clare expressa, qualis est differentia inter Sponsalia de presenti, & futuro, quorum formulæ plane describuntur in eodem Jure c. 9. & c. 31. de Spons. c. 3. de Sponsa duorum, adeo exacte potuisse, ut absolutam promissionem futuri Matrimonii, Sponsalia de presenti, seu ipsum Matrimonium ratum, conditionatam vero Sponsalia de futuro enuntiantur.*

56. Synodus Tridentina, quamvis Sess. 24. de refoim. Matr. c. 1. Matrimonia clandestina annullaverit, Sponsalia tamen de presenti non abstulit.

Contrarium falso persuasum habent quidam Protestantium Juris-Consulti, inter quos Fleischerus cit. cap. 7. §. 9. Apparet, inquit, hæc Sponsaliorum differentiam parvæ utilitatis esse, cum in Trident. ordinatum fuerit, ut nullum sit Matrimonium, quod sine Parocho & Testibus contractum est. Et quamvis juxta Jus Canonicum Sponsalia de futuro per copulam carnalem verum effecta sint Matrimonium, videtur nihilominus & hoc ob dictam rationem cessare. Ut ita hodie sola Sponsalia de futuro, seu proprie dicta Sponsalia apud Catholicos locum habeant. Et in hoc bono consilio usæ est Synodus Tridentina, cum tota quanta hæc distinctio à Patribus originem ducat, qui sacram Scripturam non recte intellexerunt. Cum enim viderent, Sponso subinde in sacris Literis nomen Mariti, Sponsæ nomen Uxoribus tribui, inde concluderunt, Sponsalia ipsum esse Matrimonium, nec posse dissolvi causa 27. Sed cum hoc ipsum ab aliis in dubium traheretur, quæsit Gratianus discordantes opiniones concordare, invenitque distinctio-

tionem inter Conjugium initiatum, & ratum; ita ut inter Sponsum & Sponsam Conjugium initiatum, inter copulatos vero esset Conjugium ratum. Cum vero hæc distinctio controversiæ minime sublatæ esset, sed res ipsa obscurior reddita, excogitarunt Canonistæ Sponsalia de futuro, & de presenti; & ita Canones illorum Patrum, qui Sponsalia nolebant esse Matrimonia, explicarunt de Sponsalibus de futuro, illos vero, qui ea asserbant Matrimonia, de Sponsalibus de presenti. Hæc ille, suaviter sane in Venerandos Patres ac Jus Canonicum; sed erronee, nam falsam esse ejus primam propositionem, apud nos sola Sponsalia de futuro adhuc locum habere, patet ex eo, quod illam ex falso principio deduxerit; nam §. 8. putat Catholicos illa tantum Sponsalia habuisse & habere pro Sponsalibus de presenti, quibus de presenti contractis adhuc deerat Sacerdotalis copulatio & Matrimonialis consummatio; cum tamen ante Concilium Tridentinum Sponsalia de presenti tam clanculo, quam coram Sacerdote in facie Ecclesie contracta, & post Concilium Tridentinum coram Sacerdote contracta fuerint, & sint Sponsalia de presenti; quod inde manifestum est, quia juxta Jus Canonicum, Tridentinum, & Doctores Catholicos omnes, Sponsalia de presenti sunt idem ac Matrimonium ratum, ut proxime factus est ipse Fleischerus, & patet ex praxi Ecclesie, quæ Sponsalia de presenti non sunt dissolvi, nisi ob professionem factam in Religione approbata. Plus ergo intulit bonus Fleischerus, quam debuit; namque inferre solum debuit per Tridentinum, Sponsalia de presenti, seu Matrimonium ratum mutuo consensu clandestine initum, aut, si post consensum clandestinum de futuro Matrimonio accessisset copula, Sponsalia de presenti præsumpta esse sublata, non vero ipsa Sponsalia de presenti. Sed nec minus crasse hallucinatus est, dum Gratiano

impingit, cum inter Sponso de futuro censuisse ad mentem Patrum intercedere Matrimonium initiatum, inter copulatos vero à Parocho ratum. Hæc enim ejus mentem nequaquam fuisse, sed Conjugium initiatum judicasse id, quod verbis de presenti, sive clandestine, sive in facie Ecclesie fuit contractum, ratum vero post copulationem non Sacerdotis, sed carnis, quod nunc consummatum audit, apparet manifeste, dum post allatos Patrum Canones, in quibus juxta dicta N. 33. Patres alii Sponso vocant Conjuges, alii Conjuges esse nolunt, nisi post interventum copulæ, post Canonem 26. de sua penu promittit: *Ecce quod conjugati sine licentia alterius continentiam profiteri non possunt. Sponso vero, etiam inconsultis, quas sibi desponsaverunt, exemplis, & auctoritatibus probantur continentiam servare posse. Ut enim refert B. Hieronymus, Macarius præcipuus inter Eremitas, celebrato Nuptiarum convivio, cum vespere thalamum esset ingressurus, ex urbe egrediens, transmarina posuit, & Eremiti solitudinem sibi elegit. Ille ergo Macarius in mente Gratiani fuit Sponso, seu inter ipsum & Sponsam erat Matrimonium initiatum, atque ipsissimus Macarius post celebratum Nuptiarum convivium erat vespere thalamum ingressurus: igitur in facie Ecclesie Matrimonium per Sacerdotalem copulationem contraxit, & consequenter Gratianus per Matrimonium initiatum intellexit moderum nostrum ratum, per ratum vero moderum consummatum: id quod suis verbis ipse post Canonem 34. edicit, dum ait: *Sed sciendum est, quod Conjugium desponsatione initiatur, commitione perficitur. Anne, Domine Juris-Consulte, commissio Conjugum Sacerdotalis est copulatio, die Trauung? & consequenter verba subsequa Gratiani, unde inter Sponsum & Sponsam Conjugium est, sed initiatum, inter copulatos est Conjugium ratum; ita recte Germanice**



nice redduntur: *Alfo, dassunter Brautigam, und Braut (de futuro) ein Conjugium initiatum, unter getrauten Personen aber ein Conjugium ratum mare?* Nonne dum idem Gratianus post Canonem 28. negat inter Sponsam & Sponsam Conjugium intercedere, de Matrimonio in tota sua perfectione loquitur, seu de consummato, quod hic *ratum* vocat, non vero de rato, seu in sensu suo initiatum? dum pergit: *Item cum secundum Augustinum illa Mulier non pertineat ad Matrimonium; cum qua dicitur non fuisse commixtio sexus, apparet, quod inter Sponsam & Sponsam Conjugium non est.* Accedit, quod post Canonem ultimum Sponsalia de futuro à Conjugio initiatum aperte distinguat, dum ait: *Est autem fides passionis, quando aliquis promittit fidem alicui, quod eam ducet, — fides autem consensus est, quando etiam non stringat manum, corde tamen & ore consentit ducere, & mutuo se concedunt unus alii, & mutuo se suscipiunt.* Unde iterum errat Fleischerus cum aliis, dum asserunt distinctionem Sponsaliorum de futuro, & de presenti à Canonistis post Gratianum esse inventam. Supino ergo lapsus cavere potius debuisset Fleischerus, quam Patres pietissimos, & doctores se, suisque committentibus tam atrociter cavillare; omnes enim in sano sensu locuti sunt, & à Canonistis Catholicis recte, ut ipse fatetur, explicati, solumque Protestantium, ipso Iudice, enormiter in hac materia lapsi.

57. Sicut apud præfatos Romanos insolita erant Divortia Matrimoniorum, ita & Sponsalia stipulatione inita non facile rumpebantur.

De Matrimoniorum apud Romanos firmitate res est decantata, cum Divortia A. V. C. 523. exemplo Sp. Carellii demum invaluerint, cuius exempli meminit Tertullianus de Monog. c. 9. in fine iniquis: *Adco autem repudium à pri-*

*mordio non fuit, ut apud Romanos post annum sexcentimum V. C. id genus duritia commissum denotetur.* Cum vero Matrimoniorum firmitas tam sancte coleretur, mirum non est, Sponsalia quoque sine iusta causa dissolvi non potuisse.

58. Solemnitate vero stipulationum sublata, & Sponsalibus solo consensu initi solitis, Divortii quoque Matrimoniorum introductis, Sponsalia quoque passim, ac sine causa apud Romanos solvi permittebantur.

Si enim à vinculo majori Matrimonii resillire licitum credebatur, multo magis à minori Sponsaliorum; cum tantum præjudicium in solutione posterioris ac in illa prioris non deprehendatur. Præsertim cum nudo consensu iurarentur, qui firmiter non reputabatur, quam olim pacto Sponsæ stipulationem præcedens, qua sola desponsati non obligabantur.

59. Adeo autem hæc libertas recedendi à Sponsalibus postmodum firmata, & moribus stabilita fuit, ut ne quidem stipulatione prænali, quæ in locum ejus, quod interest, succedit, impediri poterit.

Liquet idipsum ex L. 134. Princ. de Verb. Obl. ubi casus iste refertur: *Titia, quæ ex alio filium habebat, in Matrimonium coit Cajo Sejo habenti filiam. Tempore Matrimonii consenserunt, ut filia Caji Titio desponderetur, & interpositum est instrumentum, & adjecta pena, si quis eorum Nuptiis impedimento fuisset. Cajo Sejo mortuo, an Caji Seji hæredes tenerentur ex stipulatione?* Negatur hoc ex hac ratione: *Cum stipulatio non secundum bonos mores interposita sit.* Ubi provocat ad mores apud Romanos receptos, secundum quos repudia licita, & ita libera erant, ut nullo modo coaltrungi possent. Additur in sequentibus hæc specialior ratio, quæ ad quæcumque Sponsalia applicari potest: *Quia inhonestum visum est, vinculo pæni Matrimonia obstringi sive futura, sive*

jam

jam contracta. Duravit hæc praxis usque ad tempora Diocletiani, qui in l. 1. C. de Spons. discrete fatetur: *Desponsatas renuntiare conditioni, & nubere aliis haud prohiberi.* Ubi conditionem pro Matrimonio futuro, seu Sponsalibus accipi patet ex L. 11. & 36. de R. N. idque ex solemnari formula in repudiis usitata: *Conditione tua non uxor, l. 2. §. 2. de repud.* ubi hæc decidendi ratio subjungitur: *Cum posset filia nuntium remittere, etiam si præsentè illo consilium mutare voluisset.*

60. Ad refrenandam horum repudiorum libertatem tandem pænæ introductæ sunt, ut si temere fierent, ad minimum non essent impunita: sin ex iusta causa, impune omnino admitterentur.

Quadrupli pœnam cum restitutione Artharum jam sub Imperatoribus Christianis detrectantibus iniire Matrimonium impositam fuisse, liquet ex l. 6. C. Theod. de Spons. l. un. C. Theod. si Nupt. ex rescript. pot. l. un. un. C. Theod. si Provinciar. Rest. Vocatur hæc pœna Juris, pœna ex præcepto legum debita. Inde Jac. Gothefridus ad cit. l. 6. concludit, pœnam hæc quadrupli lege Julia, & Papia jam inductam fuisse, quod hæc leges in Jure sæpe simpliciter leges vocentur. Id vero ab omni probabilitate alienum videtur Pistorio supra laudato, ex quo hoc emutuumus: Cum repudia post legem Juliam & Papiam admodum libera, & nullis legum restricta vinculis fuisse ex antecedentibus liquet, nec ullum in Pandectis aut alibi vestigium superfit, repudiorum libertatem lege pœnali restrictam fuisse. Provocat Theodosius in lege cit. ad veterem constitutionem, quæ sine dubio est anteriorum Cæsarum quædam Sanctio. Hæ enim proprie Constitutiones vocantur. Et quid, si asseramus, Constantinum ex doctrina Christianorum forsitan hæc pœnam introduxisse ad nimiam repudiorum licentiam domandam? ad minimum ante Christianorum tempora haud

deprehendimus, frenum huic licentia injectum fuisse. Equidem quoad Divortium provocatur ad pœnam Legis in L. 19. de V. Obl. qua intelligitur pœna Legis Papie, & Poppæ; sed pœnam Divortii Matrimoniorum inflictam, non repudiis Sponsalium intelligi vult laudatus Author. Temperavit postea Theodosius in cit. L. 6. pœnam quadrupli, & quatuor casus distinxit, ita ut quandoque puella impune à Sponsalibus recedere posset, si nondum esset legitima ætatis, quandoque vero pœnam solvere debeat, si jam legitime ætatis est. Sustulerunt rursus hæc pœnam An. 469. Leo & Anthemius Imp. l. 5. C. de Spons. constituentes, ut Mulier Majorænnis à Sponsalibus temere recedens duplicatas arbas (arba autem nomine veniebant tam res mobiles, quam immobiles in pignus constantia datæ), minorænnis vero tantum id, quod accepit, reddere cogatur: ob justam vero causam impune recedere posset: id quod etiam ad Sponsam tractum est. Hoc modo à veteri Jure recessum, in quo pœnæ conventionales in Sponsalibus repudiebantur.

61. Apud Christianos sic in omnibus erat sanctior fides præ Gentilibus, ita etiam Sponsalia sanctius custodiebantur. Patres tamen Sponsalia in rigore sumpta non asseruerunt indissolubilia.

Causæ erant præterea speciales firmitatis Sponsaliorum apud Christianos, tunc quia communiter fiebant cum consilio Presbyterorum & Viduarum, teste Tertulliano de testimonio anime; tum quia ritus benedictionis apud Judæos consuetus ad Christianorum Sponsalia transit.

Contra secundam partem laudatus Author dissentit aionis de probatis repudiorum causis opponit quasdam auctoritates ex caus. 7. q. 2. Decreti Gratiani, quibus desponsatae aliis tradi absolute vetantur, & quidem notanter Canonem 13. & 27. ejusdem questionis. Sed supra N. 56. jam monstratum est contra Fleischerum, Patres desponsationem ibi sumere, non pro Spon-



Sponsalibus rigorosis, quæ sunt futuram Nuptiarum promissa, sed pro Matrimonio inito, necdum consummato; constat enim Patres nuptias sæpe sumptuose pro ipso coitu, unde Matrimonium ante coitum non pertinere educebant. Vide N. 33. Accedit plura esse suppositicia, quæ Gratianus laudata questione 2. attulit, & à Correctoribus Romanis majori ex parte notantur. Et quidem Canon 13. non est apud S. Hieronymum inventus. Canon vero 27. desumptus est ex Ep. Eusebii Papæ suppositicia, ut probavimus Tit. 2. c. 4. §. 5. Quæ res Defendentem Domini Bohmeri fugisse videtur.

62. Pœnas temporales Primorum Conciliorum Canones in violatores fœderum Sponsaliorum non deprehenduntur statuisse, sed spirituales solummodo. Jure Canonico pœna temporalis huic præcise casui etiam non decernitur; quia videtur, quod pœnæ pecuniariæ Juris Civilis eodem Jure non approbentur. Jure tamen novissimo Tridentini potestas terminis generalibus data est Judicibus in causis Matrimonialibus in violatores similes pœnis temporalibus animadvertendi.

Pro prima parte allatæ propositionis adduci solet à quibusdam Canon 54. Concilii Elliberitani, Eliberis in Hispania An. 305. celebrati, in quo habetur: Si qui Parentes fidem frægerint Sponsaliorum, triennii tempore abstantur; si tamen iidem Sponsus vel Sponsa in gravi crimine (fractæ Sponsalitiæ fidei) fuerint deprehensi, excusati erunt Parentes; Si in eisdem fuerit vitium, & polluerint se, superior sententia servetur. Sed doctissimus Alba Spinæus illum explicat de violatoribus Matrimonii contracti; nam in nota ad verba in gravi crimine, &c. ita habet: Hæc lectio mihi magis aridet, quia magis consentanea rationi: rationem quippe continet, quamobrem Parentes omni culpa & crimine liberat; quia, cum qui Matrimonium contraxerant Sponsi & Sponsa,

fidem datam perfrægerint, Parentes & Agnati omni culpa vacant. Vide Concilior. Collect. Colet. Tom. 1. col. 1026. Difficile proin est aliquid determinati circa pura Sponsalia ex Patribus edicere, cum Uxores communiter Sponsas dixerint; interim tamen credendum, Sponsaliorum benedictorum viatores impune levitatem suam haud tulisse.

Secunda pars eruitur ex cap. 2. de adult. ubi non violator Sponsaliorum, sed stuprator, aut quam stupravit, Uxorem habere, aut, si renueadum putaverit, corporaliter castigari, excommunicaturque in Monasterio, in quo agat poenitentiam, detrudi mandatur, de quo nulla sit egrediendi sine præceptione licentia. Ex quo illate deducit Fagn. N. 10. quod monitione aut minis nihil proficiens Judex, violatorem Sponsaliorum carceribus, aliisque pœnis ad fidem servandam adstringere possit. Pœnam autem spiritualem his imbi statutam ex eodem cap. eadem œconomia adstrui potest, quæ insuper expressa habetur cap. ex literis 10. de Sponsal. ubi decernitur: Quia igitur prædicto G. periculosum est contra suum juramentum venire, Frat. tua mandamus, quatenus, si hoc tibi consiterit, eum moneas, & si non acquieverit monitis, Ecclesiasticis Censuris compellas, ut ipsam (nisi rationabilis causa obstituerit) in Uxorem recipiat, & maritali affectione pertractet.

Quod tertiam partem atinet, per capitulum Gemma 29. h. tit. sublata est pœnas Jure Civili in violatores statutas Sponsaliorum, sentiunt plurimi Canonistæ, quos h. t. N. 187. refert Reiffenstuel. sic autem habet: Gemma Mulier nobis expulsi, quod, cum T. filia ejus cum C. contraxit Matrimonium, B. de Alferio ea occasione, quod inter P. filium suum, & prædictam puellam intra septennium constitutos Sponsalia contracta fuerant, pœnam solvendam à parte, quæ contraveniret, in stipulatione appositam, ab ipsa

ipsa nititur extorquere. Cum itaque libera Matrimonia esse debeant, & ideo talis stipulatio propter pœnæ interpositionem sit merito improbanda, mandamus, quatenus si ita est, eundem B. ut ab extorsione prædictæ pœnæ desistat, Ecclesiastica censura compellat. His Authoribus se opponit Reiffenstuel, contendens, hoc capitulo nequam prohiberi appositionem pœnæ Sponsalibus in genere, sed tantum Sponsalibus invalidis, qualia erant in casu, utpote infra septennium contracta. Replicam Adversariorum, quod ratio à Pontifice adhibita sit restricta, conatur elidere, opponendo legem Evangelicam, vetantem sub pœna ignis æterni sine causa recessum à Sponsalibus legitime contractis, cum talis recessus ab omnibus judicetur mortaliter peccaminosus; tum cap. 2. de adulteriis supra rel. ac Trid. infra referendum, quæ pœnas corporales, vel alias temporales ordinant similibus violatoribus, quin judicent eas requisitæ, ac sufficienti libertati ad Matrimonium officere. Sed transmissio, quod cap. 2. de adult. sit intelligendum de casu præsentis, cum de stupratore atrocis criminis reo disponat, ut supra vidimus, & admissio jure novo Tridentini Judices in casu posse procedere ad pœnas pecuniarias, aliasque, imo debere, priusquam excommunicationis pœnam decernant; hæc non videntur jurare causam P. Reiffenstuel, sed potius indicare dispositionem Capitali Gemma successu temporis per latiore interpretacionem c. 2. de adult. ac demum per contrariam dispositionem Tridentini esse sublatam. Id quod ipse doctissimus Canonista cum communiori forsân sensisset, si advertisset Capitulum Gemma esse Gregorii IX. qui Decretales curavit compilari per S. Raymundum, nullenque habere superscriptionem, Gregoriumque ex fine à se in Epistola confirmatoria Decretalibus præfixa indicato, ut nempe nonnulla ex suis Decretalibus, quæ in

prioribus erant dubia, declararentur, ex Jure Civili ultro, non aditum à Consultoribus ullis vel Litigatoribus, pleracque sumpsisse, & inseruisse: quo fit, ut in ejus Constitutionibus plerumque nemo inficribatur, ad quem Constitutiones dirigantur; hæc enim circumstantia videtur aperte prodere, Gregorium non voluisse parabolico viro rescripto inhibere appositionem pœnæ violatoribus Sponsaliorum invalidorum, sed posteriores leges Civiles in hac materia tollere, & in temporalium pœnarum locum censuras cap. 10. ex lit. statutas succedere. Id quod insipienti rationem capiti apparebit.

Quarta pars propositionis ex sessione 23. ejusdem Concilii cap. 3. eruitur, ubi habetur: In causis judicialibus mandatur omnibus Judicibus Ecclesiasticis, jusjurandumque dignitatis existant, in quocumque executio realis, vel personalis in qualibet parte judicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstante se tam in procedendo, quam desinendo à Censuris Ecclesiasticis, seu Interdictis, sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus (hoc est, civiliter intentatis) ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque etiam Laicos per multas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus eo ipso, quod exactæ fuerint, assignentur, seu per captionem pignorum, Personarumque distributionem per suos proprios, aut alienos executores faciendam, aliaque Juris remedia procedere, & causas definire, &c. In quem locum notant Canonistæ, quod licet jure Decretalium olim censura excommunicationis fuerit remedium ordinarium, quo pro executione sententiæ suæ uti debebat Judex Ecclesiasticus arg. cap. dilect. De Sent. Excom. in 6. districto vero Personalis, ac brachium sæculare fuerit remedium extraordinarium, seu subsidium, utpote tunc solummodo adhiberi solitum, quando censuris nihil efficiebatur, uti bene observat Fagn. eis



tans S. Congregationis Decretum; tamen hodie post Concilium Trid. res in verso ordine se habeat, ita ut censura excommunicationis sit remedium *extraordinarium*, secundarium, ac quasi subsidium; executio vero realis aut Personalis sit remedium ordinarium ac primum; hoc ipso, quod hodie Iudex Ecclesiasticus Censuras adhibere nequeat, quando executio realis aut personalis fieri potest. Quæ praxis quotidie obtinet circa violatores Sponsalium in tribunalibus Ecclesiasticis.

63. Solemnitates præcipuæ Sponsaliorum sabinde fuerunt in Ecclesia, quod in facie Ecclesie celebrarentur, atque à Sacerdote benedicerentur.

Sponsalium benedictionem Bohmerus, cuiusque discipulus Pistorius cit. disert. de probatis repudiorum causis § VIII. cum aliis Protestantium Iureconsultis ad primam Ecclesie Sæcula reducant, Patrumque testimonia, quæ nostri Theologi Matrimonio rato, hæc Sponsalibus de futuro applicant. In hunc finem laudatus Pistorius L. cit. 1. adducit Tertullianum lib. de test. animæ c. 2. testantem, benedictionem suo ævo quibuscumque aliis negotiis adhiberi solitam, & desponsationem cum consilio Presbyterorum & Viduarum suscipi consuevisse. Quod Tertullianum rursus confirmare ait de Monog. c. 10. subdens: Et quamvis ab initio hæc benedictio non præcise per Presbyteros fieret, postea tamen receptum est, ut apud Ecclesiam publicarentur, nec oculta conjunctiones tolerarentur, telle eodem de pudic. c. 4. Pergit 2. Hoc more introducto, benedictio quædam desponsatis in Ecclesia facta est, oblationibus etiam adhibitis: qua de causa Tertullianus lib. 2. ad uxor. c. ult. ait: Ecclesiam conciliare Matrimonium, oblationes confirmare, & benedictionem obsequiare. Quod plerique, inquit, quidem ad copulam Sacerdotalem trahunt, sed sine sufficientibus argumentis, ut nuper admodum ostendit D. Præf. (Bohmerus) disert. de

Jure Princ. Protest. circa solemnia Matr. Eccl. §. 9. Non enim advertunt mores antiquos Ecclesiarum ex facie rerum presentium, quæ ante oculos nostros versantur, haud esse æstimandos, cum constet vocabula antiqua sæpius esse retenta, rerum significatum tamen ex moribus & institutis novis esse immutatum. Obsequabat ergo benedictio Sponsalia; & hæc eis novum robur addere videbatur, ut quod per Ecclesiam approbatum, & ejus benedictione obsequatum, rescindi facile non posset. Post hæc 3. adducit testimonium Siricii Papæ, qui sedit ad finem Sæculi IV. apud Grat. 27. q. 2. c. 50. ubi eum de Sponsaliorum nexu ita differens ait: De conjugationis violatione requisisti, si desponsatum alii puellam alter in Matrimonium possit accipere? hoc ne fiat modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam Nuptiarum Sacerdos imponit, apud Fideles cujusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur. De desponsata puella tantum loquitur, non de jam ducta, glossatur Pistorius; & pergit 4. Chrysostomus quoque homilia 48. in Genesim idem confirmat, docetque, advocandos esse Presbyteros, qui per preces & benedictionem conjugationem confirmant, ut Sponsi amor & Sponsæ castitas inde augetur. 5. Quod ipsum Tertull. de monog. c. 9. jam ante his confirmaverat verbis: Et conjungunt vos in Ecclesia Virgine unius Christi unita Sponsa. 6. Ambrosium Beato Augustino sualiter refert Possidius in vita ejus c. 27. Ne cuiquam Uxorem posceret, ne, dum inter se conjugati casu jurerentur, eum maledicerent, per quem conjuncti essent, sed ut plane ad hoc sibi consentientibus petitus interesse debeat Sacerdos, ut vel eorum jam pacta & placita firmarentur, vel benedicerentur. Post hæc 7. concludit: Videtur hic mos per aliquot Sæcula in Oriente continuatus esse, adeo ut postea non tantum Sponsalibus, sed etiam ipsi Matrimonio benedictio solemnis access-

cesserit. In ejus rei confirmationem adfert auream Bullam Nicephori in Bibl. antiq. Jur. Can. edit. Salselli & Voelli p. 1088. post ejus fragmenta in medium allata finaliter notat, ipsa solemnia hujus benedictionis referri in Euchologio Græco (Goarii) pag. 380. seqq. Hæc ille.

Antequam mentem meam aperiam circa sensu ipsa horum Authorum jam allata, de intentione illorum, cur benedictionem Sacerdotalem aliquot Sæculis solis Sponsalibus, at deinde etiam nuptiis impertitam fuisse asserere conentur, suspicari mihi liceat. Videntur autem eam habere intentionem, ut hæc œconomia argumentum nostris Theologis non infimi subelli eripiant, quod petunt à benedictione Sacerdotali nuptiis Christianorum constanter in Ecclesia impertiri jussa, ac impertita, ad probandum Ecclesiam continuam traditione nuptias novi Testamenti habuisse pro re sacra, seu Sacramento à Christo instituto. Quod autem falsa sit hæc propositio, solvendo argumenta Adversariorum, & rationes offensivas ex eorum etiam peno subinde adferendo ostendam. Et 1. ad testim. Tertulliani ex lib. de testim. animæ c. 2. dico, Tertullianum ibidem ita scribere: Etiam quod penes Deum bonitatis & benignitatis omnis benedictio inter nos summum sit discipline & conversationis Sacramentum, benedicat te Deus, tam facile pronuntias (Gentilis), quam Christiano necesse est. Quo loco vulgarem solam benedictionem intelligere videtur Tertullianus, de qua Psalmista loquitur, Et non dixerunt, qui præteribant, benedictio Dei super vos, benediximus vobis in nomine Domini: quæ res apud Christianos facta est discipline & conversationis, atque obvis profus negotiis à casu adventibus impertiebatur; non vero illam solemnem ac cæremonialem. Quod si Adversarius hanc per sequelam ex textu elici prætendat, non abnuo, sed peto probari 1. an hæc quibuscumque negotiis Tom. II.

adhiberi solita sit Sæculo tertio? de qua re ne verbum quidem habet Tertullianus. 2. Si vero majoris momenti, sanctitatique rebus, cur Sponsalibus tantum, non item Matrimonio rato? At id fortasse docet Tertull. de monog. cap. 11. Verba illius adduco ex edit. Rigaltii pag. 531. Qualis es (alloquitur Bigamum) id Matrimonium postulans, quod eis, & quibus postulas, non licet habere; ab Episcopo Monogamo, à Presbyteris & Diaconis ejusdem Sacramenti, à Viduis, quarum sciam in te recusasti? & illi plane sic dabunt Viros & Uxores, quomodo buccellati. Hoc enim est apud illos, omni petenti ne dabis, & conjungent vos in Ecclesia Virgine Unius Christi unita Sponsa. In quo conjungentur, Doctores Africane? in eo, quod petierunt. Quid petierunt? Matrimonium. Ergo non contradent Sponsalia ad mentem Tertulliani, Domine Pistorie. Non tamen nego primis statim Sæculis Sponsalia de futuro in facie Ecclesie fuisse contracta, ac benedicta; sed quod contendo, est, id ex allatis testimoniis clare non probari. Et hinc ad L. ejusd. Patris N. 2. allatum ex parte probò responsum ibi datam, cum non negem, nec ignorem vocabula antiqua sæpius esse retenta, eorum vero significationem usu recentiori immutatam; id enim per decursum operis hujus ipse non semel annotavi. Sed quod Tertull. L. cit. per Matrimonium intelligat Sponsalia de futuro, id mihi tota sua auctoritate non persuasit Bohmerus. Si enim primi Christiani in nuda Matrimonii promotione Ecclesie conciliationem, oblationem ad Altare, & Sacerdotalem benedictionem adhibuerunt, cur non magis in ipso ineundo Matrimonio? Dixi superius, Patres Uxores subinde Sponsas appellasse, aliquos etiam necdum cognatas ad Matrimonium adhuc non pertinere edixisse; sed non memini me legisse ipsum Matrimonii vocabulum ad significandum Sponsalia de futuro à quoquam usur-



patum fuisse. Et si in hoc fortasse erro, contendo, Tertullianum hic de Matrimonio rito locutum. Eandem sententiam circa mentem Sircii tertio L. allatam foveo; quod vel ex duobus constat, primo, quod ibi loquatur de *Conjugalium violatione*, 2. quia Sponsalia sentit *indissolubilia*. Unde Gratianus ad hunc Canonem hanc Sponsam vocat in domum Sponsi jam ductam, & cum Sponso suo velatam & benedictam, eamque comparat Uxori Viri frigidi, quæ autoritate Gregorii ab altero Marito ad proxiorem redire cogitur, si hic aliam cognovisse deprehendatur. Hæc autem Uxor illi Sponsæ comparata certe non fuit Sponsa de futuro, sed de presenti: ergo & altera teste Gratiano Sircius ergo vocavit illam Sponsam, sicut alii Patres B. Virginem, vel alias Uxores necdum cognitas. Eodem sensu intelligendus venit Chrysostomus 4 loco allatus. Sic enim habet L. cit. *Cur honesta nuptiarum Mysteria invulgas & oportet omnia hæc depellere, & verecundiam principio docere Puellam, & Sacerdotes vocare, & precibus & benedictionibus concordiam Conjugii constringere: ut amor Sponsi augeatur, & Puella continentia crescat; & omnia, quæ sunt, eo spectent, ut virtutis opera ingrediantur in domum illam, tollanturque de medio omnes diaboli insidie, & ipsi Dei auxilio uniti jucunde vitam persciant.* Ad Tertullianum autoritatem N. 5. recocam jam respondimus N. 2. quæ æque de conjunctione maritali intelligenda est ac illa S. Possidii N. 6. adducta, eum ibi Uxoribus ac Conjugatorum mentio aperta fiat, & consequenter etiam de hennatione & benedictione pastorum Matrimonialium intelligendus veniat. Ex his ergo falsa redditur propositio Pastorii, morem prioribus Ecclesie Sacula fuisse sola Sponsalia de futuro benedicendi, qui successu temporis ad ipsas etiam nuptias extensus sit. Cupis contrarium demonstro ex ipsis fragmentis Aureæ Bullæ Nicephori ab adver-

sario inconsulte omnino pro se allatis. Sic autem habet primum: *Postquam vetus Lex Sponsalia in sola Contrahentium voluntate constituit, nihilque amplius, quam de consensu, instrumentis, & Sponsalitiis arbis elaborat: nostris autem temporibus communis vita negotia ad longe ornatus, magisque sacrum divina gratia devenerunt incrementum, atque hinc non nuptiæ solum, verum etiam Sponsalia peragendam sacram benedictionem sibi conjunctam habent.* Quæso, Domine Pistorie, qui dicit antiquam Legem (quam ipse §. 6. dicit ab aliquo Christiano Imperatore, & probabiliter à Constantino editam) qui, inquam, dicit antiquam Legem Sponsalia in sola voluntate, instrumentis, archieque firmata constituit, ac deinde ad ornatus suum ævum provocans, non solum Nuptias, verum etiam Sponsalia benedictæ asserit, anne à Sponsalium benedictione ad illam Nuptiarum gressum facit? minime sane, sed potius primis Seculis Sponsalia, ut plerumque nunc, sola Civili solemnitate contracta fuisse contendit, reservatis ex-remoniis Ecclesiasticis Matrimoniali Contractui, utpote à Christo in Sacramentum elevato, quæ subinde ad ipsa Sponsalia extense sunt. Ad colophonem Pistorii aio, in Euchologio Græco, à Doctissimo Goario edito, & notis illustrato, duo exaltare officia nuptialia, quorum primum inscribitur: *Ordo servari solitus in Sponsalibus celebrandis, videlicet, in nuptiarum subarbitratione: secundam vero: Officium coronationis nuptiarum*, in editione Veneta de An. 1730. quæ utor, pag. 310. & seqq. in quibus exhibentur solemnissimum Sponsaliorum, tum coronationis Nuptiarum exremoniæ, ac benedictiones: ex quibus tamen non evincitur Patres ab Adversariis factatos loqui de benedictione Sponsalium de futuro; sed id solum, quod in Ecclesia subinde non solum nuptiæ, verum etiam nuptiarum preambula solemnè benedictione sacrari consue-

verint. Id quod solum intenda propositio.

64. Ritus in Sponsalibus celebrandis ab Euchologio Græcorum præscripti sunt: quod Sacerdos recens Nuptorum tertio capita signet, cereos accensos eisdem tradat, preces deinde varias, ac benedictiones super eos fundat, crucem super eorum capita annulis faciat, eosque digitis eorum immitat; & quos dein commutat assilens Paranympus.

Ad probandam propositionem Rubricæ Euchologii pro Sponsalibus transcribo: sic autem habent: *Post divinam Missam, stante in sacario Sacerdote, conjugio copulandi præ sacris foribus consistunt. Vir quidem à dextris: Mulier autem à sinistris. Sunt vero repositi in dextra S. Mensæ parte duo ipsorum annuli, aureus, & argenteus. Ex iis argenteus dextrorsum respicit, aureus sinistrorsum, juxta se invicem; tum Sacerdos recens nuptorum tertio capita signat, traditque illis cereos accensos, & in Templum illos inducit. Et cruciformiter ibus adulet: & dicitur à Diacono: Benedic. Domine. Inclamatque Sacerdos, &c. Sequuntur plura responsoria, & duæ orationes super Sponsos. Acceptis deinde annulis (pergit Rubrica) Sacerdos donat primum Viro aureum, tum argenteum Mulieri. Et dicit Viro: Subarrhatur Servus DEI N. propter ancillam DEI N. in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. — Deinde dicit Mulieri: Subarrhatur ancilla DEI N. propter servum DEI N. in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. — Cumque ter ad unumquemque hoc dixerit, crucem super eorum capita facit annulis, & utrumque dextris eorum digitis immittit. Deinde recens nuptorum annulos commutat assilens Paranympus. In his Rubricis nulla sit mentio consensus Sponsalitiæ ex parte Sponsorum; advertit autem Goarius ad illa verba Rubricæ, Tum Sacerdos recens nuptorum tertio capita signat, annotare hic antiqua edita (Euchologia),*

de quo alibi profundum silentium, Sacerdotem Sponsos de Matrimonio contrahendi propositio interrogare, & num libere Conjugium suscipiant: Sacerdos autem (verba antiquorum Euchologiorum adducit) eos interrogat, num ex libertate conjugii velint? & cum interrogaverit, & ipsi annuerint, cruce signat capita eorum, &c. Quæ verba, si ad literam sumantur, certe significare videntur consensum Matrimoniale, non Sponsalitiæ; cum velle conjugii, actuale conjunctionis maritalis voluntatem exprimat, in ejus expressione Matrimonii rati contractus consilii. Sed non ad litteralem verborum sensum, verum ad intentionem profæratum esse attendendum (quemadmodum id facere necesse est in variis Latinorum Fidelium formulis, quibus Sponsalia celebrant) suaderi potest ex iis, quod, eodem Goario teste in nota ad titulum officii, Græci Sponsaliorum istorum violentioribus pœnam Prostitutionis subeundam adjungunt. Quamvis vero apud ipsos Matrimonium ex variis causis dissolvi possit, non tamen ita, ut Vir Uxorem relinquere queat, si multam desertioni taxatam solverit. Secundo, quia Græci Sponsalium, ratique Matrimonii contractum à se invicem distinguunt, ut actus ex objecto diversos, atque hinc diversis temporibus utrumque celebrant, distinctumque officium utrique assignant, ut ex dictis patet, & clare habetur expressam in Alexii Comneni Novella de Sponsal. Juri Orient. lib. 14. ubi legitur: *Imprimis Sponsalia, decantatis Sacris precibus, illorumque solemnibus, arba videlicet, gratoque desponsatis osculo (numquam enim alias nisi cum integra famæ jactura concessum est osculum) observatis persciantur, atque deinde exiguo longioris tempore, prout Contrahentibus visum fuerit, intermissis, citra recusatationem etiam legitima nuptia procedant.* Ad quorum intelligentiam notandum, ante Alexii Comneni, qui Ori-



tali Imperio Sæculo XI. præfuit, tempora, Sponsalium ratiq; Matrimonii solemnitate uno temporis tractu celebratam fuisse: id quod ipse in eadem Novella advertit, quem morem relato s. auferre voluit. Advertit tamen Goarius ad primam Rubricam Officii Coronationis, eisdem Imperatoris Novellam nil prohibuisse, quin veteri Jure servato, contractas, Sponsalia, & Matrimonium, nullo tempore interiecto apud Græcos hodie celebrentur. Rubricæ verba sunt: *Siquidem voluerint* (per præcedens officium solemniter desponsati) *eodem tempore spatio coronari, ingrediuntur in templum sponsi cum ceris accensis.* Tertio id suadet tenor ipsarum precum, quæ in dicto officio verbo Sponsaliorum, & Subarrationis, seu Oppignorationis constanter utuntur per to Neo-Nymphon, quod recens desponsos significat, quamvis Goarius verbum illud per to recens nuptios latine reddiderit; in Officio vero Coronationis to *Gamos*, quod nuptias proprie exprimit, occurrit. Quæ in Rubricis hujus officii ex Goario hic annotanda essent, commodius infra de Ritu Nuptiarum expedientur. Omnes enim auctoritates ex Latinis Patribus & Conciliis ab ipso allatae ad Nuptiarum, non Sponsaliorum Ritus pertinent. Et hinc est, quod de æconomia Ecclesiæ Latinæ circa Sponsalia non dicere valeam. Id certum videtur, ea primitus non clanculo, sed in facie Ecclesiæ, ac cum religiosa solemnitate, quemadmodum in Ecclesiâ Græcâ celebrari consuevisse, sed forte etiam eodem temporis tractu cum ipsis nuptiis.

65. Mos ille veterum Christianorum laudabilis contrahendi Sponsalia in facie Ecclesiæ non quidem amplius est universalis in Ecclesiâ Latinâ; in variis tamen Diocæsiibus adhuc observatur mos contrahendi Sponsalia publice coram Parocho, absque tamen benedictione, aliisque solemnibus, Græcis consuetis.

Non esse universalem, vel ex eo pa-

ret, quod de eo nihil habeat Rituale Romanum, neque Ritualia Diocæsiarum nostrarum orarum.

Quantum ad secundam partem Manuale Cameracense decernit: *Sponsalia à nemine, præterquam à Parocho alterius desponsatorum, vel ejus Vicario, seu alio de ipsis vel Ordinarii licentia esse celebranda.* Addit Vanespa: *Idipsum passim omnia Ritualia insinuant; Parochum ubique legitimum ac ordinarium Sponsalium Ministrum, coram quo Sponsalia inveniuntur, supponentia.* Cameracense Manuale & locum determinat, ubi contrahenda sunt: *Non uliter, inquit, quem publice, aut alibi, quam in Ecclesiâ, vel sacra Capella, vel Cameracensis sunt: Addit Mechliniense: Aut alio loco, publico seu honesto, minime vero in cauponis.* Requirit insuper hæc Ritualia, ut adsint testes, formulaque desponsationis utriusque parti præscribant; quibus prolatis Sacerdos dicit: *Et ego tanquam Minister Ecclesiæ Dei, ejus nomine hæc vestram mutuum promissionem accepto & approbo.* Ubi nulla benedictionis fit mentio: signum, quod in desuetudinem abiit apud Latinos. Ex quo patet 2. propositionis pars. Reverendissimus, ac Celsissimus Princeps, Archiepiscopus noster, perentiticeus, quanta incommoda nasci soleant ex clandestinis desponsationibus, sequentem in Vernalibus de An. 1746. N. 6. fecit dispositionem. Licet Sponsalia, que dicuntur de futuro, scripto etiam & absque testium presentia, seu inter solos Contrahentes facta, sint, & maneant valida (uti præclara illa Prægenæ Synodus loquitur), neque horum ferre eorumdem valoris, & obligationis derogare ullatenus intendatur, sed taliter contrahentes ad implementum eorum in conscientia omnino teneantur; nihilominus tamen iustis ac urgentibus de causis, & ad præcavendas varias fraudes, dolos, non raro etiam perjuriam, circumventiones, aliaque tam ipsarum partium ad de-

pau-

pauperationem usque litigantium, quam aliorum incommoda, ac optimorum Parentum sepiissime tristitiam, & tædium, que occasione Claudeflorum Sponsaliorum nimis sæpe eveniunt, & committuntur; Sua Reverendissima Celsitudo Dominus Dominus Joannes Mauritius Gustavus Archiepiscopus noster Gratiostissimus, saluberrimo memorata Archiepiscopale Synodi Prægenæ ad An. 1605. celebratæ Decreto de Matrimonio, & aliarum Diocæsium usui, & gravissimorum Auctorum Doctrinæ insistentem, presentis Constitutionis tenore decernit, & statuit: Si deinceps Sponsalia, que vocant de futuro, aliter quam coram duobus vel tribus testibus idoneis, & Jura non prohibitis (quibus exigente necessitate concludenter probari possint) aut per authenticum Instrumentum scriptum, ab utraque Contrahentium parte propria subscriptione roboratum, quod mutuum promissionem non obscuris, sed claris verbis contineat (qui posterior attamen probandi modus de personis, que sui juris sunt, intelligendus est), contracta fuerint, & dein partes ex capite Sponsaliorum clam, id est, absque testibus vel instrumento scripto, ut pramittitur, initorum in foro externo, seu in hac Curia Archiepiscopali actionem judicalem intentare velint, non esse audiendas, sed à limine iudicii rejiciendas. Deinde vult Celsissimus, ut Parochi Populum gravissimis verbis adhortentur, ut imposterum hujusmodi Sponsalia de futuro - semper in loco honesto, tempore conveniente, sobria & deliberata mente fiant, in iisque (quod aliunde in pluribus hujus Archiepiscopalis locis & Civitatibus laudabiliter observatur) idonei testes adhibeantur.

66. Ad solemnitatem Matrimonii in Ecclesiâ Latinâ quoque pertinent Banni, seu proclamationes, quorum usus antiquus admodum existit.

Hæ proclamationes contrahendi Matrimonii eo sine introductæ sunt, ut si quis

eidem quidpiam opponendum habeat, edicat, sive opponat; quemadmodum manifeste insinuat Innocentius III. c. 27. de Sponsalibus, scribens Episcopo Baluacensi, præsertim si legatur Decretalis, ut exstat in veteri Collectione apud Antonium Augulinum, inquit Van-Espen, ubi hæc leguntur: *Sane quia contingit interdum, quod aliquibus volentibus contrahere Matrimonium, Banni, ut tuis verbis utamur, in Ecclesiis secundum consuetudinem Ecclesiæ Gallicanæ editis, &c.* Ex quibus patet tempore Innocentii proclamationes Matrimoniorum jam in usum fuisse.

67. Mos tamen iste tum necdum fuit universalis, videturque ab Ecclesiâ Gallicana in alias transisse.

Prior pars evincitur ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. celebrato, ubi dicitur: *Specialem quorundam locorum consuetudinem ad alia generaliter prorogando statuimus, ut cum Matrimonia fuerint contrahenda, in Ecclesiâ per Presbyteros proponantur, competenti termino præfinito, ut intra illum, qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat.*

Secundam partem, teste Van-Espen, ex ultimis cap. 27. de Sponsal. N. præced. citati verbis, quæ S. Raymondus omisit, post Cujacium elicit Hilesæus lib. de origine Parochiarum cap. fin. cum ibi Pontifex consuetudinem Ecclesiæ Gallicanæ notanter laudet.

68. Proclamationes ad Concilio Lateranensi ad universam Ecclesiâ extensas, Synodus Tridentina enucleatius præcepit faciendas.

Verba ejus sunt cap. 1. Sess. 24. de Ref. Matr. Idcirco Sacri Lateranensis Concilii sub Innocentio III. celebrati vestigiis inhaerendo præcipit, ut imposterum antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festis in Ecclesiâ inter Misarum solemniam publice denuntietur inter



inter quos Matrimonium sit contrahendum. Dispensari tamen posse in dictis proclamationibus Sacra Synodus censuit, dum subdit: *Quod si aliquando probabili fuerit suspicio, Matrimonium malitiose impediti possit, si tot præferant denuntiationes, tunc vel una tantum denuntiatione fiat, vel saltem Parocho & duobus testibus presentibus Matrimonium celebratur, deinde aut illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiunt.* Ubi unam duntaxat causam dispensationis expressit Synodus, nimirum, cum advertitur periculum, Matrimonium malitiose impediendum, si tanto tempore differendum sit, quousque tres denuntiationes præcesserint. Adicit nihilominus duplicem limitationem Synodus. Utam, ut tunc saltem una denuntiatione præcedat Alteram, ut si periculum tale sit, ut nec tantillo tempore differri queat, permittatur sine prævia denuntiatione Matrimonium solemnizari, sed ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiunt; verba sunt Espemii p. 2. tit. 13. c. 3. N. 18. qui & subdit: *At posterior cautio hic in Belgio non solet adhiberi, teste Zypæo de Sponsal. N. 10. Qui ibidem, post allata varia mandata Synodalia de præmittendis proclamationibus N. 25. ita scribit: Si hæc toties iterata Ecclesie mandata, nec non mala, quæ ex omissione Proclamationum oriuntur, serio attendantur, apparebit, facilem illum, qui in quibusdam Diocesisbus inolevit, dispensationum usum esse summam ac perniciosis abusus, nulla consuetudine, quæ potius coercet dicenda est, iustificandum; ipsique Episcopi omnino ad laborem esse, ut tam nocivus abusus tollatur, atque regule Ecclesie toties iterata & inculcata servantur. Id certum est, Tridentinum hos Bannos efficax iudicasse remedium ad obviandum Matrimonii clandestinis, quæ adeo detestabatur, ut ea annullaverit.*

69. Cum nuptiæ sint contractus sum-

mi momenti, utpote individuum vite societatem inducentes, maximeque utilitatis in genere humano, in eandem celebratione exæmonia, et cerique ritus solemniores omni tempore, acque ab omnibus Gentibus adhibiti sunt.

Omitto hic cum Berti tractare de exæmonia, quibus nuptias celebrarunt Gentiles, tacendo Virides Ramos, accensos funales cereos, Epithalamia, &c. quæ in opere de Ritibus Nuptiarum explicavit Casalus. Mitto quoque Ritum, quibus in nuptiis utantur Judæi, de quibus complura in Mischna libro Kidduschim de Coniugiis, & apud Joan. Seldenum de Uxore Hebraica. Silentio quoque eum eodem prætereo, quæ apud Indos Orientales servari superstitioso ritu dicuntur, circulos ad averterenda maleficia, hordeique auspiciam ex confarreatione, id est, farreo libo Gentilium, aut è satione in Hebræorum nuptiis adhibita derivantur, nec non funiculum, quem Taly appellant, superstitiosum numerum ferculorum, lutea vasa, arborem Aresjomaram, aliosque Sinesium Ritum non semel ab Apostolica Sede damnatos; atque Ritum, quos Ecclesia tum Occidentalis, tum Orientalis in faciendis nuptiis fœdere olim adhibuit, & nunc adhibet, solum recensendo; utpote ex quibus aperte proditur, utramque Ecclesiam Matrimonium constanter habuisse pro vero Ecclesie Sacramento. His vero adnumerantur benedictio, coronatio, Sponsæ velatio, porrectio anuli, ac dexterarum conjunctio, de quibus jam.

70. A primis statim Ecclesie sæculis Nuptiæ Christianorum in facie Ecclesie celebrabantur, atque à Sacerdote benedicebantur.

Ecclesiam Clandestina Matrimonia constanter detestam fuisse, infra suo loco ostendetur. Nunc quod benedictionem attinet, Tertullianus sæculo III lib. 2. ad Uxorem c. ult. ait: *Ecclesiam conciliare Matrimonium, oblationes confirmare, &*

*bene-*

*benedictionem obfirmare.* Siricius sæculo V. in Ep. ad Himerium c. 4. *illa benedictio, quam Nuptiarum Sacerdos imponit, apud Fideles transgressione sacrilegii instur est, si ulla transgressione violetur.* Plura testimoniis N. 63. attulimus, atque contra Bohmerum, aliosque Protestantium recentiores Jure-Consultos Nuptiis, non Sponsalibus de futuro applicanda ostendimus. Infra vero tractaturi questionem, an Matrimonium sit Sacramentum, discutimus, an benedictio hæc, de qua primitivæ Ecclesie Patres frequenter mentionem faciunt, fuerit Sacerdotalis copulatio ad substantiam Matrimonii, ut Sacramentum est, pertinens, an vero illa accidentalis, quam Jus Canonicum & Tridentinum Sess. 24. c. 1. de Reform. Matrimonii à copulatione Parochi distinguit, quæque negatur secundo nubentibus c. 1. & 2. de secundis nuptiis, ut supra N. 40. vidimus.

71. Ritum celebrandarum nuptiarum ab Euchologio Græcorum in Officio Coronationis nuptiarum præscripti sunt, quod Sacerdos acceptis coronis Sponsos coronet, commune dein poculum à se benedictum ipsis usque tertio distribuatur, deinde versus in circuli, seu choreæ formam ipse aut populus sacros versus moduletur, ac demum coronas Sponsis impositas denuo tollat.

Id docent rubricæ Euchologii L. cit. quæ ita sonant: *Siquidem ( desponsati per præcedens officium) voluerint eodem temporis spatio coronari, ingrediuntur in Templum Sponsi cum cereis accensis. Præcedente Sacerdote cum Thuribulo, & canente Psalmum modo sequenti. Sequitur proluxa Versuum ac Orationum decantatio, & post responsum, Amen, Sacerdos acceptis coronis, primo coronat Sponsam dicens, Coronatur servus Dei N. propter Ancillam Dei N. in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Deinde coronat Sponsam dicens, Coronatur Ancilla Dei N. propter Servum Dei N. in*

nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Tum benedicit eis ter, tribus nempe vicibus dicens: *Domine Deus noster gloria & honore corona illos.* Post interjectas varias preces pergit rubrica: *Deinde in medium profertur commune poculum, & benedicit illud Sacerdos; -- tunc accepto Sacerdos in manibus communi poculo distribuit ipsi usque tertio. Viro primum, deinde Uxori. Et confestim deducens eos Sacerdos, Pronubo retro sustinente coronas, vertitur in circuli seu choreæ formam, & cantat Sacerdos, aut Populus presentes modulor; -- tum coronas tollit, & Sponsi coronam auferens, ait: Magnificare Sponsæ sicut Abraham, & sicut Isaac benedicaris, multipliceris sicut Jacob, progressus in pace, & faciens in iustitia præcepta Dei. Et tunc Sponsæ coronam detrahit. Et tunc Sponsa magnificare sicut Sara, & latere sicut Rebecca, velut Rachel multiplicare, proprio Viro condelectata, Legis terminos observans; ita enim Deo complacuit. Sequuntur duæ orationes. Ingressitur deinde Sacerdos, & ipsis bene precatur astans, & postquam osculis se mutuo exceperint, fit à Sacerdote pæfecta dimissio. Duo Barbarina Miss. de coronatione ita habent: *Utrumque deinde coronat, & apprehensis dextris eorum manibus, jungit ad invicem, & dicit Sacerdos: Pax omnibus. De consensu per Nubentes exprimendo nulla in his aliisve Miss. fit mentio, quem tamen ipse exæmonia mox descriptæ exprimitur videtur, præsertim dexterarum conjunctio & coronatio. Jam quod coronas Nubentium attinet, Nuptiæ eas sibi olim ita vindicaverunt, ut coronarum voce apud sacros profanosque Auctores notentur, ut exemplis probat Goarius hic. Sponsos quoque Populi sui coronatos processisse scribunt Hebræi, usque dum Vespasianus edicto ab hoc honoris & lætitiæ signo abstinere sunt coacti. Quia morem hunc solemnem fuisse Gentibus, multis auctoritatibus adductis ostendit idem, per-**



pergens: Admisse pariter in suis Conjugiis sacra Virorum Dei cultorum consuetudo coronas. Hanc decantat Christi & Ecclesie à Spiritu S. Epithalamium editum, in quo Sponsus divinus diademate, quo coronaverat eam Mater sua, in die depositionis sue, & in die letitiae cordis illius, conspicuus describitur. Et quidem mos ille iam viguit tempore Tertulliani, ut ex eodem de Cor. Mil. c. 13. constat, ubi scribit: *Coronant & nuptia Sponsi*. Quis autem coronatur in nuptiis lumen daturum finis fuerit, edocet Chrysost. hom. 9. in cap. 1. ad Timoth. inquit: *Propterea coronae Sponsorum capitibus imponuntur in victoriae signum, quia libidini insuperabiles redditi jam ad thalamum accedunt, quia voluptate devicti non sunt*. Hinc bigami non coronabantur. Coronas has hodie Graeci ex olive ramo, candida purpureaque seta (in castitatis symbolum, & posteritatis sanguine propagandae spem) circumdato componunt, ut exinde filii quasi novellae olivarum exurreruntur promittantur; quae forsitan ratio fuit, ut etiam antiqui Latini Nuptos oleacea corona donarint, de quorum nonnullis Saeculo IV. eccinit Sidonius.

Tum diva comas viridantis olive

Pace ligat, necit dexteras, & foedera mandat.

Quod poculi communis distributionem attinet, Goarius L. cit. refellit Arcadium exultantem, illud Sponsi à Sacerdote distribui, ut, communione accepta, ablutioi deservire possit; ostenditque illud indivise conviciis societatis, & communi bonorum usui & possessioni ex aequo habende & representande deservire, ut colligitur ex Simeone Thesalonicensi: qui etiam docet, Sponsos ante sumpcionem communicari communione Praefanficatorum, hoc est, Eucharistia alia die consecrata, ac in Calice conservata, quam communionem ait denegari bigamis, non vero poculum obrelatam ejusdem significationem. Ex qui-

bus patet, antiquos Christianos sub Missae Sacrificio, vel illo absoluto copulari esse solitos, & in Graeca Ecclesia quidem in Missa Praefanficatorum, de qua egimus lib. 3. Tit. 41. N. 44. Poculo poculi hujus usus etiam apud Latinos in usu fuit; testatur siquidem Polydorus Virgilius hunc morem suo tempore adhuc apud Anglos viguisse, lib. 1. de invent. rerum cap. 4. Scyphus hic vitreus post ternam delibationem frangitur, ut tum corporum, tum animorum nubentium aliis quibuscumque consortium interdictum indicet. Judaei illam frangunt ad delignantiam gaudiorum terrenorum fragilitatem. Putat nihilominus Goarius, Graecos aliqua religione ductos, scyphum, quamvis communem, ex eo quod nuptiarum benedictioni interservit, frangendum potius, quam in profanos usus revocandum existimare.

Denique Choream in ipso copulationis actu modesto, compositoque gestu in circulum acto ex alacris animi affectu, praeviente graviter Sacerdote, ducunt, aut simulant Sponsi, & quasi choraula illo sacris Praeposito praecinate, mentem à corpore terrenisque motibus elevantes, conjunctionem Verbi divini cum humanitate assumpta, suo Conjugio representatam contemplantur, auditio Hymno, qui in Euchologio cantari praescribitur, & ejus Mysterium ex Simeone Thesalonicensi L. cit. exponit saepe laudatus Goarius. Qui etiam ibi N. 9. inem & mysterium officii Proaubi sustentantis retro coronas Sponsorum ex eodem Simeone explicat. Verba Simeonis sunt: *Sustentat coronas temperantiae, concordiaeque Susceptor, retro stans, & consensus unanimis connubique laudandi moderator & Praceptor factus. Spondet enim pro nuptiarum continentia, & mutuis se se affectibus prosequi instruit, sicut in Baptismo fidem susceptor edocet, & pro suscepti constantia se coram Ecclesia Sponsorem exhibet. Hic porro Pronubus, Graece*

Sya-

Syntenós, Paranymporum quasi Antesignanus fuit; eo in nostris oris adhuc utitur Vulgus in suis Nuptiis, sed plerumque ut inconditis, obscensisque salibus convivium nuptiale condiat. Ceterum plures Paranympos à Graecis in solemnibus Nuptiarum adhibitos fuisse, tenor orationis in Euchologio, Recordare Domine Deus noster fervorum tuorum Paranymporum ad gaudium hoc convenientium, prodit. Eos in Latina Ecclesia pariter adhibitos fuisse constat ex illico dicendis; Paranympsi autem, teste Salvatore, amici Sponsi, ejus audita loquela, latantes, & alacritatis ejus participes solemniores reddunt Nuptias. Nunc ex dispositione duo Paranympsi, seu testes de necessitate adesse debent copulationi ad hoc, ut Matrimonium valeat.

77. Latina Ecclesia cum Graeca majori ex parte conspirabat in solemnitatibus Nuptiarum; plura tamen apud ipsam in desertudinem abiverunt, ita ut nunc fere adhibeatur benedictio illa, ut vocant, accidentalium, porrectio annuli, & dexterarum conjunctio.

Nonnisi post Missarum solemnia à Christianis Nuptias generaliter contrahi consuevisse prioribus Saeculis, quin ita contrahi debuisse, claris testimoniis ad A. 57. Annalium probat Baronius; ritus hujus modi renovationem adscribit Evaristo Pamelius Tomo 1. Liturgicon, teste Goario; sed male, cum (quod non advertit Goarius) locum à se relatum sumpsit ex Ep. 2. eidem Pontifici falso adscripta, atque ab Isidoro Mercatore Saeculo VIII. confarcinata, ut vidimus lib. 1. tit. 2. c. 4. §. 5. Tutius ergo testimonium pro Ecclesia Latina adducit idem Goarius ex Latino Patre Tertulliano, qui lib. 2. ad Uxorem ait: *Unde sufficiam ad enarrantam felicitatem hujus Matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio (in Missa Sacrificio), & obsignatum Angeli (Sacerdotis), & obsignatum Angeli (Sacerdotis) renuntiant, & Pater Celestis ratum habet. Coronarum, pro-*

Tom. II.

culique communis usum in Nuptiis proficorum Latino rum viguisse ex dictis N. praeced. constat de benedictione Neonuptis impertiri solita, ejusque adhuc virente usu superius late egimus. Consvieuit etiam ab antiquo in eadem Ecclesia nuptialis annulus propria Sacerdotis benedictione sanctificari, inquit Goarius. Antiquam quidem & diversam ab ea, quae in inannualibus antiquis reperitur, ex antiquis Liturgiis exhibet Novarricus de Nuptialibus aquis cap. 42. Contactum tamen ad sacram mensam sufficere Graeci existimant, ideo benedicendis annulis nulla exstat oratio. Annulorum commutatio in nostris oris locum habet in Sponsalibus contracta, in copulatione à Ritualibus vix praescribitur. Ferreum fuisse annulum Sponsae notat Goarius ex Cryptoser. Bessarionis Codice, ut quae inito conjugio in viam potestatem transiret, & servitutis jugum lubiret. Argenteam nihilominus notat rubrica Euchologii, quam commentatur. Latinos faces quoque in Nuptiis adhibuisse testatur Chrysologus serm. 22. inquit: *Quia semper Nuptiis amicae sunt faces, luminum testimonio celebratur castitas Nuptiarum. Sicut enim fugit lucem, illicita qui praesumit: sic multiplici coruscet in lumine, licita qui quirit. Preter amorem ergo inextinctum, & non dirimendum Conjugii nexum, Nuptorum callitati gestatae ab eis in Ecclesia faces testimonium reddunt. An thurificatio Sponsorum apud Latinos in usu fuerit, non refert Goarius; verosimile tamen est eos thuris suffitam in Nuptiis adhibuisse, cum antiqui Romani boni omnis in Nuptiis thus esse arbitrati sint, ut eo non accessu infortunatas putarent fore; sic enim Euclio in Plauro Aulularia.*

Nunc Thufculum eni, & haec Coronas flores;

Hec imponentur in foro nostro Lari;

Ut fortunatas faciat natae Nuptias.

Quem ritum religiosiori animo suscepisse Christianos non tantum Graecos, sed

ss

etiam



etiam Latinos ex eo fit verisimile, quod thure circa Sponsos accenso, nec non oratione utitur Ecclesia, Tobie devotam mentem, & actionem imitatura, cum jecoris incensi fumo, & oratione demonem conjugis castis infensum extricavit. Atque ut fidem de Paranympis superius datam exsolvamus, illius officium describitur in Pleudepigrapha Evangelii Epistola. Paranympsi, seu Paranymporum institutionem Sotero Sæculi II. Pontifici adscribit Giacconius in ejus vita, inquit: *Instituit Soter, ne legitima Uxor haberetur, nisi cui Sacerdos prius benedixisset, & quam Parentes solemniter pompa more Christiano Marito collocassent, quamque etiam de more Paranympa custodiissent.* Quæ institutio non habetur in duabus Epistolis ab Hlidoro Mercatore Sotero suppositis, nec in quatuor Decretis à Gratiano eidem adscriptis, apud Coletum Tomo 1. Conciliorum pag. 590. seqq. Eam ergo videtur Giacconius desumpsisse ex libro Pontificali Damasi, unde ejus metienda auctoritas. Unius Paranympii mentionem habet Concilium Carthaginense IV. qui castitatis & pudicitie conjugis utriusque testis, & quasi custos puros adhuc illos, & commercii carnalis expertes inter se jungit, vel potius conjunctioni in Ecclesia factæ assistit: & Dei Personam primi omnium conjugii Paranympsi & Pronubi in Ecclesia præsentat.

Ex dictis elucet secunda pars, nimirum, apud nos obsoletis aliis Nuptiarum Ritibus à veteribus Christianis pie usurpatis, maxime adhuc observari Sacerdotalem benedictionem, ac dexterarum conjunctionem, & in variis Diocælibus annuli porrectionem. A Tridentino equidem nil aliud præscribitur, quam Parochi & testium, seu Paranymporum Præsentia, mutuis Sponsorum consensibus sensibilibus expressis, & formula copulationis à Parochis juxta receptum uniuscujusque Provinciæ ritum exprimenda.

Ex hucusque relatis vero in apertis est, quanto pietatis, atque ad excitandos Sponsos ad apprehensionem genuini Nuptiarum finis à Deo in earum institutione intenti proprio apparatu, Patres nostri concubia conciliaverint, & quam procul prolapsi finis in plerisque Provinciis à tam considerando disciplina Christianæ capite, dum in Urbibus celebrioribus vespertina copulationes absque Missæ Sacrificio identidem celebrantur, atque à Nuptiali convivio eadem nocte ad Thalamum properatur, Sponsaque, quam antiqui non tantum Christiani, sed etiam Judæi, ac ipsi Ethnici flammæ, hoc est, velo croceo, Virginei pudoris indicio, velabant, unde & nuptiæ dictæ sunt N. r. h. t., ad eandem libidini orexim ornata procedit: indicia clara, quo sine bene multa Concubia ineantur.

## §. V.

De Matrimonii Impedimentis in genere.

73. **C**um, teste S. Thoma lib. 4. contra Gentiles c. 78. *Generatio humana (quæ Matrimonii Contractu legitur) ad multa ordinetur, scilicet ad perpetuitatem speciei, & ad perpetuitatem alicujus boni politici, puta populi in aliqua Civitate, ac etiam ad perpetuitatem Ecclesiæ; — oportet, quod hujusmodi Generatio à diversis dirigatur.*

In quantum igitur ordinatur ad bonam Naturæ, quod est perpetuitas speciei, dirigitur in finem à natura inclinante in hunc finem, & sic dicitur esse nature officium. In quantum vero ordinatur ad bonum publicum, subjacet ordinationi Legis Civilis. In quantum autem ordinatur ad bonum Ecclesiæ, oportet quod subjaceat regimini Ecclesiastico.

74. Cum igitur in contractu Matrimonii varia intervenire possint, quæ bonis naturæ, Civitatis, & Ecclesiæ à generatione humana obvenerint adversari

fari possint, Lex tam naturæ, quam Positiva Divina, ac Humana, tum Civilis, tum Ecclesiastica talia Matrimonia impedire, ac irritare possunt.

Propositionem adducit S. D. L. cit. inquit: *Considerandum est, quod quando aliquid ad diversos fines ordinatur, indiget habere diversa dirigentia in finem; quia finis est proportionatus agentis. Quodlibet autem agens propter finem, debet posse applicare efficaciam media ad eum consequendum.*

75. Hinc est, quod lex naturæ ad consequendum bonum sibi à generatione intentum, nempe perpetuitatem speciei juxta Regulas honesti & decori factam testam servandam, statuerit Matrimonii impedimenta tum impedientia, tum dirimentia.

Inter impedimenta impedientia Matrimonium Jure naturæ numerari possunt conjugia fratris cum sorore, Mariti cum secunda Uxore vivente priore, &c. in quibus dispensari posse divina auctoritate comprobatur, qui dispensavit cum Cain & Seth ad effectum ducendi sorores in Uxores, eo quod alie Mulieres propagationi generis humani proflus necessaria non fuerint; cum absurdissimum, atque ab omnibus Theologis explosum sit commentum, existitisse Præadamitas; item cum Patriarchis veteris Testamenti quantum ad monogamiam, ut supra N. 12. vidimus. Nec huic dispensationi natura reclamavit, quæ magis, quam ullæ aliæ leges, dum jura illius diversa inter se colliduntur, utriusque vero potiri est impossibile, præferendum majus minori dicitur: ut patet in collisione reverentie sanguinis, & propagatione speciei in Cain, & Seth, fororibusque eorum, in inæqualitate inter duas, tresve Uxores respectu unius Mariti; & dilatazione conservationeque Ecclesiæ Veteris Testamenti carnali seminatione propagandæ inter se collis; & in jure sive obligatione conferendi brachii ac capitis, dum illud scitu

opponimus, ut caput conservemus, &c. Inter impedimenta Jure naturæ dirimentia Matrimonium numerari possunt Matrimonium filii cum matre, vel Patris cum filio, Matrimonia item Polyandrica, hoc est, Mulieris cum pluribus simultaneis Maritis, &c. Polyandrica quidem, quia magis impediunt propagationem generis humani, quam promoveant, de quibus supra N. 3. egimus: Parentum vero cum liberis, quia ob immediatam horum in esse à Parentibus equalitatem requisita inter Conjuges æqualitas nullatenus conciliari potest, ut alibi cum S. Thoma sustinetur, nec hic adituere accessit est.

76. Deus quoque, qui Republicam Hebraicam individuis præcepit tum moralibus, tum politicis, tum ceremonialibus ordinavit, ut honestæ, & bono publico Republicæ à se fundatæ conducant propagationi populi electi consuleret, Levitici 18. varia Matrimonii impedimenta per Moysen promulgavit.

Impedimenta hæc versantur circa gradus consanguinitatis & affinitatis. Ac imprimis v. 6. generaliter prohibet Deus Matrimonium inter proximos sanguinis, dicens: *Omnis homo ad proximum sanguinis non accedet, ut revelat turpitudinem ejus.* Deinde speciatim gradus prohibitos enumerans v. 7. Matrimonium inter Parentes & liberos interdicit: v. 8. inter Privignum & Novercam, & vice versa v. 9. inter fratres & sorores consanguineas, vel uterinas: v. 10. inter Avum & Nepotes tum ex filio, tum filia: v. 12. inter amitam & nepotem: v. 13. inter materteram & nepotem: v. 14. inter nepotem & patrui Uxorem: v. 15. inter nurum & socerum: v. 16. inter affines in primo gradu linearum transverse: v. 17. inter vitricum & privignam, ejusque filiam ac nepotem: v. 18. inter sororem Uxoris & Maritum, adhuc illa vivente; quia mortua illa poterant Judæi accipere sororem in Conjugem. Circa hæc impedimenta observandum est primo, illa in-



ter consanguineos, & affines secundum gradum non excedere. Nam v. 7. Parentes & liberi sunt in gradu primo consanguinitatis lineæ rectæ. v. 9. Fratres & sorores in gradu primo lineæ transversæ. v. 10. Avus & Neptis in gradu secundo lineæ rectæ. v. 12. Amita seu Patris foror cum suo nepote seu fratris filio in gradu primo mixto secundo lineæ transversæ. Et idem dicendum de matertera seu sorore Matris respectu sui nepotis ex sorore, de qua agit v. 13. Et quod lineam affinitatis attinet, v. 14. Nepos & patris Uxor sunt in primo gradu mixto secundo lineæ transversæ. v. 15. Nurus & socer, seu Mariti pater in gradu primo lineæ rectæ. v. 16. Uxor fratris cum altero fratre in gradu primo lineæ transversæ. v. 17. Privigna & vitricus in gradu primo lineæ rectæ, nepes vero in secundo. Nam dum ibi dicitur: *Turpitudinem Uxoræ tuæ, & filia ejus* (nimirum ex alio marito genita) non revelabis, *filiam filii ejus, & filiam filia ejus non sumes*, idem fit appellatio ad filias filiarum filia Uxoræ, quæ cum Marito essent in tertio gradu, sed ad Nepotes Uxoræ, seu filias ex ejus filio vel filia progenitas, quæ cum Marito sunt in gradu secundo. Impedimenta ista his elegantibus versibus exprimuntur.

Nata, Soror, Neptis, Matertera fratris & Uxor,

Et Patris conjux, Mater, Prigna, No-verca,

Uxorisque foror, Privigni nata, Nurusque,

Atque Soror Patris, conjungi lege ve-tantur.

Observandam secundo, dubium esse posse, num dicti cap. 18. Levit. prohibitiones solum se extendant ad Personas ibidem expressas, ita ut alia Personæ non expressæ, esto in eodem sanguinis vel affinitatis gradu constitutæ, us omnino non comprehendantur. E. g. dum v. 12. inter nepotem & amitam maritalis

conjunctio prohibetur, eadem non censetur prohibita inter neptem & patruum, quod, esto in eodem gradu sanguinis sint, nihilominus in lege non exprimitur. Vel utrum in his argumentari liceat à personis specificati gradus expressis ad alias ejusdem gradus non expressas: quod idem est ac querere, utrum divina prohibitio potius se extendat ad ipsos gradus, quam ad personas in gradibus ibi relatis expressas? Hebræi veteres, teste Græcio lib. 2. c. 5. §. 13. de jure pacis & belli, & qui omnia eorum legit, summoque judicio digesti, Moses Maimonides, cum sentiant eorum legum, quæ cap. 18. Lev. de Matrimonii sunt prodita, causas esse duas: primam nimirum naturalem quædam verecundiam, quæ non sinat ortus auctores cum sua soboles, aut in se ipsis, aut etiam per Personas sanguine, aut nuptialis sanguinis commixtione proxime coherentes misceri: alteram vero, ne quarandam Personarum convictus nimis quotidianis atque inobservatis, stupris, & adulteriis occasionem daret, si amores tales nuptiis possent conglutinari; ex Personis imbi conjungi prohibitis per analogiam alios quoque gradus tum consanguinitatis, tum affinitatis in linea recta comprehensos volunt, ob apertam rationis paritatem. Istorum autem graduum hæc sunt apud ipsos nomina. Mater matris suæ, Mater Patris Matris suæ; Mater Patris sui, Mater Patris patris sui: Uxor Patris patris sui, Uxor Patris Matris suæ; Nurus filii sui; Nurus filii filii sui; Nurus filia suæ; filia filia filii sui, filia filii filii sui; filia filia filia suæ, filia filii filia suæ; filia filia filii Uxoræ suæ, filia filia filia Uxoræ suæ; Mater Matris Patris Uxoræ suæ, Mater Patris Matris Uxoræ suæ; id est, more Romano, Avix & proavix omnes, pronoverca, proneptes, proprivigna, pronurus, profocerus; qua scilicet & sub agnationis nomine comprehendatur similis cognatio, & sub primo gradu se-

cut-

cundus, & sub secundo tertius, ultra quem vix est, ut oriri controversia possit, cum alioquin, si posset, in infinitum eadem futura esset ratio: verba sunt Grotii. Nostorum temporum Navatores Lutherus, Bucerus, Melancthon, Kemnitius, Calvinus, Beza, eorumque sequaces, cum sentiant, omnia illa præcepta, quæ habentur in Levitico, de gradibus tum consanguinitatis, tum affinitatis esse naturalia, ac indispensabilia; etiam inferant, non tam Personas in gradibus dictis specificatas, quam gradus ipsos esse obiectum prohibitionis divine: unde Giesseus in Hassia Jureconsultus Hunnius lib. 1. *variar. Lect. Tr. 3. q. 24.* ad instantiam Bellarmini respondet: *In dicto capite non Personæ, quæ nominatim apud Moysen exprimuntur, sed ipsos potius gradus prohiberi.* Et hinc infert v. 12. superius relato, non solum inter amitam & nepotem specificatos Matrimonium irritari, verum etiam inter nepem & Patrum ob ejusdem gradus conjunctionem. E Catholicis vero Bellarminus cum aliis esto concedat, aliquos gradus in dicto capite naturali jure esse prohibitos, quales omnes censent gradum primum consanguinitatis lineæ rectæ, seu inter parentes & proles; plures etiam gradum primum lineæ rectæ affinitatis, seu inter Privignum & Novercam, aut privignam & vitricum, & primum consanguinitatis lineæ transversalis, seu inter fratres & sorores, de quo differere hujus non est loci; nihilominus contendunt non omnes gradus imbi expressos eodem jure esse prohibitos: & hinc inferunt sæpe laudato v. 12. non prohiberi Conjugium inter amitam & nepotem, tanquam Lege Naturali, sed divina positiva Judiciali, & consequenter illam prohibitionem se non extendere ad Matrimonium Patrum cum nepote, & ita de aliis. Cum vero ex hac controversia tanquam ex principio pendeat alia magui momenti questio, nimirum an impedimenta Lev. 18. sint

indispensabilia, vel dispensabilia per legem humanam, adeoque an Ecclesia Catholica erret, dum judicat in quibusdam dispensare posse Romanum Pontificem, v. g. in impedimento versus 16. inter fratrem & fratris defuncti Uxorem, in quo non semel Romani Pontifices dispensatione leguntur; hinc sequenti propositione enucleatius discutendam censui.

77. Præcepta Lev. 18. Matrimonium inter certas Personas irritantia non omnia sunt ita naturalia, ut sint etiam indispensabilia; sed quædam per Ecclesiam dispensari possunt.

Hanc propositionem definivit Synodus Tridentina Sess. 24. de Sacr. Matr. c. 3. in quo habetur: *Si quis dixerit eos tantum consanguinitatis & affinitatis gradus, qui Levitico exprimuntur, posse impedire Matrimonium contrahendum, & irritare contractum: nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituit, ut plures impediant vel dirimant; anathema sit.* Sed prorsus eam ab hæreticorum calumniis vindicemus, quemadmodum Nostri œconomiam Ecclesiæ cum dictis Levitici Legibus combinant, prius dispiciendum; & quidem Eminentissimus Cardinalis Bellarminus de *Sacram. Matrim.* lib. 1. cap. 27. & post ipsum alii Polemici totam controversiam nos inter & heterodoxos volunt in eo consistere: an dicta præcepta Levitici omnia sint naturalia, & consequenter indispensabilia? an aliqua etiam judicialia, & consequenter dispensabilia? Et hinc ad elidenda hæreticorum tela negat omnia prorsus præcepta Levitici esse naturalia, sed quædam etiam esse judicialia, conclusionem tamen suam ita limitat Eminentissimus, ut solum velit negare omnia præcepta Levitici esse naturalia primo & secundo modo, nam tertio modo ait posse cum antiquis Theologis concedi omnia esse naturalia: unde sequentem ordinem inter ea, quæ Lege nature sunt prohibita, ibi statuit: aliqua enim secundum ipsa

ita



ita sunt Lege naturæ prohibita, ut nulla circumstantia cohoneſtari valeant, quale est v. g. blasphemare Deum, quæ etiam à Theologis dicuntur intrinſecè mala. Alia vero ita, ut ſint mala ſemper & apud omnes, extrema excepta neceſſitate, quale est tollere alienum invito Domino. Tertio denique ita, ut ſint quidem mala, ſi nude & abſoluta ſumantur; ſi tamen mutantur circumſtantie, cohoneſtari poſſint, ac bona fieri. Sed ſi in rigore metaphyſico velimus loqui, omnis Lex naturæ de quibuſcumque objectis eſt proprie immutabilis & conſequenter indiſpenſabilis: unde tritum eſt apud Theologos, in Lege naturæ proprie diſpenſari non poſſe, ſed tantum improprie per ſubtractionem aut imutationem materiæ. Unde omnia objecta Legis naturæ prohibentis, qua talia, poſſunt dici intrinſecè mala, & indiſpenſabilia; nam ſicut Deus non poteſt facere ut licitum ac honeſtum ſit blaſphemare, ita non poteſt facere, ut licitum ac honeſtum ſit tollere alienum, qua tale, vel accedere ad non ſuam; ſi autem tranſferat dominium non ſup ad accedentem, ſicut fecit cum Propheta, jam non eſt non ſua, ſed ſua, & ſic de reliquis: unde Præcepta naturæ in prima claſſe à Bellarmino poſita nequaquam dici debent indiſpenſabilia, quia in ſe mala ſunt, ſed quia nulla poſſunt occurrere circumſtantia, quæ objecta illorum in eſſe morali ſpectata cohoneſtare poſſet, ut patet in blaſphemia, nam in eſſe phyſico ſpectata nec illa mala ſunt, ut patet in narrante alterius blaſphemiam. Secundæ vero & tertie claſſis dicuntur diſpenſabilia, quia tales circumſtantie occurrere poſſunt, quæ illa cohoneſcent: ſic ducere fororem ſecundum ſe eſt inhoneſtum, ſi autem occurrat neceſſitas propagandi generis humani, ſit honeſtum. Et hinc eſt, quod ſubinde minores rationes ſufficiant, ſubinde majores, ut objecta ſecundum ſe indecentia cohoneſtari poſſint; quo-

niam quædam objecta nude ſpectata majorem indecentiam habent, quam alia, ut patet in concubitu cum ſore, qui turpior eſt concubitu cum conſobrina; unde inter objecta ſecundi & tertii gradus non videtur aliud diſcrimen intercedere, quam quod poſteriora facilius, priora difficilius ex circumſtantie cohoneſtari, & conſequenter in iis diſpenſari valeat. Quin hoc modo, rigoroſe loquendo, nullum ex præceptis Lev. eſt indiſpenſabile abſolute, cum Deus initio mandi inter fratres & ſorores diſpenſaverit in ordine ad contrahendam Matrimonium, & in illorum ſententia, qui cum S. Th. 2. 2. q. 154. art. 9. ad 3. docent ſolum primum gradum lineæ rectæ diſcrimere Matrimonium jure naturæ, Deus adhuc diſpenſare poſſit, v. g. cum Matre & filio de abſoluta ſua poteſtate. His præſtabis, & ſuppoſita convenientia cum adverſariis, quod præcepta Levitici quatenus proprie Levitica, id eſt poſitiva & judicialia ſunt, non obligent Chriſtianos, ſed tantum quatenus naturalia; non videtur mihi neceſſarium ad juſtificandam definitionem Tridentini, adverſariis negare omnia præcepta Levitici eſſe naturalia; certiffime enim talia ſunt, ſaltem tertio modo, ut ipſe Bellarminus poſt S. Bonaventuram, Paludanum, & ipſam veritatem concedit, eam commixtionem cognatorum in primo & ſecundo gradu conſanguinitatis & affinitatis prohibeant, ut ſupra N. 76. vidimus, inter quos naturalem verecundiam intercedere ipſi Judæi ſententur. Sed negandum eſſe conſequentiam, quæ ex hoc principio deducunt, Eccleſiam nimirum in quibuſdam ex his gradibus prohibitis diſpenſare non poſſe. Decantatum enim in Jure eſt, lege humana ob ſufficientes rationes poſſe fieri licita, quæ ſpectato jure naturæ, & nude ſumpta ſunt prohibita, ut patet in præſcriptione, &c. non quidem ita ut refragante lege naturæ licita ſiant, ſed ipſa conſpirante; nam licet jus naturæ vetet poſſi-

poſſidere rem alienam ſecundum ſe, non tamen vetat in caſu præſcriptionis, quia nimirum maſus bonorum Communitati tunc provenit. Ita pariter, quamvis Matrimonia in Levitico prohibita ſecundum ſe & nude ſpectata ſint inhoneſta, poſſunt tamen tales circumſtantie occurrere, quibus ex aſſe cohoneſcentur, ut ex dictis de Cain & Sorore ejus ſimul & Uxore patet. Quamvis ergo fatendum ſit, Synagogam in illis diſpenſare non potuiſſe, exinde tamen inferre haud licet, hanc facultatem non competere Eccleſie circa quosdam illorum. Grandis enim quoad hoc eſt differentia inter Synagogam, & Eccleſiam, ſiquidem Deus Synagoge per Moyſen dedit præcepta atomæ & individua, quæ voluit ad literam obſervari, & illis ex nulla ratione aliquid addi vel demi, ut patet ex penis c. 20. tranſgreſſoribus præceptorum Levit. 18. determinatis; Chriſtus vero Eccleſiæ ſuæ majori ex parte præcepta ſolum generalia, ac poteſtatem clavium iſteſtiam ad adificationem, non ad deſtructionem contulit. Sunt ergo Præcepta iſta naturalia, & à Deo ut talia Judæis per Moyſen promulgata; ſed illorum indiſpenſabilis obſervatio videtur mihi ex præcepto judiciali profluere, nimirum illo generali, quo Deus voluit ſuas ordinationes circa præcipua diſciplinæ capita à Judæis inviolabiliter & ad literam obſervari. Quod præceptum cum non obliget Eccleſiam, in quibuſdam ex rationabili cauſa diſpenſare poſſet; maniſeſtum enim eſt, poteſtatem humanam ex rationabili cauſa juſta poſſe reddere ea, quæ ſecundum ſe contra legem naturæ ſunt, ut ex dictis patet, niſi hoc lege divina poſitiva expreſſe prohibeatur, ut contingit in caſu apud Synagogam. Ex hoc modo puto facilius & feliciter ſalvari poſſe æconomiam Eccleſiæ circa diſpenſationem Matrimoniorum in certis gradibus, & à Levitico interdicitis, ſimulque hæreticorum argumenta diſſiliari, quam recurrendo ad illud

principium, quod dicti gradus, in quibus Eccleſia cenſet ſe poſſe diſpenſare, pertineant ad præcepta judicialia Eccleſiæ jam non obligantia; eſto enim hoc evinceretur, nihilominus adverſariis concedendum eſſet, ſicut revera concedere debemus, quod dicti gradus jure naturæ etiam ſint prohibiti, ut ſupra demonſtratum eſt. Conſtat enim lege naturali prohibita iterum prohiberi poſſe lege poſitiva, ut patet in furto, quod jure naturali, canonico, & civili prohibetur. Conſtat præterea leges poſitivas, ſeu judiciales, qua tales, eſſe de objectis de ſe indifferentibus, quaſia non ſunt Matrimonia in dictis gradibus contracta, ſi nude ſpectentur, unde rediret difficultas.

Quare ad principale Proteſtantium argumentum: Omnia præcepta Levitici ſunt naturalia: ergo Eccleſia in nullo diſpenſare poſſet; concedo antecedens in ſenſu ſuperius jam explicato, & nego conſequentiam: ratio negationis ex dictis in aprico eſt. Ex qua ſponte ſua etiam ruunt reliquæ argumentationes eidem baſi ſuperſtructæ; omnes enim nihil aliud probant, quam præcepta Levitici 18. eſſe naturalia, quod non negamus. Primum enim apud Bellarminum nihil aliud probat, quam Chanaanæos pecaſſe, non quod in aliquibus gradibus in Levitico prohibitis Nuptias contraxerint; hoc enim fecit Jacob, Judas, Amram, & Abraham, conſobrinæ, & duas ſorores ducendo, qui gradus ibi prohibentur; ſed quia id non cum ratione, ut illi, ſed temere & ſine delectu faciebant. Corinthii vero nuptiæ cum noverca, quas S. Paulus damnavit, obviam repugnantiam cum recta ratione involvunt, & inſuper temere fuerunt contractæ, & probabiliter erant concubinatæ cum noverca, vivente marito. Heſodes vero ducendo fratris Uxorem peccavit contra legem poſitivam Levitici, ſive Maritus ejus mortuus fuerit, ſive adhuc vixerit, non Joannes, ſed Chriſtus legem Moſaicam abrogavit.



Nec inferre licet, si Matrimonia in omnibus his gradibus jure naturæ sunt illicita: ergo Jacob, qui duas forores, Abraham, qui duxit nepsem ex fratre, &c. contra legem naturæ peccarunt. Respondeo enim Sanctos illos Viros (quos nefas est suspicari in perpetuo visisse incestu, quemadmodum id asserunt impii Calvinus, Beza, & Melancthon) vel contraxisse dicta Matrimonia, quemadmodum duxerunt plures Uxores ex dispensatione inspirata, vel ob tales circumstantias, quas prudens nunc judicaret sufficientes ad dispensandum, ad effectum tale Matrimonium contrahendi: & certe rationes, quæ viros istos apud Catholicos excusant ab adulterio in Polygama, etiam in dictis Matrimoniis ab incestu excusare debent. Hinc non video, earum Eminentiſſi. Cardin. horum exemplis evincere veli omnia præc. Lev. 18. non esse naturalia, inquis: Si autem Leges illa semper obligassent, numquam Sancti Viri, & amici Dei contra eas Leges Matrimonia contraxissent. Cum tamen in observando tertio fateatur, omnia ista præcepta posse concedi naturalia, nimirum tertio modo, ut concedunt plerique Theologorum veterum. Et in responsione ad primum argumentum: Omnia illa præcepta de gradibus cognationis naturalia sunt aliquo modo, nimirum, si nude ac solitarie sumantur gradus cognationis sine circumstantiis, quæ sufficiunt ad Matrimonia in illis gradibus honestanda, quod ex ipso Levitico adstruit, ubi illi gradus vocantur turpitudines. Hæc autem ipsa nostra est sententia, & ratio, quare non recurramus ad probandum, aliqua ex his præceptis esse solum positiva seu judicialia, & nihilominus Patriarcharum facta excusamus. Quæ & ipse ex hoc capite excusat, dicens: Qui in gradibus prohibitis conjugia contraxerunt, & tamen à Deo puniti non sunt, quia videlicet non temere, sed cum ratione id fecerunt. Pa-

rum autem interest, si ve aliquid sit contra Legem naturæ secundo, si ve tertio modo spectatæ, modo secundum se sit inhonestum; nam duo illi gradus non differunt nisi secundum majorem vel minorem indecentiam, & hinc requirant graviora vel minus gravia motiva in sui dispensatione. Unde iterum non video, quomodo ad argumentum ex cap. Gaudemus de Divitiis, ubi Innocentius III. Matrimonia Infidelium in 2. & 3. gradu censet licite contrahi, quod non obligentur Canonibus Ecclesiæ; ex quo inferri potest ab adversariis, conjugium cum Uxore fratris mortui (quod in Levitico prohibetur, & in eo nihilominus ab Ecclesia dispensatur) & consequenter gradum primum affinitatis esse prohibitum jure naturæ; respondeat: Argumentum hoc non est contra conclusionem nostram. Nos enim tantum contendimus, non omnes gradus in Levitico prohibitos, esse prohibitos jure naturæ, id quod Innocentius III. etiam docuit, dum secundum gradum non vult esse prohibitum jure naturæ. Sed cum summam reverentiam summorum Virorum standum mihi videtur sententia veterum Theologorum supra citatorum, gradum primum & secundum Levit. esse prohibitum jure naturæ, solum vero gradum primum in linea recta eodem jure irritare Matrimonium. Id quod aperte videtur sentire S. Th. 2. 2. q. 154. art. 9. in (-) ubi habet: Dicendum, quod sicut dictum est, ibi necesse est inveniri determinatum speciem luxuriae, ubi invenitur aliquid repugnans usui debito venerorum: in usu autem consanguinearum vel affinium invenitur aliquid incongruum commixtioni veneræ, triplici ratione: primo quidem, quia naturaliter homo debet quandam honorificentiam parentibus, & per consequens aliis consanguineis, qui ex eisdem parentibus de propinquo originem trahunt, &c. Hujusmodi autem sunt gradus in Levitico enumerati, utpote qui in linea consan-

sanguinitatis sunt primus & secundus, in linea vero affinitatis primus tantum, ut supra N. 76. vidimus. Ad quatum gradum in utraque linea se naturalis illa indecentia extendat, disputant Theologi, nec tam facile defini potest.

78. Principes Christianos statuisse impedimenta Matrimonium dirimentia, res est facti, eaque certissima.

Sat est perlegere titulum II. libri 23. Pandectarum de ritu Nuptiarum, ut de veritate propositionis aliquis convincatur. Observandum nihilominus, propositionem procedere de Matrimonio, ut Contractus Civilis, non ut Sacramentum est; Matrimonium enim potest considerari, ut officium naturæ, ut officium communitati proficuum, & ut Sacramentum, atque hoc posteriori modo tanquam rem spirituales ad Ecclesiam pertinentem Principes Christiani constanter agnoverunt, & hinc illorum Leges irritantes nunquam videntur respexisse Matrimonia subditorum aliter, quam contractum civilem, quemadmodum illud respexerunt leges de dotibus, de successibus, & aliis temporalibus Matrimonium comitantibus.

79. Verosimilius etiam est, Principes Christianos sui statuendi impedimenta Matrimonii usurpatione sibi non arrogasse, aut ab Ecclesia illud accepisse.

Contrarium asserunt Pontius lib. 6. c. 2. & Galeus Episcopus in Italia in Opusculo ea de re conscripto. Sed felicitus utramque simul conciliat auctoritatem Ecclesiasticam & Civilem insignis Theologus Petrus Soto lect. 4. de Matrimonio, ubi docet, posse quidem Principes proprio jure statuere de Matrimoniis irritandis vel non; sed ex sua pietate, ac in Ecclesia condescensu, ab usu & exercitio hujus sui potestatis à multis jam Seculis abstinuisse, ut jam nullum censetur Matrimonium illegitimum, quod Ecclesia tale non indicat. Veram haud esse sententiam Pontii probat Tournelius, & primo, quod Principes Christiani jus

illud sibi non usurpaverint, ex eo, quia de hac præsentia usurpatione nunquam Ecclesia conquesta fuit; imo potius leges, ac Constitutiones Principum circa Matrimoniorum legitimitatem & populasvit, & commendavit sepiissime. Id quod adstruit, auctoritate Concilii Milevitanum II. An. 416. ubi postquam statuisse, Matrimonium, qui dimiserat Uxorem suam, alteri non posse nubere, decrevit supplicandum esse Imperatori, ut lege sua idem prohiberet. Et Concilium Lateranense I. Can. 5. legem, qua prohibet Matrimonium inter consanguineos, confirmat auctoritate legis Civilis: Quia, inquit, & divina & Seculi leges prohibent. Ita S. Ambrosius Ep. 66. ad Paternum, & S. Augustinus lib. 15. de Civit. Dei cap. 16. laudant Theodosii legem, qua prohibebat Matrimonia inter consobrinis. Ita SS. Pontifices, Siricius Ep. ad Himerium, & S. Leo Ep. ad Rusticum Narbonensem, & Nicolaus I. in resp. ad Bulgares c. 2. cum aliqua Matrimonio impedimenta apponunt, Legis quoque Civilis, & Imperatorum nituntur præsidio. Et ipse S. Thomas agnoscat Matrimonium aliqua ex parte subjacere Legi Civili, nempe quatenus Civilis est Contractus, sicut subjacet Ecclesiastica, quatenus Sacramentum est. Matrimonium, inquit lib. 4. sent. dist. 34. art. 1. in resp. ad 4. in quantum est in officium naturæ, statuitur jure naturæ; in quantum est in officium communitatis, statuitur jure Civili; in quantum est Sacramentum, statuitur jure Divino. Et ideo ex qualibet dictarum legum potest Persona effici ad Matrimonium illegitima. Neque valet dicere, Christum à potestate, & Jurisdictione Civili Principum subduxisse Matrimonium, ex quo illud ad dignitatem Sacramenti evexit. Nam, præterquam quod hoc fit contra apertam mentem S. Thomæ, Christus nihil Matrimonio detraxit, sed servata ejus natura, qualis erat, dignitatem dumtaxat, & efficaciam Sacramenti ei addidit,



didit: voluitque in lege Evangelica, non minus quam antea, suam Principibus Christianis integram, & illisam servari auctoritatem in Matrimonia; neque enim Lex Christi Principum auctoritati contraria est, imo favet quam maxime. Sed ante Christum Principes suam auctoritatem exercebant in Matrimonium: igitur & post Christum. Verba sunt Tournelii, qui etiam secundo probat, Principes ab Ecclesia jus dirimendi Matrimonium non accepisse: assignari enim, inquit, non potest, neque tempus, quo primum jus illud Principibus concessum fuit, neque Concilium, aut Summus Pontifex: aliunde vero Ecclesiastica concessione, & indulgentia non egent Principes in rebus suis temporalibus, & Civilibus ex auctoritate ac supremo Jure ordinandis; Civilem autem Matrimonii contractum ad res Principum temporales, publicum regnorum, ac familiarum bonum, honorem ac tranquillitatem pertinere, nemo tam absurdus, qui negaverit. Quanquam vero necessarium existimemus concursum Ecclesiasticae potestatis, ut Matrimonium possit irritari quoad vinculum, sedus, & Sacramentum, non idcirco privandi Principes jure, quod habent in Contractum Civilem, quem suis etiam legibus irritare possunt. Plura vide apud eundem.

80. Exercitio Juris hujus, statuendi nimirum cum Ecclesia impedienda dirimentia Matrimonii vinculum, Principes Christiani successive renuntiaverunt.

Id Sotus supra relatus tradit factum ex pietate erga Ecclesiam, utpote cujus fori est Matrimonium sub dignissimo respectu, nimirum sub ratione Sacramenti consideratum: creditque circa Saeculum VI. cepisse causas Matrimoniales, praesertim quae vinculum matrimoniale ex ratione Sacramenti resultans concernebant, ad Tribunal Ecclesiae remitti (quamvis non careat difficultate, an dicta causa isto

adhuc Saeculo ad Ecclesiam devoluta fuerint, cum virens tum fuerit Jus Justinianum, plura circa Matrimonii impedimenta, ac Divortii statuens, vel ab Imperatoribus praecedentibus tum Ethnicis, tum Christianis statuta complectens, ut supra N. 78. ex tit. 2. ff. vidimus): quod tempore Caroli M. & sequentium Imperatorum frequentius factum est, qui in suis Capitalibus, dum praesens tractant argumentum, constanter à Canonibus Ecclesiae praesidium & auctoritatem advocant, donec tandem ad modernam disciplinam, quae circa Saeculum XII. stabilita fuisse videtur, deveniant fuit; ut ipsi Principes nihil amplius circa vinculum Matrimonii sua auctoritate statuerent, sed integrum illius usum Ecclesiae permitterent; ipsique pro impedimento dirimente susciperent, quod ipsa ut tale declarasset. Hanc esse modernam à Saeculis aliquot stabilitam disciplinam non uno argumento evincit Sotus.

81. An vero hac oeconomia Ecclesia ita privative ad Principes Saeculares obtinuerit potestatem ordinandi impedimenta dirimentia Matrimonium, ut dicti Principes ab ea prorsus sint exclusi, res anceps est, quam definire nolo.

Negativam sententiam tuetur Soto L. cit. inquit: *Non tamen propterea vel legi, vel consuetudini Reipublicae hoc auferendum est, ut illegitimos aliquos reddere, si velint, possint; sed potius, si opus foret, confirmandum est ab Ecclesia.* Et Tournellius testatur, Reges Galliae jus suum & auctoritatem in Matrimonium, quod Calvinista in Regno suo contrahebant in gradibus prohibitis, non ita pridem exercuisse, cum ipsis nempe dispensando, ut in gradibus illis prohibitis contrahere possent absque ulla molestia, ut habet edictum Nannetense. art. 41. Affirmant vero Thomas Sanchez & alii apud Lanojum, contententes Ecclesiam Principes exercitio potestatis suae privasse, illudque sibi soli reservasse. Porro ex hac Principum

cipum circa impedimenta dirimentia Matrimonium, ut est Contractus Civilis, potestate, gravis ac intricata inter Theologos oritur difficultas, an cum Principes aliqua statuant, quae dirimunt Civilem Matrimonii Contractum quoad effectus civiles, politicos, & temporales, consequenter (quamquam per accidens respectu Principum, qui spiritualia non attingunt) nullum & irritum sit Sacramentum Matrimonii, defectu scilicet materiae sufficientis? Quae quaestio ab alia pendet aequae controversa: an nempe Contractus Civilis tam necessaria sit Sacramenti Matrimonii materia, ut eo per leges Principum irritato nulla supersit Sacramenti materia, & consequenter nullum sit Sacramentum: an vero irritato ac deficiente illo Civili Contractu, humanum seu naturalis sufficiat, qui quamdiu nulla obstat Lex Ecclesiae invalidans & irritans, sit materia Sacramenti sufficiens? Affirmat Lanojus in Tr. de Regia in Matr. potestate. In quo si nihil tentasset, inquit Tournellius, quam ut suum, sicut oportet, Regibus jus in Matrimonium assereret ac vindicaret, non nisi laudandum ac commendandum esset; verum cum Ecclesiam spirituali, quo fruitur in res Sacramentorum, jure spoliare nititur, cum Reges in materiam ipsam Matrimonii, quatenus Sacramentum est, auctoritatem suam exercere posse affirmat, haud dubie à vero recedit. Negat Sanchez cum aliis ex eo fundamento, quod Ecclesia exercitio potestatis statuendi impedimenta Principibus abstulerit; Pontius vero ex eo, quod, everso per Christum Matrimonio in Sacramentum, Principes hi circa ejus impedimenta non solum non habeant exercitio potestatis, sed nec ipsam potestatem. E contra ex illis, qui Soti mediam sententiam tuentur, atque supponunt Principes Christianos aliquando statuisse legitima potestate impedimenta dirimentia Matrimonium, & adhuc statueri posse, ut infi-

nuat Van-elsen, & quidam id affirmant, ii nempe, qui persuasi sunt solum Contractum Civilem esse materiam hujus Sacramenti; & absurdum illis obiectum, quod tali modo Matrimonium quatenus Sacramentum subjaceret legibus Principum, & ab illis penderet, diluunt, contententes, per accidens esse ac praeter intentionem Saecularis auctoritatis, quod nullum eo in casu sit Sacramentum, deficiente scilicet materia legitima: sicut qui aquam baptismi omnem ex aliqua regione auferret, per accidens impediret Baptisimum, vel qui homini manum absecaret, impediret ejus ordinationem, quin dici posset tales exercere auctoritatem in Sacramenta Baptismi vel Ordinis. E contra Tournellius contendit eo in casu Matrimonium adhuc futurum Sacramentum, ejusque materiam futurum contractum humanum, seu naturalem (nam in casu quo utraque potestas ad dirimendum concurreret, fateatur Contractum Civilem esse materiam hujus Sacramenti). Duplici autem movetur ratione, ut à priori sententia recedat: prima est, quod constat ex una parte, Concilium Tridentinum Matrimonia facta sine Parentum consensu firma & rata habere, in ratione scilicet Sacramenti; neque enim de Contractu Civili, ut Civilis est, statuit Ecclesia: ex altera vero, Matrimonia hujusmodi irrita esse in Gallia quoad effectus Civiles, adeoque & ipsum Civilem Contractum, qui illorum effectuum fundamentum est: ergo eo in casu materia Sacramenti non potest esse Contractus Civilis; ergo necesse est, ut sit naturalis. Secunda est: Cum possit Princeps Saecularis jure proprio, ac natura suae potestatis impedimentum aliquod statuere dirimens Civilem Matrimonii Contractum, demus casum contingere, in quo revera Princeps impedimentum aliquod statuisset, quod non statuisset Ecclesia: tunc valeret Matrimonium quatenus Sacramentum, non valeret quatenus Contractus



Civilis; adeoque eo in casu Contractus Civilis non esset materia Sacramenti Matrimonii. His momentis tamen non vult absolute evertere rationum Patronorum prioris sententiæ, sed illud in rigore dialectico haud accuratum & absolute verum esse, solum ostendere. Lector eligat sententiam quam vult. Vide infra N. 104.

82. Cum vinculum indissolubile Matrimonii firmitatem suam magna ex parte inde accipiat, quod illud sit novæ Legis Sacramentum, atque dispositio circa Sacramenta novæ Legis ad solam Ecclesiasticam potestatem pertineat, Ecclesia à primis sæculis dispositiones fecit non tantum circa Divortia, verum etiam circa impedimenta impedientia, vel dirimentia Matrimonium, & successive etiam privative ad ipsos Principes Sæculares.

Prima propositio pars §. sequenti, ubi de impedimentis illis in particulari agamus, in apicum ponetur; illamque Gerbesius antiquitatis tum testimonium, tum exemplis per omnia sæcula deductis demonstrat in Tr. suo de Matrimonii imped. p. 1. c. 4.

Secunda patet ex dictis N. præcedenti, juxta quæ etiam explicanda venit.

83. Hanc vero potestatem nullatenus accepit Ecclesia à Principibus Christianis, sed immediate à Christo.

Id patet, tum quia nullibi legitur à quo Principe Christiano, vel quando illam acceperit; nec dici potest, eam ipsi stabilitam fuisse per conviventiam Principum; nemo enim sine deferendo, sive connivendo jus, quod ipse non habet, in alterum transferre potest. Constat vero Principes nullum jus habere in Matrimonium prout est Sacramentum, cum nullum jus in ipsa Sacramenta habeant. Et hinc secundum superius dicta Principes non convixerunt, ut Ecclesia possit statuere Matrimonii impedimenta, sed solum ex pietate necessaria quodammodo, ut Ecclesiæ Pastores providere queant, quo Fideles Matrimonium ita ineamt, ut

Sacramenti effectum, & finem ejus spirituales assequantur, suæ potestati, vel ejus usui in statuendis Matrimonii, ut Contractus Civilis est, impedimentis renuntiarunt, hæcque œconomiam in totum Ecclesiasticis Judicibus reliquerunt, de quo vide Gerbesium Tr. cit. c. 2. Et hinc etiam est, quod sola Ecclesia in his impedimentis privative ad Principes Sæculares dispense, ut patet ex quotidiana praxi ipsorum, etiam Principum Catholicorum. Quamvis Protestantibus Jurisconsulti tam ordinationem impedimentorum, quam dispensationem in eis, Principibus territorialibus vindicare conentur, eo quod Matrimonium existiment nudum Contractum Civilem, qui ab Ecclesia caremionialiter solum solemnizatur, quos infra vel hoc ipso refellemus, quando probabimus Matrimonium à Christo in Sacramentum effectum fuisse. Eos damnat Synodus Trid. Sess. 24. de Matrim. c. 5. qui ita sonat; *Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta Matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse, anathema sit.*

## §. VI.

De Matrimonii impedimentis in specie, tam impedientibus, quam irritantibus.

84. **M**atrimonii impedimenta alia sunt impedientia, alia dirimentia. Impedientia sunt illa, quibus existentibus, Ecclesia Matrimonium inter Fideles contrahi prohibet, adeoque illicitum faciunt contractum Matrimonii; si tamen cum illis Matrimonium contrahatur, vellet: unde & prohibentia vocantur. Dirimentia vero sunt, quæ Matrimonium illis existentibus contractum solvant, si ve dirimunt.

85. Impedimenta impedientia Matrimonium contrahi bene multa extiterunt in Ecclesia. Ea à Canonibus sequentibus Verbis exprimuntur.

Ec-

Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum;

Atque Catechismus, crimen, Sponsalia, votum,

Impediunt fieri, permittunt juncta tueri. Cum vero olim varia crimina impedierint reos à contrahendis Nuptiis, illa glossa in cap. 2. de Penitent. & remiss. his Versiculis enumerat.

Incessus, raptus Sponsatæ, mors muliebri.

Sulceptus propriæ sobolis, mors Presbyteralis,

Vel si peniteat solemniter, aut Moniale,

Accipiat: prohibent hæc Conjugium sociandum.

86. Per Ecclesiæ vetitum intelligitur interdictum Ecclesiæ vel Judicis, ne Matrimonium contrahatur.

Illud impedimentum semper locum habuisse in Ecclesia per se patet. Quamvis autem Matrimonia contra quæcumque impedimenta impedientia contracta dici possint contracta contra vetitum seu interdictum Ecclesiæ, cum Ecclesia illis existentibus Matrimonium contrahi interdicit; nihilominus hoc interdictum speciale, atque ab aliis distinctum impedimentum constituit, eo quod fiat ab Ecclesia vel Judice Personis, quæ nullo ex aliis impedimentis laborant, sed ob alias causas. Potuerunt autem Judices Ecclesiastici omni tempore causas subinde habere, quare certis Personis, nullo etiam existente impedimento ex specificatis, Matrimonium ad tempus interdixerint. Hoc impedimentum speciale titulum constituit in hoc libro Decretalium, nimirum XVI. inscriptum de Matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ. In eo referuntur capitula ex rescriptis Alexandri III. Sæculi XII. Pontificis.

87. Per tempus feriatum seu feriatum intelligitur illud, quo solemnes Nuptias cum conviviis, choreis, musica, aliisque lætitiæ signis publicis celebrare ab Ecclesia est vetitum.

Tempus illud olim fuit varium ac multiplex, prout patet ex causâ 33. q. 4. Nam ibi Can. 8. Concilium Laodiceense Sæculo IV. Can. 52. ponit Quadragesimam. Quod confirmat Codex Martini Braecarenensis citatus c. 11. & Sæculo IX. Nicolaus Papa re. ibi c. 11. Quod tempus Concilium Hærensense extendit à Septuagesima usque ad octavas Paschæ; cui extensioni addit tres hebdomadas ante festum S. Joannis Baptistæ, & tempus Adventus Domini usque ad Epiphaniam. Quæ posterior dispositio adhuc viguit Sæculi XI. sine, cum eam Clemens III. tum declaraverit, imo cum sic illata in Decretales Gregorii IX. Sæculo XIII. Tir. de Feriis c. 4. patet, quod jure communi usque ad Tridentinum cum aliis perseveraverit. Quod Concilium præfatum tempus ita restrinxit Sess. 24. de Ref. Matr. c. 10. nimirum, ab adventu Domini nostri Jesu Christi usque in diem Epiphaniæ, & à Feria IV. Cinerum usque ad octavam Paschæ inclusive. Ratio autem prohibendi Nuptiarum solemnitate temporibus specificatis, præter sanctitatem quorundam etiam fuit, quod Penitentia essent destinata reliqua, nimirum jejuniis, pridem enim Patribus visum fuit, quod Penitentibus nec actus conjugalis, nec celebratio Nuptiarum conveniret. Eadem Trid. Synodus Hæreticos nostri temporis hoc impedimentum suggillantes anathemate ferit Sess. 24. de Matrim. c. 11. his verbis: *Si quis dixerit, prohibitionem solemnitatis Nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam, ab Ethnicorum superstitione profectam, anathema sit.* Cum vero, ut notat Van Espen, Trid. nullam novam prohibitionem faciatis, sed tantum antiquas Nuptiarum prohibitiones restringat, de intellectu hujus Decreti ad antiquas Nuptiarum prohibitiones est recurrendum. Conveniunt autem Theologi, teste Fagnano ad cap. Cappellanum de feriis, his temporibus prohibitam esse Nuptiarum benedictionem solem-

lem-



Jemaen, de qua supra egimus; & habetur cap. Nullus 30. q. 5. & in Concilio Trid. Sess. 24. de Ref. Matr. c. 1. *Benedictionem in Templo suscipiendam*. Simulque nuptialia convivia prohiberi satis constat ex Can. *Nec Uxorem* 33. q. 4. ibi, *nec convivia facere*, sed & traductionem Uxoris in domum Viri esse interdictam satis constare ait ex eodem Can. Nam verba illa *Uxorem ducere*, communiter exponantur, id est, *traducere*. Contendit præterea per traductionem, non solum illam solemnem, sed quæcumque, seu uno verbo, ipsam Matrimonii consummationem his diebus esse veritam, hancque ait unanimesse esse Canonistarum sententiam, eamque S. Congregationem probasse, quæ censuit posse contrahi Matrimonium quocumque tempore, sed temporibus comprehensis in cap. 10. Sess. 24. de Ref. Matr. Nuptiarum solemnitates, traductiones in domum, & carnalem copulam prohiberi. Sed an hoc servetur ibi, ubi Nuptiæ ex statutis Diocesanis simpliciter non sunt interdictæ, vel interdictæ sunt in Belgio, teste Van-espén L. cit. valde dubito.

88. Per Catechismum olim intelligebatur quædam cognatio spiritualis imperfecta, quæ olim contrahabatur per assistentiam in Catechismo seu instructione ante Baptismum, seu in casu, quo foemina filium futuri mariti aliunde genitum in preparatoris ceremoniis ad Baptismatis fontem tenuit, vel vice versa, ut exemplificat Sæc. XII. Clemens III. c. 5. de *Cogn. spir.*

Verba capituli hujus obscuriora verum impedimentum impediens inter præfatos continere declaravit Bonifacius VIII. cap. 2. eod. in 6. Hoc impedimentum sublatum est à Trid. cit. Sess. 24. cap. 2.

89. Sponsalia de futuro, sicut & votum castitatis, non tam Jure Ecclesiastico, quam naturali, ac divino positivo impediunt Matrimonium, vel simpliciter, vel cum altera contrahendum.

De Sponsalibus late egimus hoc lib. 5. 2. De voto vero castitatis notandum, quod per illud, in quantum est impedimentum impediens Matrimonium, intelligatur votum *simplex*; tam vero de simplici, quam de solemnibus, quantum ad effectum impediendi, vel dirimendi subsequens Matrimonium, late egimus libro III. Tit. 31. de Regularibus. Videatur etiam Titul. 3. ejusdem libri.

90. Per crimen, in quantum est impedimentum impediens, intelligitur, vel crimen atrox in individuo, cui annexa olim fuit privatio Nuptiarum, vel in genere crimen tale, quod in veteri Ecclesia publica poenitentia plectebatur.

Imprimis ergo incestus cum sua privatione sive filia Uxoris in alio Matrimonio procreata reum spe Conjugii privabat in antiqua Ecclesia. De hoc, atque de aliis eidem affinis criminibus An. 847. statuit Concilium Mogantium 32. q. 7. c. 24.

*Si quis viduam Uxorem duxerit, & postea cum filia sua fornicatus fuerit, seu cum duobus sororibus, aut si qua cum duobus fratribus, seu cum Patre & filio, si quis relictam fratris, si quis nepotem aut novercam, aut nurum aut consobrinam, aut filiam avunculi, aut ejus relictam, aut privignam polluerit, eos disjungi, & ulterius nunquam in conjugio copulari precipimus.* Similia habentur cap. 1. 2. & finali de eo, qui cognovit *consang. Uxoris sue*. Eadem poena c. 22. ad adulteram Uxorem post mortem etiam Mariti, non vero ad adulterium Maritum post mortem Uxoris extenditur. Quoad raptum Gratianus 27. q. 7. c. 34. refert Canonem ex Concilio Toletano, ita sonantem: *Statutum est à sacro Conventu, ut si quis Sponsam alterius rapuerit, publica poenitentia mulctetur, & sine spe Conjugii maneat.* Ad quem nihilominus notant Correctores Romani: *In nullo Concilio Toletano inventum est. Sed fere eadem leguntur in Concilio Rhenensi, Traslejtano, & lib. 1. Capit. c. 105. & lib.*

7. c. 183. *In legibus Longob. lib. 1. Tit. de rapt. mul. L. 112.* Ex quibus patet, in Ecclesia Latina circa Sæculum IX. raptum Sponsæ alterius raptorem spe Conjugii privasse.

Uxoridas pariter fuisse privatos spe Conjugii claret ex Can. 8. caus. 32. q. 2. ubi Stephan. V. Hæstulpho uxoricidæ inter alia poenitentia exercitia Sæculo IX. injungit: *Uxorem nunquam ducere.* Et Can. 1. Nicolaus Papa uxoricidis extra causam adulterii, vel alterius hujusmodi criminis eandem poenitentiam injungit; attamen *exceptis adolescentibus, de quibus est B. Leonis Papæ 25. Regula Decretalium, imò indulgentia observanda.* Verba sunt Canonis. Notant vero RR. Correctores, hanc Regulam 25. eodem numero haberi in Codice Canonum (seu Dionysiano) inter Decreta, seu Regulas Leonis I. ex quo patet hæc disciplinam Sæculo V. quo vixit Leo, jam viguisse.

91. Per susceptionem propriæ sobolis, in quantum est impedimentum impediens, Veteres intellexerunt impedimentum, quo Conjuges tenentes proprios filios, vel filialitros super fontem Baptismatis, aut ante Episcopum in Confirmatione, prohibebantur ab usu Conjugii secundum aliquos, secundum alios vero non.

Pro parte negativa Gratianus 30. q. 1. §. 1. refert fragmentum ep. sub nomine *Deusdedit*, qui Sæculo VII. Romæ sedit, quo dicitur in quodam Concilio statutum esse, ut nullo modo se in Conjugio recipere Mulieres, ac Viri, quicumque aliqua ratione susceperint natos proprios, sed separare se, ne suadente diabolo tale vitium inoleat. Verum, ut bene notat Van-espén in brevi commentario ad Decretum Gratiani, Concilii vel Conventus, ejus hic mentio sit, nulla existat memoria, multaque alia in hac ep. occurrunt, quæ eam ut spuriam rejiciendam Eruditus persuaserunt, eamque ut suspectam notat Labbaus Tom. 5. Concil. pag. 1648. cui addendus Popebrochius

in Conatu Chronico-Hist. ad Catalogum Pontificum in hoc Pontifice. Accedit, quod in eadem ep. *Deusdedit* supponit, ob superveniens impedimentum solo jure humano inductum, Matrimonium legitime contractum, & consummatum dissolvi *quoad vinculum*: sic enim habet integra Decretalis apud Labbaum: *Mulieres vero cum separate fuerint, pro hæc illicita re à propriis Viris totam præcipimus recipere dotem, quam in die nuptialium receperunt, & post expletum annum recipient aliam Virum, similiter & Vir Uxorem.* Unde gratis se torserunt olim Doctores in explicanda hæc Decretali; quia ex hoc solo capite tanquam scilicet rejicienda videtur; cum finaliter nihil aliud responderint eam recipientes, quam *Deusdedit* errasse, & Romanos Pontifices similes errores in suis Decretalibus committere posse. Nihil ergo Gratianus, vel nimis probat ex hæc Decretali poenitentia affirmativa adducta. Firmior vero est Canon 2. quem ex Conc. apud Vermerias c. 3. adducit his verbis: *Si quis filiastrum, vel filiastram suam ante Episcopum tenuerit, separetur ab Uxore sua, & nunquam aliam accipiat.* Hic tamen Canon non habetur in Concilio Vermeriensis An. 752. inserto Tom. 6. Concil. sed in Concilio Compendiensi An. 757. c. 12. uti & in margine notatur. Hinc pro parte negativa existant auctoritates Nicolai I. Joannis Papæ VIII. variorumque Conciliorum Provincialium, quas sequentibus Canonibus refert Gratianus, & illis innixus huic sententiæ subscribit. Quam Gratiani conclusionem in Decretalibus secuti sunt Romani Pontifices, ac signanter Alexander III. in c. 2. de *Cognat. spirituali* respondit, quod sive ex ignorantia, sive ex malitia proprium filium susceperit de sacro fonte, non esse ab invicem separandos, nec alter alteri debitum debere subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci. Præmittit autem, quod quamvis genera-



liter sit institutum, ut debeant separari; quidam tamen humanius sentientes aliter statuerunt. Ex quo nequaquam obsecrum est, inquit Van-espén, Alexandrum hic reflexere ad apocryphum Decretum sub nomine Deusdedit à Gratiano relatum, ipsumque puelle secutum fuisse auctoritatem Gratiani. Notanda vero sunt in Decretali Alexandri verba: *Nec alter alteri debitum debere subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci.*

Ex his siquidem sequi videtur, tales Coniuges separandos esse, si continentiam servare possunt; & hujus rei gratia requiri Judicium Ordinarii, adeoque dispensationem ad effectum usus conjugii, si Coniuges moralem impotentiam continentiam allegent; & consequenter Alexandrum ex toto non recedere à dispositione Canonis r. 30. q. 1. Unde etiam usque hodie levatio filii legitimi Coniuges privat usu Matrimonii, donec dispensentur; ratio est, quia adhuc hodie levans eum Matre levati, & vicissim, contrahit impedimentum dirimens Matrimonium. Et consequenter in casu etiam contrahitur impedimentum impediens Matrimonii contracti usum. Excepto tamen casu necessitatis Baptismi à Patre conferendi, qui decerente Joanne VIII. eadem causa 30. q. 1. c. 7. Parentibus nihil obest, sicut nec hodie. Sed de cognitione spirituali infra ubertus.

92. Per mortem Presbyteralem intelligitur occisor Presbyteri; per Monialis vero acceptionem, Conjugium sacrilegum cum Moniali.

De primo crimine ita statuit Concilium Moguntinense rel. cap. 2. de Pœnit. & remiss. *Qui Presbyterum occiderit, 12. annorum poenitentia ei secundum Canones imponatur; -- convictus usque ad ultimum tempus vitæ suæ militiæ cingulo careat, & absque spe Conjugii maneat.* De secundo vero Concilium Tribuense apud Grat. 27. q. 1. c. 13. vel potius Paschalis, ut habet Burchardus & Ivo; Hi

ergo, qui Sanctimonialibus scientes Matrimonio ad injuriam Christi copulati sunt, juxta censuram zeli Christiani separantur, & nunquam eis concedatur conjugali vinculo religari. Quod Gl. intelligit: *Quod de cætero non possunt nubere, qui Sanctimonialibus copulantur; -- si tamen contrahant, venent Nuptias.* Quo significare vult Nuptias cum Moniali esse impedimentum impediens, non dirimens alterius deinde Matrimonii.

93. Per *tò si quis poeniteat solemniter* Glossa intelligit illud tempus, quod erat antiquitus assignatum ab Ecclesia pro peregranda poenitentia publica, ob certa erimina atrociora Fidelibus imposita solita.

Hoc impedimentum pro eo saltem tempore darabat, quo dicta poenitentia peregranda fuit; ut constat ex ep. 1. Siricii Papæ ad Himerium c. 5. rel. c. 12. 33. q. 2. cujus Summarium est: *Pœnitentes Matrimonia contrahere prohibentur;* unde c. 5. ejusdem q. Nicolaus I. ita arguuntur: *Interfectores suorum Conjugum sine judicio -- quid aliud habendi sunt, quam homicidæ, ac per hoc ad poenitentiam redigendi? quibus penitus conjugium denegatur.* Ad hanc disciplinam reflectens Mendoza de consir. Concil. Eliberit. l. 2. c. 21. eamque confirmans autoritate Leonis M. & Concilii Tolet. VI. c. 8. subjicit: *Quod & hodie observatur in his, qui ob crimen violatæ Religionis ab Inquisitoribus heretica pravitate perpetua poenitentia plectuntur.* Ex his vero patet, hanc disciplinam esse primorum seculorum; nihilominus poenitentia publica in delictuendum abeunte, etiam impedimenta hæc Matrimonii sensim abrogata sunt: unde bene notat Juenin de Sacr. Matr. q. 7. c. 13. art. 3. in Gallia, uti & in perisque Orbis Christiani Provinciis, impedimenta impediencia ex crimine provenientia pene nota non esse; neque in Belgio ullus eorum usus nofcitur, teste Espenio. Id quod nostrarum orarum Canonistæ unanimiter testantur, quatuor

tan-

tantum impedimenta impediencia Matrimonium contrahendum admittentes, hoc verò comprehensa.

Sacratum tempus, vetitum, Sponsalia, votum.

Quorum duo priora Jure positivo Ecclesiastico, altera vero Jure nature Matrimonia impediunt, atque superius jam sunt explicata.

94. Synodus Tridentina sicut impedimenta impediencia Matrimonium quantum ad substantiam restrinxit, ita impedimenta idem Matrimonium dirimentia in se se auxit, quamvis quorundam extensionem veterem brevioribus limitibus circumscripterit.

Prima pars in aprico est ex illico dictis.

Secunda pars ex eo patet, quod antiquis impedimentis dirimentibus Matrimonium addiderit Raptum, & defectum Parochi, & duplicis testis, ut ex dicendis constabit.

Tertia quoque ex istdem dicendis in apicam ponetur, in impedimentis consanguinitatis, affinitatis, & cognationis spiritualis. Potestatem vero habuisse Ecclesiam Tridenti congregatam, sicut & priora Concilia, vel Romanos Pontifices ejusdem Ecclesie visibilia Capita ordinationis circa Matrimonii impedimenta faciendi, ex dictis N. 83. ac præjudiciali veritate, Romanum Pontificem esse Vicarium Christi, constat.

95. Quatuordecim igitur post Concilium Tridentinum à nostris Canonistis impedimenta dirimentia communiter enumerantur. Ea Germani nostri his versibus effertur:

Error, conditio, votum, cognatio,  
crimen,  
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen,  
honestas,  
Si sis affinis, si forte coire nequibus,  
Si Parochi, aut duplicis desit præsentia  
testis,  
Raptaque sit Mulier, nec parti reddita  
tute,

Tom. II.

Hæc socianda vetant Connubia, facta retractant.

Per *Errorem* intelligitur error Personæ, ut si quis intendat contrahere cum Berta, & in effectu contrahat cum Lia. Per *Conditionem* error conditionis fœvilius alterius Contrahentium, &c. Per *Votum* intelligitur solemne votum continentie in Religione approbata emissum. Per *Cognationem* triplex Cognatio, naturalis, quæ consistit in consanguinitate in certis gradibus, Legalis, quæ in adoptione, Spiritualis, quæ occasione Baptismi vel Confirmationis oritur. Per *Crimen* intelligitur adulterium cum machinatione in necem alterius Conjugis, aut fide futuri Matrimonii præmissa. Per *Cultus disparitatem*, Contrahentium disparitas in fide, quando nimirum unus ex illis est Baptizatus, alter nequaquam. Per *Vim* violentiam, qua quis iavitus cogitur ad Matrimonium contrahendum. Per *Ordinem*, votum solemne castitatis sacris Ordinibus annexum. Per *Ligamen*, vinculum prioris Matrimonii. Per *Honestatem*, propinquitas orta ex Sponsalibus, aut Matrimonio rato, non consummato, quam Sponsus contrahit cum consanguineis Sponsæ, & vicissim. Quod per *Affinitatem* intelligitur, ipsum vocabulum versus prodit; sicut & *tò si forte coire nequibus*, impotentiam coeundi in ordine ad generandam prolem, ex utraque, vel alterutra parte significat. Versus, *Si Parochi*, &c. cum sequenti impedimenta clandestinitatis, ac Raptus puellæ à domo Parentum eam in finem, ut ducatur in Matrimonium, significat, à Tridentino constituta. His impedimentis Galli annumerant decimum quatuordecim impedimenta, quæ his versibus exprimit:

Error, conditio, votum, cognatio,  
crimen,  
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen,  
honestas,

Vv

Amen,



Amen, affinis, si clandestinus, & impos,  
Similiter si rapta, loco nec reddita tuto,

Hæc socianda vetant Connubia, facta retractant.

Amentiam vero Matrimonium diemere, & quidem Jure naturæ, adeoque apud omnes Gentes, cum tollat assensum, qui causa ejus efficiens est, omnibus in comperto est. Hoc vero impedimentum in nostris vulgatis verbis non exprimitur, nec ad unum ex ibi expressis impedimentis reduci potest, quemadmodum atas imbecillior ad impedimentum impotentie, ut notat Reiffenstuel: ad quod enim? ceterum, quamvis amentia sit impedimentum Juris naturæ, non Ecclesiastici, recte tamen reliquis annumeratur, cum plura inter illa habeantur, quæ sunt Juris naturæ, ut jam videbimus.

96. Ex his impedimentis dirimentibus nonnulla sunt juris naturalis, nonnulla juris dumtaxat Ecclesiastici. Prioris generis hæc versu exprimuntur:

Mens ægra, & conjux, vis, error, ineptia, sanguis.

Posterioris vero sequentibus:

Ordo sacer, votum, nec non Sponsalia firma,

Atque duplex crimen, quadruplex cognitio, raptus,

Si Baptisma deest, atas, testes, Parricidium.

Votum simplex & Sponsalia de futuro jure natura Matrimonium impediunt secundum superius dicta, cum voto castitatis ligatus in casu contracti Matrimonii fidem violet Deo, desponsatus vero Sponsæ priori; votum vero solemne & Sponsalia de presenti Matrimonium jure eodem non dirimunt, sed Ecclesiastico, vel divino; cum Polygamia, esto sit contra fines secundarios Matrimonii, non tamen contra primarium, qui est prolis procreatio, à Christo lege positiva foelimmmodo sublata; votum vero solemne

castitatis ex natura sua non magis pugnat cum Matrimonio, quam simplex, sed aliunde, ut alibi vidimus. Nunc de singulis historice.

97. Error potest considerari vel circa Personam, vel circa Personæ qualitatem.

Error circa Personam omnium Gentium consensus irritat Matrimonium, cum tollat consensum; circa qualitatem vero tum solum, cum ipsa qualitas redundat in Personam, quando nimirum animus contrahentis sic fertur in certam qualitatem, ut implicite nolit Personam, si ipsi desit qualitas, in qua errat. Quando vero error qualitatis redundat in Personam, judicio prudentis committitur. Ceterum cum Matrimonium sit contractus ex natura sua indissolubilis, & maximi momenti, Judices Ecclesiastici jam olim non præsumpserant, quod Contrahentes voluerint ab aliqua qualitate accidentali, v. g. divitiarum, pulchritudinis, consensum suum dependere, uti habetur causa 29. q. 1. neque hostie ob errorem talium qualitatum Matrimonia dissolvi videmus. Ceterum quod ipsam Contrahentem concernit, si ille suum consensum expresse à tali qualitate vellet dependere, coram Deo & in foro conscientie in casu erroris revera non contrahit Matrimonium, quamvis in foro externo contraxisset tam diu præsumatur, donec contrarium evidenter probet.

98. Præcipua Personæ qualitas, quæ Matrimonium Jure positivo dirimit, est conditio servilis.

Apud Romanos, teste Van Espen, solemne fuit, ut servitus, seu conditio servilis contractum Matrimonium dirimeret; atque hinc inter Personas conditionis servilis non Matrimonium, sed contubernium esse censebatur L. 14. ff. de Ritu Nuptiarum; maxime vero, si ignorantibus, aut invitis dominis Matrimonium contraheretur. Cum autem Ecclesia nata & adulta sit in Imperio & Republica, non Republica in Ecclesia, ut loquitur

Opta-

Optatus Milevitanus; ipsa, quantum fieri poterat, se legibus Republicæ conformabat: Ne ipsa Lex Evangelica Reipublicam turbare videretur. Hinc primitus Ecclesia Conjugia inter Personas servilis conditionis pro nullis habuit, atque dirimi permisit, si consensus dominorum non intervenisset; ut est apud Grat. 29. q. 2. c. 8. ubi ex Concilio Cabilonensi II. An. 513. refertur: Nobis visum est, ut Conjugia servorum non dirimantur, etiam si diverfos dominos habeant, sed in uno Conjugio permanentes dominis serviant suis, & hoc in illis observandum est, ubi legalis conjunctio fuit, & per voluntatem dominorum. Igitur irrita erant Conjugia servorum non exquisito prius consensu dominorum celebrata. Id quod apertius insinuat S. Basilius in ep. Canonica ad Amphil. Can. 42. Quæ sine iis, verba sunt S. Patris, qui habent potestatem, sunt Matrimonia, sunt fornicationes. Vivente ergo Patre vel Domino, ii, qui conveniunt, non sunt ad accusationem liberi, donec conjugio Domini annuerint; tum enim firmitatem accipit Conjugium. Et Can. 40. Quæ, inquit, præter Domini sententiam se viro tradit, fornicata est; quæ autem postea libero Matrimonio usa est, nupti. Quare illud quidem fornicatio, hoc vero Matrimonium. Eorum enim qui sunt in alterius potestate, pacta conventa firmi nihil habent. Eadem disciplina statuta est apud Latinos jam ante Concilium Cabilonense II. nimirum in Concilio IV. Aurel. An. 541. c. 24. Compensandi An. 737. quæ vide infra N. 103. 99. Videtur impedimentum istud durasse circiter usque ad Sæculum XI. circa quæ tempora successively cepit abrogari.

Id constat, quod Magister Sententiarum qui circa illa tempora floruit, lib. 4. dist. 36. laudet auctoritatem Concilii Cabilonensis Sæc. IX. celebrati. Et quod plus est, in cap. 1. de Conjugio servorum refertur consultatio Archiepiscopi Salisburgensis super Matrimonia servorum,

quæ invitis ac contradicentibus Dominis contrahuntur, responsumque Adriani Papæ in hæc verba: Sane juxta verbum Apostoli, sicut in Christo Jesu neque liber, neque servus est à Sacramentis Ecclesie removendus, ita nec inter servos Matrimonia debent ullatenus prohiberi; & si contradicentibus Dominis, & invitis contracta fuerint, nulla ratione sunt propter hoc dissolvenda. Debita tamen & consueta servitia non minus debent propriis Dominis exhiberi. Notat vero Van Espen, quamvis in nostra hodierna Decretalium Collectioe non notetur, quis fuerit hic Archiepiscopus Salisburgensis, qui Papam consuluit; in appendice tamen ad Concil. Later. sub Alex. III. parte 45. c. 7. exprimitur Eboardus, qui rexit dictam Ecclesiam An. 1145. usque ad A. 1164. uti notavit Gonzales in notis ad hoc capitulum. Hinc patet eo tempore nondum ubique indubitatum fuisse, num inter Personas servilis conditionis consisteret Matrimonium invitis Dominis; & tamen constat illud impedimentum jam tum cepisse abrogari, & hodie certum est, Conjugia hujusmodi valere cum moderatione illa, ut consueta servitia nihilominus Dominis præstentur. Et hoc quidem, si Personæ conditionis servilis inter se contrahant, aut etiam una libera altera serva, modo libera non fuerit ignara conditionis servilis. Per quod patet secunda pars.

100. Jure ergo Canonico solus error conditionis, non ipsa conditio dirimit Matrimonium.

Ita declaravit Innocentius III. in cap. final. de Conjugio servorum. Hanc vero dirimendi vim huic errori jure mere positivo competere, una est Canonistarum, & Theologorum opinio: & verisimiliter Legum Romanarum, & antiquorum Canonum, quæ servorum Conjugia ægre admiserunt, reliquæ sunt hæc Decretalium dispositiones. Quidquid sit, hodie hoc impedimentum in hisce ac vicinis Provinciis

Vv 2

cis



cuis parum usuveit, inquit Van-eipen, eo quod servos hic non agnoscamus; imo servos in Gallia, & Belgio beneficio Regionis liberis fieri notat Zypæus in notitia Juris Belgici tit. de servis N. 4. Et quamvis in nostra Bohemia habeamus servos adscriptitios, & originarios; Matrimonia tamen cum iis inita cum ignorantia conditionis servilis valent; quia Jus Canonicum in omnium sententia loquitur de servis proprie dictis, qui quidquid acquirunt, non sibi, sed Dominis acquirunt. Licentiam tamen debeat habere nostri servi à Dominis, ut Nuptias contrahere possint, & si sint diversorum Dominorum, ille, qui ad Consortis domicilium per Nuptias migrat, petere debet à priore Domino manumissionem, ac in subditum transire alterius. Erravit ergo Bohemerus, dum lib. 4. Juris Eccl. Tit. 9. §. 6. scripsit, in Pomerania, Westphalia, & Bohemia istorum matrimonium non aliter esse valida, quam ex Dominorum consensu; in Bohemia enim solum prohiberi Parochos, ne hujusmodi Sponsos copulent, ex Ordinationibus Archiepiscopalis in aprico est. Quarum prima emanavit An. 1664. ab Eminentissimo Cardinali ab Harrach, Archiepiscopo Pragensi, hac tamen exceptione adjecta: *Quando unus Domini subditi difficultatem (impregnationis) non participant. Uti testantur patentes Vernales Archiepiscopales Pragensis pro An. 1755. N. 10. ubi etiam intimatur Parochis: Ut scilicet Dominia statuerent lapsis mulieribus consensum non impartiri, negotium illud premissa humiliter iterato intercessione ad Consistorium referant, procul dubio ejusdem ordinatione copulandos: quod signum manifestum est, similia Matrimonia in Bohemia solum esse prohibita, invalida non item. Unde censura Sanctissimi, quam l. cit. N. 5. narrationi Bohemi subjungit, invaliditatem horum Conjugiorum aut esse accipiendam quoad effectus civiles, aut non admittendam*

à Catholicis, illis in Regionibus degentibus, qui sanctioribus Ecclesie legibus utuntur, Bohemiam nostram non ferit.

101. Cum vero apud veteres Romanos par esse Parentum in filios, ac in servos potestas, Auctor Romulo, cujus ratione licebat Parentibus loris cedere filios, carcere coercere, in agros ad opera rustica viactos amandare, venundare, denique interficere, quod totidem verbis refert Dionysius Halicarnassensis lib. 2. pag. 46. imo liberorum conditio in quibusdam durior existerit illa servorum, teste Lactantio & Servio ad Virgil. *Æneid.* 11. v. 143. non mirum est, si Conjugia servorum invidis Dominis inita nulla erant ac irrita, eodem fato eniam involverentur Nuptia filiorum familias.

Propositio ex terminis in aprico est.

102. Quamvis vero hac Parentum in filios immoderata jura, quae certe barbariem sapiebant, Caltoribus Romanæ Republicæ sub Imperatoribus Christianis temporibus fuerint valde imminuta; nihilominus tamen adhuc Justiniani ætate tanta Parentibus in filios fuit potestas, §. 2. de Pat. pot. recensita, ut quemadmodum servorum, ita & filiorum Nuptiæ absque eorum consensu inita fuerint irrita.

Id probant textus in pr. Inst. de Nuptiis, & in L. Nuptia 2. ff. de Ritu Nuptiar. in quorum primo habetur: *Si filii familiarum sint, consensum habeant parentum, quorum sunt in potestate; nam hoc fieri debere & civilem & naturalem ratio suadet in tantum, ut jussu parentum procedere debeat. Et infra: Si adversus ea, quae diximus, aliqui coierent, nec Vir, nec Uxor, nec Nuptia, nec Matrimonium, nec dos intelligitur.* Cujacius in lib. 35. Pauli ad edict. ad L. 2. & 10. de Ritu Nuptiar. & Dionysius Gothofredus in L. filius ff. de Ritu Nupt. equidem contendunt per præfatas leges non irritas, sed solum illicitas decerni Nuptias, quas filii familias contrahunt in-

vitis,

vitis, aut infans, nec consentientibus Parentibus, sub quorum sunt potestate. Hanc suam opinionem fulciunt auctoritate Pauli Jurisconsulti, qui lib. 2. sent. tit. 14. scripsit: *Eorum, qui in potestate Patris sunt, sine voluntate ejus, Matrimonia jure non contrahuntur, sed contracta non solvantur: contemplatio enim publicæ potestatis privatorum commodis præfertur.* Sed refelluntur à Sanctissimo lib. 7. c. 37. de Synodo Diac. N. 2. ex eo, quod alii Eruditi suspicentur, locum illum ex Paulo Jurisconsulto allatum non esse Pauli, sed Aniani cujusdam, qui Theodosianum Codicem, tempore Alarici Gothorum Regis, seu sæculo VI. notis illustravit; & quidem hæc ipsa de causis, quod aperte contradicant citatis legibus, quas certissimum est, Imperatorem Justinianum ex ejusdem Pauli Jurisconsulti sententia inseruisse Corpori Juris à se promulgati.

103. Utraque Civiles Leges tam videlicet quæ servorum, quam quæ filiorum familias, solo Contrahentium consensu inita Matrimonia infringebant, quondam ratas habuit Ecclesia.

S. Basilii hæc in rem testimonium ex Canone 42. Ep. Canonice ad Amphilo- chium restitimus supra N. 98. quod adeo clarum est, ut Eflius maluerit negare hanc Epistolam esse S. Basilii, quam fateri eundem S. Doctorem in hæc fuisse sententia; cum nihilominus sine omni dubio sit genuinus S. Patris sermo. Eandem sententiam sæculo VI. fovit Concilium Aurelianense IV. c. 22. decernens: *Ut nullus per imperium potestatis suam competere audeat alienam, ne Conjugium, quod contra parentum voluntatem impie copulatur, velut captivitas judicetur: sed sicut est prohibitum, non admittatur.* Quod autem hæc Canon non nudè prohibeat, sed insuper irriter similia Matrimonia, patet ex Can. 24. ejusdem Concilii, ubi dicitur: *De qua re decernimus, ut parentibus, aut propriis dominis,*

*prout ratio poscit Personarum, accepta fide excusati, sub separationis promissione reddantur (Proles & servi), postmodum tamen parentibus, aut dominis libertate concessa, si eos voluerint, propria voluntate conjugare.* Consentit Concilium Cabilonense II. An. 813. rel. 20. q. 2. & alia, quæ quamvis de servis loquantur, ad filios nihilominus recte extenduntur, cum constet ex relatis auctoritatibus, patrem his sæculis quoad hoc punctum judicatum fuisse conditionem servorum & filiorum.

104. Sequitur sæculis, quemadmodum Conjugia servorum invidis dominis, ita & filiorum parentibus inconfatis ac renitentibus inita, abrogatis Legibus Civilibus, ratihabita sunt ab Ecclesia.

Propositio patet ex cap. Cum locum de Sponsal. & Mater. ex cap. Licet, & cap. Tuus de Sponsal. duorum, in quibus Nuptiarum validitas à Contrahentium consensu pendere declaratur. Et Concilium Trid. Sess. 24. c. 1. de Reform. Matrimonii anathemate percussit eos, qui falso affirmant, Matrimonia à filiis familias sine consensu parentum contracta irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse. Quod Galliam concernit, Matrimonia filiorum familias invidis parentibus inita inibi adhuc esse nulla, non solum quoad effectus civiles, sed quoad ipsam substantiam, docuit Brodeur de sed communior & vera est aliorum Gallicorum Doctorem sententia, qui illa volunt solum irrita quoad effectus civiles. Illa ita irritavit Henricus III. in Comitibus Blesensibus An. 1559. art. 40. Cujus Sanctio renovata est à Ludovico XIII. Anno 1629. & 1639. Quod autem per illam invalidentur similia Matrimonia solum quoad effectus civiles, Clero Gallicano responderunt ejusdem Ludovici nomine Regii Commillarii, uti habetur Tomo 3. rerum & decretorum Cleri Francici. Quævis, quæ occasione hujus Regis irritationis inter Gallos orta est, an nimirum similia Ma-

tri-



trimoniam fiat Sacramentum, ventilata est à nobis supra N. 81.

105. Per Votum & Ordinem, ut est impedimentum dirimens, intelligitur votum solemnizatum per susceptionem Sacri Ordinis, aut Religiosam Professionem.

De utroque voto abunde egimus lib. 3. De priore quidem titulo 3. de Clericis conjugatis, ubi economiam Ecclesie circa callatum Clericorum ab Apostolorum temporibus usque ad moderna tempora exacte retulimus, & dissertatione peculiari vindicavimus, De posteriori vero eodem lib. tit. 31. De Regularibus, &c. à N. 44. & seqq. ut hic nihil apponendum relinquitur sit. Subiicimus tamen Canonem 9. Sess. 24. de Ref. Matr. à Concilio Trid. in rem nostram editum. Si quis dixerit, inquit Patres conscripti, Clericos in Sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos posse Matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante Lege Ecclesiastica, vel voto, -- anathema sit. Theologi non conveniunt, quo iure votum solenne Professionis Religiosæ Matrimonium dirimat, num iure naturali, sive divino, num pure Ecclesiastico? Mihi præplacet eorum sententia, qui illud iure solum Ecclesiastico dirimi existimant. De quo videndus Titulus 31. libri 3. à me commentatus.

106. Quadruplex in Jure Canonico refertur cognatio, quæ dirimit Matrimonium; & consanguinitatis, affinitatis, legalis, & spiritualis.

De omnibus his jam ordine agendum. Cum autem omnes hæc cognationes certos gradus habere debeant ad effectum dirimendi Matrimonium, præsertim illæ consanguinitatis & affinitatis; aliqua de his gradibus eorumque diversâ computatione per Jus Civile & Canonicum prælibabimus, ut ea, quæ deinceps dicturi sumus, facilius intelligi possint. Gradus ergo consanguinitatis & affinitatis duplex

est, linea recta, & collateralis: linea recta dicitur, juxta quam plures Personæ ita ab uno stipite mediate vel immediate carnali generatione descendunt, ut una sit ab altera genita, veluti filius à Patre, nepos à filio, &c. Linea collateralis dicitur illa, secundum quam varis Personæ ab uno stipite mediate vel immediate proveniunt; ipsæ tamen Personæ ab invicem non descendunt. Sic duo fratres ab uno quidem Patre proveniunt, sed ab invicem non descendunt, sicut v. g. Nepos ab Avo & Patre. Hæc linea collateralis duplex est: una æqualis, quæ est inter Personas æqualiter distantes ab uno stipite, v. g. inter duos fratres; alia inæqualis, quæ est inter Personas inæqualiter à communi stipite distantes, v. g. inter fratrem & fratris filium. Pro his lineis tres à Canonistis solent assignari regulæ, & pro linea recta quidem ascendendum & descendendum hæc: Quot sunt Personæ, de quibus queritur, computatis intermediis, una dempta, tot sunt gradus inter eos. Sic Proavus & Pronepos distant tribus gradibus, quia quatuor Personæ numerantur, nimirum, Proavus, Avus, Pater, Filius, qui Proavi est Pronepos. Circa lineam collateralem æqualem vero hæc: Quoto gradu distant à communi stipite, tanto distant inter se, vel mutuo se contingunt. Sic fratruelles duobus gradibus distant inter se, quia duobus gradibus distant ab Avo, à quo geniti sunt illorum Patres. Desique pro linea inæquali ista: Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite, tanto distant inter se. Sic quamvis Abnepos non possit Abneprem ducere, cum sint in quarto gradu lineæ collateralis ab Abavo per duos Proavos descendentes, potest nihilominus ejus filium Matrimonio sibi copulare, quæ cum ipso est in gradu quarto mixto quinto lineæ collateralis, qui quartum ad se trahit, & quintus in Jure reputatur. In declaratione autem arboris ad calcem caute 35.

q. 5. notatur, regulas assignatas pro computandis gradibus in linea collateralis, tantum procedere secundum Canones, non autem secundum Leges Civiles. Pro quo ex Espenio notandum, juxta Leges Civiles eandem regulam servari in linea collateralis, sive æquali, sive inæquali, quæ juxta Canones assignatur pro linea recta; ut scilicet tot sint gradus, quot sunt Personæ, quoniamque perveniat ad communem Stipitem, qui communis Stipes subducitur: adeoque juxta hanc computationem civilem, etiam in linea collateralis unaquæque Persona facit unum gradum; cum tamen secundum Canones dux tantum Personæ unum gradum faciant. Unde duo fratres secundum computationem civilem sunt in secundo gradu; quia computato communi Stipite, scilicet Patre, sunt tres Personæ, & consequenter una dempta, scilicet Persona Patris, tanquam communi Stipite, remanent dux Personæ; juxta computationem canonicam vero contingunt se in primo gradu, quia uterque uno demptat gradu distat à communi Stipite, scilicet Patre. His prælibatis

107. Impedimenta Consanguinitatis in Levitico cap. 18. consignata retenta semper sunt in Ecclesia.

Propositio supra à N. 77. & seqq. in æquum posita est; ubi siquidem vidimus, quod hæc impedimenta subinde in Ecclesia fuerint dispensatione sublata, & ob eam rem Romanos Pontifices à Novatoribus, qui ea indispensabilia existimant, calumniam sustinere.

108. Gradibus illis in Levitico expressis, in Ecclesia subinde alii remotiores additi sunt, ad effectum dirimendi Matrimonium.

Et quidem impedimentum inter Consobrinos, seu inter Personas in secundo gradu lineæ collateralis à seculari Potestate Sæculo IV. ortum habuisse, fundatur ex S. Ambrosio lib. 8. ep. 66. ubi ita habet: Nam Theodosius (Senior) Impe-

rator, etiam patruelles, fratres, & consobrinos vetuit inter se Conjugii convenire nomine, & severissimam penam statuit, si quis temeretur ausus esset fratrum pia pignora. Theodosii legem Honorius ejus filius quoque memorat L. un. C. Theodosii. Si Nuptia ex rescripto petantur; uti recte ibidem notat Jacobus Goth. una observans, legem 19. C. de Nupt. quæ Nuptias Consobrinorum permittit, non esse Honorii, sed solius Arcadii, qui Theodosio Patri in Orientis Imperio successerat, Honorio Occidentis Imperium moderante, quamvis dicta Lex utriusque nomen præferat. Hæc autem Lex tempore Augustini, seu Sæculo V. dum scripsit libros de Civitate Dei, videtur evulgata primum fuisse, ac robur obtinuisse, sic eum habet lib. 15. c. 16. Experti etiam sumus in Cannubiis Consobrinorum etiam nostris temporibus propter gradum propinquitatis fratris no gradu proximum, quam raro per mores fiebat, quod fieri per Leges licebat, quia id nec divina Lex prohibuit (nimirum Lev. 18.) & nondum prohibuerat Lex humana (videlicet Theodosiana necdum evulgata); unde & ad eandem Legem alludens subdit: Verum quis dubitat honestius hoc tempore Consobrinorum prohibita esse Conjugia? Itaque videtur Augustinus à Legum prohibitionem desumpsisse prohibitionem Conjugium inter consanguineos lineæ lateralis, nec eam ultra Legis prohibitionem extendisse. Hinc quisque facile intelliget, quid censendum de epist. Decretalibus, quæ sub nomine primorum Pontificum Fabiani, Callisti, & Julii, ex spuris Istorici Mercatoris mercibus referuntur apud Orat. 35. q. 2. & 3. ubi impedimentum hoc etiam ultra Consobrinos extenditur, inquit Van-espén.

109. Quo tempore impedimentum consanguinitatis ultra præfixum à Legibus Imperatorum gradum extendi ceperit, incertum est. Illud sat certum, sensim ea impedimenta invaluisse,



se, nec ubique eodem tempore recepta fuisse.

Epistola siquidem Julii Papæ I. qui scribit An. 336. rel. à Grat. cit. causa 35. c. 7. in qua hoc impedimentum ad septimum ulque consanguinitatis gradum extenditur, est supposititia, uti lib. 9. tit. 2. specialiter demonstratum est. Responsio eadem Gregorii I. ad sextam interrogationem Augustini Anglorum Apostoli non obscure supponit, etate Gregorii, hoc est, ad Sæculi VI. finem, & septimi initium, impedimentum hoc ad septimum gradum fuisse extensum, quod & apertius indicat ep. 32. libri 12. ejusdem Pontificis. Verum prædictam responsionem, si quis ad varietatem Lectorum, ad contextus inæqualitatem, ad doctrinæ meritum prudenter attenderit, de Authore forsitan dubitabit, ac eruditus operum S. Gregorii Revisor, apud Van-espem in notis ad hanc responsionem, qui & de cit. ep. 22. hoc judicium subijcit: *Verum quam sit corrupta & deformata, clarum est ex multis interpolatibus, & repetitionibus inutilibus, quas Lector studiosus & prudens inter legendum observabit. Ideo à quibusdam reprobanda est, tanquam Gregorio M. indigna. Apud Coletum Tomo VI. Conciliorum col. 1302. hæc notantur in marg. Hanc scitum fuisse multa suadent. Quid quid sit, inquit Espenius, hoc interim vel ex supposititis epistolis primorum Pontificum à Pseudo-Isidoro circa Sæculum VIII. vel IX. confictis, & in Decreto Gratiani postmodum relatis intelligitur, circa tempus Pseudo-Isidori impedimenta consanguinitatis ad septimum gradum cœpisse extendi.*

110. Verosimilius tamen est tempore Isidori, referente Gratiano, qui circa Sæculi XII. medium floruit, hanc septem graduum computationem non fuisse factam juxta regulas Juris Canonici, sed Civilis supra descriptas; & consequenter Matrimonium tantum fuisse vetitum

ulque ad quartum gradum inter inæquales.

Id enim aperte indicare videtur supposititia ep. Callisti I. 35. q. 2. c. 2. Quæ, postquam dixit conjunctiones consanguineorum veritas, tandem subiungit: *Eas autem consanguineos dicimus, quos Divina, & Imperatorum Romanorum, atque Græcorum Leges consanguineos appellant, & in hereditatem suscipiunt, nec repellere possunt.* Et Concilium Meldense ibidem c. 1. *De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit usque ad septimam generationem observare. Nam & hereditas rerum per legales instrumentorum dispositione sancta usque ad septimum gradum protendit hæredum successorem; non enim succedent, nisi eis de propagine cognationis deberetur.* Quæ probatio desumpta ex successione legali in hereditatem inefficax plane & à scopo aliena fuisset, nisi gradus conformiter ad Legum præscriptum computati fuissent. Accedit, Ecclesiam in similibus solitam fuisse Regulas suas Legibus Imperii conformare, ne videretur Jura Imperii subvertere velle, ut observat Cujacius ad cap. penult. de Consang.

111. Sæculo nihilominus XI. invaluit computatio canonica, & septimus gradus, de quo in præcatis epistolis, juxta eam computationem accipi cœpit; atque ita impedimentum consanguinitatis in linea collateralis juxta eam computationem ad septimum, & consequenter juxta civilem ad decimum quartum extendi.

Hujus innovationis præcipuam causam tribuit Espenius auctoritati supra citatæ responsionis & ep. S. Gregorii M. uti videtur licet apud Petrum Damiani, qui hoc Sæculo vixit. Hinc Alexander II. ejusdem Sæculi Pontifex apud Grat. 35. q. 5. c. 2. redarguit quosdam, qui contendebant, etiam juxta Canones, computationem graduum instituendam modo à legibus præscripto; asseritque discussam questionem in Lateranensi Consistorio, ibi

ibi Patres diu ventilatis legibus & sacris Canonibus distincte invenisse ob aliam causam alteram legum fieri, alteram Canonum computationem. Id certum est, Canonicam horum septem graduum computationem tempore Alexandri III. seu Sæculo XII. pro jure receptam fuisse, non tantum quoad consanguineos, sed etiam affines, ut constat ex Decretali hujus Pontificis in cap. 1. de Consang.

112. Hæc nihilominus disciplina ejusdem Sæculi sine adhuc sublata est, atque sancitum, ut prohibitio copulæ conjugalis quartum consanguinitatis gradum de cætero non excedat.

Eam sustulit Innocentius III. Motivum hujus sublationis insinuat c. 8. de Consang. Quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari. Cujus Constitutione adhuc hodie utimur. Indubitatum autem est quartum gradum in ea Constitutione sumi juxta computationem Canoniam. Unde resolvit Gregorius IX. in cap. fin. eod. *Vir qui à Stripite quarto gradu, & Mulier, quæ ex alio latere distat quinto, secundum Regulam approbatam, qua dicitur: Quoto gradu remotior distat à Stripite, & à quolibet per aliam lineam descendantium ab eodem; licite possunt Matrimonialiter copulari.* Hinc septem gradibus juxta Canoniam computationem Jure novo tres detracti sunt; juxta Civilem vero, cujus usus fuit ante Alexandrinum II. gradus dimidiis additus, & ex quarto gradu inæquali æqualis adhuc pro impedimento dirimente declaratus. Volunt autem aliqui, consanguinitatem in primo gradu lineæ lateralis non jure humano, sed naturali illicitam esse. Ut fatetur ipse Augustinus lib. 15. de Civ. Dei. Quibus lubens subscribo, si de illicitate loquantur ob verendum naturalem & horrorem, quem experiuntur fratres & sorores in commixtione carnali. At si quaratur, num iste gradus eodem jure Matrimonia irritet?

Tom. II.

tunc cum S. Thoma assero, solum gradum primum lineæ rectæ ite præstare, ob impossibilem æqualitatem inter Conjugum requisitam, inter immediatum principium essendi, quales sunt Parentes respectu liberorum, & principium. In ulteriori gradu lineæ collateralis Matrimonium hodie solo Jure Ecclesiastico dirimi expeditum est, supponitque evidenter Innocentius III. in c. de Divortio.

113. Altera cognationis species est Affinitas, quæ secundum Canones est Personarum proximitas ex copula carnali proveniens, & omni carens parentela.

Dicitur affinitas, quasi duorum ad unum finem unitas, inquit Van-espem, quod due cognationes diversæ per copulam copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit. Hæc autem affinitas juxta Canones non tantum per copulam licitam, sed etiam illicitam contrahitur cap. 8. & 9. de eo qui cognovit Consang. Uxoris sue.

114. Triplex olim erat genus affinitatis, expositum à Glossa in cap. 8. de Consang.

Primum fuit: Si Maria patri Joannis fuit Matrimonio juncta, fuit ipsi & sorori ejus affinis in primo genere. Si autem fratre defuncto eadem Maria nupsit Petro, Petrus factus est Joanni & sorori ejus affinis in secundo genere; si vero Maria defuncta, Petrus ducat Annam, illa facta est Joanni & sorori ejus affinis in tertio genere.

115. Hæc tria genera affinitatis olim Matrimonii impedimenta fuerunt.

Secundo & tertio generi occasionem dedidit videntur supposititia decreta, quæ sub nomine Fabiani Papæ, & Palchalis II. referuntur à Gratiano 35. q. 3. c. 3. & 22. utpote quæ sola à Canonibus in hanc rem allegari solent.

116. Sæculo XIII. nihilominus posteriora duo affinitatis genera sublata sunt per Innocentium III. in Concilio Lateran. IV.

Xx

Canon



Canon 150. ita habet: *Cam prohibitions de Conjugio in secunda & tertio affinitatis genere minime contrahendo -- & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum: ut cessante prohibitione cesset effectus, Constitutionis super hoc edita Sacri approbatione Concilii recentioris, presentis Constitutionis decernimus, ut sic Contrahentes de caetero libere copulentur.*

117. Cum gradus affinitatis proprie nulli sint, eo quod juxta generationes gradus proprie institui soleant, jam olim affinitatis gradus ad effectum dirimensi Matrimonia juxta gradus consanguinitatis computari solebant.

Et hinc in gradu affinitatis linea recte semper prohibuitur & nullum fuisse contractum Matrimonium constat ex S. Paulo 1. ad Corinth. 5. ubi nefandum scelus arguit in eo, qui uxorem Patris sui habebat. Concordant Leges Civiles, quarum una sic habet: *Affinitatis enim veneratione Sacrum & Novercam prohibuitur est Uxorem ducere, quia loco Matris sunt.* Quia vero in linea laterali prohibitum olim fuit Conjugium usque ad septimum gradum, iidem gradus etiam servabantur in affinitate ejusdem lineae, qui consequenter etiam à Concilio Lateranensi IV. ad quartum restricti sunt, ut supra jam annotavimus.

118. Circa impedimentum consanguinitatis aut affinitatis, ortæ ex copula conjugali, nihil innovavit Synodus Tridentina.

Adeoque secundum Juris communis dispositionem manet impedimentum consanguinitatis in linea recta in infinitum, quoad lineam collateralalem usque ad quartum gradum, juxta computationem Canoniam, & quoad affinitatem ex copula conjugali.

119. Impedimentum vero affinitatis, quod olim ex copula fornicaria inducebatur, & Matrimonium eo modo, quo affinitas ex copula conjugali contracta,

dirimebat; Synodus Trid. ad eos tantum, qui in primo & secundo gradu conjunguntur, restrictit; in ulterioribus vero gradibus statuit, hujusmodi affinitatem Matrimonium contractum non dirimere.

Propositionem edicit eadem Synodus Sess. 24. c. 4. iniquens: *Præterea S. Synodus, eisdem & aliis gravissimis de causis adducta, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & Matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo & secundo gradu conjunguntur, restringit; in ulterioribus vero gradibus statuit, hujusmodi affinitatem Matrimonium postea contractum non dirimere.* Declaravit autem Pius V. prædictam affinitatem non tantum non dirimere (quo termino usi sunt Patres Tridentini), sed nec impedire subsequens Matrimonium, teste Fagnano ad cap. *Non debet* de Confang. N. 16.

120. Tertia cognationis species est cognatio legalis.

Oritur ex adoptione, qua quis liberos non habens naturales alieum sibi in filium adoptat, qui proin sola Juris fictione filius reputatur.

121. Hæc Civilis cognatio ipsis Romanis Legibus ante omnem Ecclesiam dispositionem Matrimonium inter adoptatum & certas Personas Civili cognatione eidem conjunctas dirimebat.

Proposito constabit per Leges Juris Civilis mox adferendas. Hic observandum, non omnes Personas adoptanti sanguine vel aliunde junctas cum adoptata Persona legalem cognationem contraxisse Jure Civili, sed solos agnatos, qui nimirum de familia erant adoptantis, seu nomen familiaris suæ portantes; quod nomen amittunt cognati, seu per feminas descendentes: non enim per sororem Galbæ ex Vitellio progenitus est Galba, sed Vitellius, & consequenter jam extra familiam Galbæ. Unde Lex 12. ff. de Ritu Nuptiarum §. 4. dicit: *Adoptiva sororis filiam*

*filiam possum Uxorem ducere: cognata enim mea non est filia ejus, quia Avunculus nemo fit per adoptionem.* Et eodem cognationes contrahuntur in adoptionibus, que legitimæ essent, hoc est, que agnatorum jus haberent. Et Lex 23. ff. de Adopt. Ideo si filium adoptaverim, Uxor mea illi Matris loco non est, neque enim agnascitur ei; propter quod nec agnata ejus fit. Item nec Mater mea Avia loco illi est: quoniam his, qui extra familiam meam sunt, non agnascitur; sed filia mea is, quem adoptavi, frater fit, quoniam in familia mea est filia. Et hinc Lex 17. ff. de Ritu Nuptiar. ait, amitam, & amitam magnam non posse duci à filio adoptivo, eo quod sint de familia adoptantis, adeoque eidem conjunctæ per adoptionem, si nimirum sint cum adoptante ex eodem patre genitæ, nam sororem Patris mei adopteris, hoc est, amitam, possum ducere, si non fuit eodem Patre nata, inquit citata Lex 12.

122. Cognatio illa legalis, quantum ad effectum dirimensi Matrimonium, in tres species partita fuit à Legibus Romanis, nempe in cognationem paternitatis, fraternitatis, & affinitatis.

Proposito hæc pariter ex supra citatis Legibus jam adferendis in apertum ponetur.

123. Impedimentum consurgens ex paternitatis legalis cognatione se habet perimodum consanguinitatis lineæ rectæ, etque eodem jure inter ascendentes & descendentes usque ad quartum gradum.

Hæc linea præ lineam fraternitatis hoc speciale habet, quod impedimentum in ea perseveret, etiam post filii adoptivi emancipationem. Unde Lex 55. ff. de Ritu Nuptiar. nefas existimatur, eam quoque Uxorem ducere, que per adoptionem filia, neptis esse coepit: in tantum, ut etsi per emancipationem adoptio dissoluta sit, idem jus maneat. Hic intelligitur neptis ex filio adoptivo, non

ex filia adoptiva; cum enim Mater hujus posterioris neptis extra familiam nuptisse supponatur, filia à Patre extra familiam generata cognationem legalem cum avo adoptivo non contrahit juxta superius dicta. Vide etiam §. 1. Instit. de Nuptiis.

124. Impedimentum consurgens ex fraternitatis legalis cognatione se habet ad instar consanguinitatis in linea transversa, etque, Jure Romano spectato, non solum inter liberos naturales & legitimæ adoptantis, & inter liberos adoptivos, verum etiam inter eos, qui remotiori gradu cum adoptivis junguntur.

Per adoptionem quaeritur fraternitas, teste Cajo L. 17. ff. eodem: *Eousque solum impedit Nuptias, donec manet adoptio: ideoque eam, quam Pater meus adoptavit, & emancipavit, potero Uxorem ducere, æque si me emancipato illum in potestate retinuerit, poterimus jungi Matrimonio.* Hoc autem impedimentum se etiam ad magnam amitam, que secundum Civilem computationem quarto gradu ab adoptato distat, extendisse, ex eadem Lege constat, cujus verba supra retulimus.

125. Impedimentum ex affinitate legali consurgens se habet ad instar affinitatis veræ in linea recta, etque inter adoptantem, & Uxorem adoptati, & vicissim inter adoptatum, & inter adoptantis Uxorem.

Hoc impedimentum durat emancipatione etiam secuta & nam ut ait Paulus Jureconsultus L. 14. ff. eodem: *Adoptivus filius si emancipatur, eam, que Patris adoptivi Uxor fuit, ducere non potest, quia noverca locum habet.* Item si quis filium adoptaverit, Uxorem ejusdem, que nurus loco est, ne quidem post emancipationem filii ducere poterit, quoniam aliquando nurus ei fuit. Prohibetur hæc Lege filius adoptivus novercam legalem ducere, quamvis juxta L. 23. ff. de Adopt. supra relatum, cognationem legalem non contrahat Noverca cum filio



à Marito suo adoptato, quia in eadem lege subditur: *Nuptiis tamen eorum prohibitis*. Motivum autem hoc impedimentum introducendi Romanis fuit, quod tales filii haberentur pro naturalibus, adeoque inter illos & legales cognatos supponebatur reverentia quaedam propinquitatis intercedere, cui repugnaret commercium conjugale; nam bene dicit S. Aug. L. supra cit. *Nescio, quomodo inest humane verecundie quiddam naturale atque laudabile, ut cui debet causa propinquitatis reverendum honorem, ab ea continent, quamvis generatricis, tamen libidine, de qua erubescere videmus & ipsam pudicitiam conjugalem.*

125. Hoc impedimentum à Legum auctoritate primum inductum Ecclesia quoque recepit.

Id ex eo constat, quod Gratianus 30. q. 3. c. 6. referat ipsam L. 17. ff. de Ritu Nuptiar. N. 124. à nobis relata. Eius vero summa habetur in Decretalibus c. un. de *Cognitione legali*, ubi Nicolaus ad Consulta Bulgardorum respondet: *Si qua per adoptionem mihi soror esse coperit, quamdiu durat adoptio, inter me & ipsam Nuptiæ consistere non possunt.* Quavis autem Espensis p. 2. tit. 13. c. 6. N. 6. afflmet, illi legi, Ecclesiam circa hoc impedimentum aliquid mutasse; sed illud prout legibus decretum erat recepisse, neque Synodum Tridentinam quidquam hic innovasse; Theologi tamen communiter docent, impedimentum confraternitatis legalis non excedere fratres & sorores legales, cum tamen Jure Civili usque ad magnam amittam extendatur, ut supra vidimus.

127. Quarta cognationis species est cognatio spiritualis, quæ contrahitur tum ex collatione Baptismi, tum Confirmationis, tum ex susceptione eorum, qui hæc Sacramenta percipiunt.

Proposito patebit ex dicendis. Hic vero notandum, quod cognatio spiritualis, atque impedimentum ex ea prodens ad

cognationis legalis imitationem & exemplum comparata sit. Sicut enim adoptans adoptatum sibi in locum filii assumit & habet, ita quoque Susceptor, sive Patrinus recipit baptismatum in filium suum spirituales, id est, ut illi Patris spiritualis loco sit. Spiritualis vero hæc cognatio ex administratione Baptismatis ac Confirmationis Sacramenti in Ecclesia ortum traxit, quoniam baptizantibus, & levantibus incumbit baptismatum in fide instruere. Unde Nicolaus L. ad Consulta Bulgar. c. 2. ait: *Diligere debet hominem, qui se suscepit ex sacro fonte, sicut Patrem.* Quinimo quanto præstantior est spiritus carne, quod illud spirituale est patrociniū, & secundum Deum adoptio, tanto magis spiritualis Pater spirituali filio in omnibus est diligendus. -- Nulla vero inter eos & filios est consanguinitas. -- Sed potius habenda spiritualis proximitas. Unde inter eos non arbitramur esse quodlibet conjugale connubium, quandoquidem nec inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione filii sunt, venerandæ Romanæ Leges Matrimonium contrahi permittunt. Deinde tamquam consequens inferit: *Si ergo inter eos non contrahitur Matrimonium, quos adoptio jungit, quanto potius à carnali oportet inter se contubernio cessare, quos per celeste Sacramentum regeneratio S. Spiritus vincit?* Ad imitationem ergo cognationis legalis, ejusque impedimenti à Legibus Romani statuti, Ecclesiam impedimentum cognationis spiritualis introduxisse Nicolaus I. Sæculo IX. testatur.

128. Hujus impedimenti Sæculo VI. meminit Justinianus.

Sic enim habet Lex 26. C. de Nuptiis: *Ea Persona omnimode ad Nuptias venire prohibenda declaratur, quam aliquis, sive alumna sit, sive non, à sacro suscepit Baptismate.* Ratio subjungitur: *Cum nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, & justam Nuptiarum prohibitionem, quam hujusmodi nexus, per quem, Deo*

Deo mediante, animæ eorum copulatæ sunt. Inter solum Levantem & Levatum impedimentum cognationis legalis insinuat Lex Justiniana.

129. Sæculo VII. in Ecclesia Græca hæc cognatio spiritualis, & exinde resultans impedimentum Matrimonii agnatum & extensum fuit etiam ad parentes Levati, & Levantis.

Id clare docet Canon 53. Synodi Trullanæ, ubi Patres dicunt: *Id nonnullis autem locis cognovimus quosdam, qui ex sancto ac salutari baptismo infantes suscipiunt, postea quoque cum Matribus eorum viduis Matrimonium contrahere: statum ut in posterum nihil fiat hujusmodi. Si qui autem post presentem Canonem hoc facere deprehensi fuerint, ita quidem ab illicito Matrimonio desistant: deinde & fornicatorum penis subiciantur.* Rationem sui decreti præmiserunt: *Quoniam spiritualis affinitas corporum conjunctione major est.*

130. Ex hac autem persuasione, quod spiritualis affinitas corporum conjunctione maior sit, antiquitus impedimentum cognationis spiritualis ad normam cognationis carnalis, & legalis ex linea quasi recta paternitatis ad lineam tam fraternitatis, quam affinitatis extensum fuit. Unde triplex ab antiquis distincta cognatio, paternitatis, confraternitatis, & compaternitatis. Non fuit tamen circa hoc eadem ubique disciplina.

Et quod à linea paternitatis extensum fuerit ad lineam affinitatis seu compaternitatis spiritualis, exemplum habemus N. precedenti. Quodque ulterius ad lineam confraternitatis transferit, constat ex causa 30. q. 2. ubi cap. 3. Zacharias & Deusdedit Romani Pontifices ajunt: *Non oportet filiam, quam de sacro fonte suscepit, aliquando filio suo in Matrimonium tradere, quia in divina sententia Germani inveniuntur.* Cujus Canonis auctoritate usus Cælestinus III. c. 3. de Cognat. spirituali respondit, hujusmodi

Matrimonium esse dicendum etiam post 30. annos; verum ut recte advertit Cujacius ibi, nupsiam in lege divina reperitur tales esse Germanos, sed in vetere quadam Lege Longobardorum Lib. 2. Tit. 8. quæ susceptus non audeat filiam susceptoris ducere; quia *Spirituales Germani esse noscuntur.* Nec tantum filia ex fonte Baptismatis levata prohibita fuit nubere Levantis filio, verum etiam filius ad filias compatrum & commatrum post compaternitatem natis Nuptiæ interdictæ sunt à Paschali II. c. 5. eadem causa 30.

Quod vero in hac re non eadem fuerit Ecclesiæ disciplina, patet ex Canone quarto, ubi Urbanus Vitali Brixienfi Presbytero dubitanti respondet, filios vel filias ante vel post compaternitatem genitas legitime conjugii posse, præter illum Legitimum, per quem compatres sunt effecti: quo decreto Restringitur rescriptum Paschalis II. ad solum Levatum. Et hinc Alexander III. ad hanc diversitatem respicit, dum c. 1. de Cognat. spirit. ait: *Utrum autem filii aut filie ante vel post compaternitatem geniti possint ad invicem copulari, Canones secundum diversorum locorum consuetudines contrarii reperiuntur.* Et licet primus Canon (nimirum 5.) exinde editus natos post compaternitatem ad invicem copulari prohibeat, alter tamen (Canon 4.) posterius editus primum videtur corrigere, -- quem etiam observari vult Alexander, nisi consuetudo Ecclesiæ, quæ scandalum generet, aliter se habere noscatur.

131. Jure Decretalium impedimentum cognationis spiritualis à Levante ac Levato, à baptizante ac baptizato ejusque parente; à filiis compatrum ad baptismatum, ac filium baptizati, ad parentes baptizati cum Levantibus, & ad ipsos compatres, & commatres extensum est.

Inter baptismatum ac filium baptizantis oriri cognationem spirituales impediens, ac dirimentem Matrimonium inter eos contrahendum sancivit Gregorius IX.



cap. finali eodem. Inter Patrem baptizati & Uxorem Levantis prius ab eo cognitam, ello illa filium una non leverit, Clemens III. Inter Patrem baptizati & levantem, seu compates, Innocentius III. Quae omnia impedimenta confirmat, ac ex Sacramento Confirmationis etiam, & quidem eodem modo contrahi declarat Bonifacius VIII. c. 1. eodem in 6.

132. Inter ipsos vero patrinum & matrinam baptizati nulla etiam iure veteri erat cognatio spiritualis.

Ita statuerat Urbanus II. rel. c. *Autem* 30. q. 4. *Quod autem Uxor*, inquit, cum *Marito in baptisate simul non debent suscipere puerum, nulla auctoritate reperitur prohibuit.* Extat quoque de hoc responsum Innocentii III. L. 2. ep. ad Raffenensem Archiepisc. *Quamvis etiam Vir & Uxor alienum puerum teneant in baptisate, nulla tamen inter eosdem Virum & Uxorem contrahitur paternitas.* Ex his vero omnibus patet, hanc omnem cognationem, atque exinde resultans impedimentum esse ex iure mere positivo, alias enim tam varia in diversis Ecclesiis nata circa hoc non fuisset disciplina.

133. Tridentina Synodus, experientia edocta, propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi Matrimonia, in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur, Sess. 24. c. 2. impedimentum hoc dirimens Matrimonium voluit solum intercedere inter Levantes, ac Baptizatum, & illius Patrem ac Matrem, nec non inter Baptizantem, & Baptizatum, Baptizate Patrem ac Matrem.

Hoc decretum hodie ubique receptum est, ipsamque modernam Ecclesiam disciplinam circa cognationem spirituales ex illo metiri debemus. Neque ultra Personas in illo expressas hoc impedimentum extendendum est. Statuit praeterea S. Synodus, ut unus tantum, sive Vir, sive Mulier, juxta sacrorum Canonum insti-

tuta, vel ad summum unus & una, baptizatum de Baptismo suscipiant. Vultque, quod si alii, ultra designatos, baptizatum tetigerint, cognationem nullo pacto contrahant. Hancque suam dispositionem valere voluit aequaliter circa cognationem spirituales, sive ex Sacramento Baptismi, sive Confirmationis contractam.

134. Cum enumeratis quatuor cognationibus, nimirum sanguinis, affinitatis, legali, ac spirituali magnam affinitatem habet impedimentum, quod vocatur publice honestatis.

Hoc enim impedimentum, sicut legalis cognatio introductum fuit, non quidem ob conjunctionem carnalem (quae hic nulla intercedit), sed ob quandam honestatem & reverentiam, quae, teste Augulino, debetur certis Personis, ad se specialem relationem habentibus; & hic, quemadmodum in linea cognationis legalis, locum habet. Nam sicut ibi honestum videtur inter Personas legaliter cognatas contrahere Nuptias, eo quod sibi parentum, & filiorum, fratrumque, consanguineorum, ac affinitum loco sint; ita & hic. Nam Sponsus de futuro, & multo magis de praesenti, est Matrimonia haud consummato, nihilominus si eam aliquam cum fundamento, sive moralem affinitatem contrahit cum consanguineis Sponsae.

135. Hoc impedimentum oritur ex Sponsalibus de futuro, & Matrimonio rato, non consummato.

Propositio patet ex sequentibus.

136. Quando hoc impedimentum ortum habuerit in Ecclesia? incertum est.

Equidem Gratianus causa 27. q. 2. cap. 15. adducit epistolam Julii I. qui sedit A. 336. in qua dicitur: *Si quis desponsaverit Uxorem, vel subarraverit, & sive praeviente die mortis, sive irruentibus quibusdam aliis causis minime eam cognoverit, neque ejus superstes frater, neque ullus de consanguinitate ejus, eandem sibi tollat in Uxorem ullo unquam*

tem-

tempore. Sed hanc epistolam esse apocrypham, cum aliis primorum saeculorum Pontificum Decretalibus probavimus Lib. 1. tit. 2. §. 5. Adducit equidem idem Gratianus cap. 11. fratrem non posse ducere fratris desponsatam, sed sub hoc tit. in *Canonibus invenitur*, fortasse ab Isidoro Mercatore relatis. Item c. 14. Decretalem Gregorii, idem quod Julii Decretalis ad verbum fere facientem, at superscriptio ibi non notat, qualis sit Gregorius: & bene notat Espenius, plurimas auctoritates in hac causa 27. a Gratiano allatas esse vel male inscriptas, vel sublesta fidei. Ex allatis nihilominus in aprico est, relatum in illis disciplinam quantum ad direptionem Matrimonii usque ad septimum gradum Saeculo VIII. quo infelix ille Isidorus Mercator, aut potius in rem Canonificam peccator has epistolas consarcinavit, usque ad tempora Gratiani, ac post ipsum, usque ad Concilium Lateranense II. sub Innocentio II. A. 1139. celebratum perseverasse, ut statim patet.

137. Hoc impedimentum, in quantum ex Matrimonio rato, non consummato oriebatur, olim iure Decreti Gratiani se extendit usque ad septimum gradum, exemplo impedimenti affinitatis; sed ante editionem Decretalium sublatum est.

Prior propositionis pars ex eo patet, quod consanguinitas illis temporibus ad effectum dirimendi Matrimonium se extenderit usque ad septimum gradum, & quidem computatione Canonica, ut vidimus supra N. 111. & ad eam exacta affinitas; in Decretalibus vero Julii, & Gregorii prohibeantur Sponsam de praesenti ducere consanguinei omnes defuncti Sponsi.

Posterior vero ex generali prohibitione Innocentii II. in Lateranensi Concilio N. precedenti citato, ne prohibitio copulae conjugalis quartum consanguinitatis gradum excedat, ut vidimus supra N. 112.

138. Idem impedimentum olim orie-

batur ex Sponsalibus de futuro in ordine ad impedienda & dirimenda sequentia Sponsalia, & Matrimonia, modo essent pura & certa, id est, cum certa & determinata Persona, licet quavis ratione invalida, & dummodo non essent nulla ex defectu consensus.

Hae propositio est Cl. Van-espen, quam confirmat auctoritate Bonifacii VIII. C. Un. de Sponsal. in 6. in hoc vero eidem non assentior, quod ibi addat, hoc impedimentum olim extensum fuisse ad eundem gradum; quo extensa fuit publica honestas orta ex Matrimonio rato, secundum dicta N. praeced. nimirum ad septimum. Hoc enim impedimentum ex Sponsalibus invalidis ad Bonifacium VIII. Saeculi XIII. fine vel XIV. initio videtur primum constitutum, cum nullus textus sine ex Decreto Gratiani, sive ex Decretalibus Gregorii IX. Bonifacii Praedecessorum de illo ad Canonistis adducatur, adeoque se non extendit ad gradum septimum, sed solum ad quartum; quia restrictio Innocentii II. quod consanguinitas solum usque ad quartum gradum dirimat Matrimonium, recepta fuit in Decretalibus Gregorii IX. c. 8. de *Consang.* nec ad Bonifacium in praesenti scititia affinitate ad septimum gradum extensa.

139. Concilium Tridentinum sicut impedimenta orta ex consanguinitate, affinitate, cognatione legali, & spirituali limitavit, ita & impedimentum Bonifacianum, ortum ex Sponsalibus invalidis de futuro, simpliciter sustulit; ortum vero ex validis ad primum gradum consanguinitatis restringit.

Decretum ejus habetur Sess. 24. de Ref. Matr. cap. 3. ubi dicitur: *Justitia publica honestatis impedimentum; ubi Sponsalia quocumque ratione valida non erunt, Sancta Synodus prorsus tollit; ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedat, quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest hujusmodi prohibitio absque dispendio observari.* Quo capite &

pro-



probatum secunda pars allatæ propositionis, & motuum hujus limitationis à Concilio factæ insinuat. Ut vero oriatum hoc impedimentum etiam usque ad primum gradum, requiritur, ut fiat Sponsalia absoluta & valida, id est, non conditionata, hæc enim non sunt absolute Sponsalia, ut notat Barbosa in Collectaneis Doctorum ad cit. cap. 3. Synod. Trid. N. 10. Nec hæc humanarum Constitutionum circa hæcque enumerata impedimenta Matrimonii variationem in Ecclesia Catholica factam reprehendant solito sibi sapientiores Domini Protestantibus; illis enim regerere possumus id, quod jam laudatus Innocentius II. in Concilio Lateran. relat. cap. 8. de Confang. præoccupavit, nimirum: *Non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, præsertim cum urgens necessitas, vel evidens utilitas id exposcit: quoniam ipse Deus ex his, que in veteri Testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo.* Et si tandem ipsis concedere deberemus, quod etiam Rectores Ecclesiarum indiscrète zelo in puncto disciplinæ subinde quidpiam oppido difficile ordinauerint, id nos non movebit; scimus enim Deum Sapientissimum Ecclesiam suam quoad capita fidei, & substantialia disciplinæ speciali providentia gubernare, cætera humanæ conditioni relinquere. At quomodo illi variationes Ecclesiarum suarum circa capita fidei, que ipsi ab incomparabili Episcopo Meldensi Benigno de Bossuet in præclaro opere de Variatione Ecclesiarum Protestantium per digitos numerantur, justificabunt? Sed iterum ad rem.

140. Synodus Tridentina citata Sess. 24. c. 3. loquitur de Sponsalibus de futuro, adeoque nihil circa impedimentum publicæ honestatis, proveniens ex Matrimonio rato non consummato, innovavit; quod proinde ex pristino jure hodie extenditur ad quartum gradum.

Mentem Synodi declaravit S. Pius V. Conclit. incipiente: *Ad Romanum 62. in Bull. Rom. ubi ait: Attendentes, quod Sponsaliorum appellatione, et quæ dictum Concilium utitur, non nisi improperia Matrimonium verbis de præsentis conceptis contractum continetur; quodque agit de correctione Juris veteris, quo casu secundum proprietatem verborum dumtaxat procedendum est, præsertim cum longe majorem rationem prohibitionis in Matrimonio per verba de præsentis contracto, quam de Sponsalibus de futuro vigere à nemine dubitetur.* Unde fuit illatum propositionis.

141. Quamvis olim multa crimina fuerint, que reos à Conjugio impediebant, ut supra N. 90. ostensum est; aliqua nihilominus etiam erant, que illud profus dirimebant.

Inter illa specialem locum habet adulterium inter adulterum & adulteram, post mortem Conjugis innocentis.

142. Adulterium, & quidem solum Legibus Romanis jam videtur diremisse ante Christum inter adulterum & adulteram Matrimonium.

Id aperte inducere videtur Lex 11. §. 13. & L. 40. ff. ad Legem Juliam de adult. quorum posterior sic habet: *Questum est, an ea, quam Maritus adulterii crimine se accusaturum minatus est, nec quidquam egit vel jure Mariti, vel jure publico, nubere possit ei, quem in ea reum adulterii designavit? Paulus respondit nihil impedire, quo minus ei, quem suspectum Maritus habuit, ea, de qua quaeritur, nubere possit.* Ubi bene notat Gothof. *Mulier nubere potest ei, cum quo adulterii tantum insinulata est, non convicta.*

143. Solum adulterium primis Christianis sæculis sine omni promissione Matrimonii, vel machinatione mortis videtur diremisse Matrimonium inter adulterum & adulteram.

Hoc enim pro sæculo IV. & V. aperte pro-

probare videtur Augustinus lib. 1. de Nuptiis & concupis. c. 10. ubi ita loquitur: *Marito mortuo, cum quo verum connubium fuit, fieri verum connubium non potest, cum quo prius adulterium fuit.* Canonistæ ac Theologi, & ipse recentior Tournellus hunc textum citant sine particula malignantis nature, nimirum sine tō non, & ita contrarium ex illo deducunt. Sed non advertunt in Decreto Gratiani causa 31. q. 1. 2. textum illum sine particula illa mendose referri, ut post Correctores Romanos notavit Cujacius ad cap. 1. De eo qui duxit in Matrimonium, quam polluit per adulterium.

144. Hæc disciplina videtur usque ad sæculum XII. viguisse.

Illius enim apertam mentionem facit Can. 40. Concilii Triburiensis An. 895. in quo generaliter definitur: *Non licet ergo, nec Christianæ Religioni oportet, ut ullus ea utatur in Matrimonio, cum qua prius pollutus fuit adulterio.* Notat autem ad rem Espenius, in eo Canone specialem quidem casum proponi & decidi; nimirum illum, quo adulteri sibi insuper mutuum fidem dederant, interposito juramento de ineundo Matrimonio post mortem Mariti alterius legitime parit; sed post decisionem casus, prædictam generalem conclusionem Patres subjicere. Notat præterea, quod Gratianus, qui 31. q. 1. c. 4. fragmentum solum retulit, non advertit ad hæc clausulam generalem à Patribus Triburiensibus anathemati hujus specificati Matrimonii subjectam; & hinc Canonem contra ejus sensum, si integre legatur, hæc superscriptionem præxerit. *Post mortem Viri non potest adulteram in Conjugium ducere, qui Viro vivente Juramentum sibi futurarum Nuptiarum præbuit.* Unde & Canonibus generaliter de adulterio loquentibus hæc restrictionem subdidit: *Si nihil in mortem Viri machinatus fuerit, vel si vivente Viro fidem adulteræ non dedit.* Quam

restrictionem videre est post c. 3. ex Concilio apud Althrum, qui generalibus terminis de adulterio est conceptus. Quapropter videtur falli Canonistæ & Theologi illi, ac cum ipsis recentissimus Tournellus, qui putant sæculo X. adulterium ad recentitas duas conditiones fuisse restrictum ad effectum dirimendi subsequens Matrimonium inter adulteros.

145. Cum autem circa sæculum XII. & XIII. autoritas Decreti Gratiani ita invaluisse, ut vix aliunde, quam ex illo defumerentur, quæ questionibus disciplinæ decidendis fervire possent, tandem hæc restrictio Gratiani pro Jure invaluit, ut notat Cujacius apud Van-Espen.

Conjecturam Cujacii fulciunt juxta Van Espen, quod Alexander III. sæculo XII. hæc restrictionem non obscure admittat c. 1. De eo, qui duxit in Matrimonium, quam polluit per adult. dicens: *Licet in Canonibus babeatur, ut nullus copulet Matrimonio, quam prius polluerat adulterio, & illam maxime, cui fidem dederat, Uxore sua vivente, vel que machinata est in mortem Uxoris, &c.* Sed Alexandrum citato cap. sentire, juxta Canones antiquos solum adulterium dirimere Matrimonium inter adulteros, & promissionem futuri Matrimonii, vel machinationem in mortem Conjugis junctæ adulterio multo magis dirimere Matrimonium, ex tenore verborum cap. cit. aperte patet. Apertius ergo subsequentes Pontifices hæc conditiones præter adulterium requiverunt: quin & desiniverunt Matrimonium adulteri cum adultera post mortem legitime Uxoris, nisi alter eorum in mortem Uxoris desunctæ fuerit machinatus, vel ea vivente sibi fidem dederint de Matrimonio contrahendo, uti respondit & definiit Innocentius III. in c. 6. eod. que definitio à Tridentino non correctæ, & consequenter pro Jure hodie recepta est.

146. Itaque juxta modernam disciplinam adulterium generaliter non dirimit.



mit Matrimonium cum adultera initum, sed in certis solum casibus.

Quatuor vulgo censentur. Quorum primus est, si adulterio adiciatur fides de ducenda adultera post mortem Mariti, cap. 6. eod. Debet vero hæc promissio esse acceptata ab adultera expresse vel tacite; ad quam posteriorem tamen non sufficeret adultera silentium, utpote in re noxia. Nihil autem refert, an illa promissio sit vera, vel ficta, an præcesserit, vel secuta fuerit adulterium, cum Canones non distinxerint, ut docent Doctores apud Tournelium. Secundus, cum alter Coniux efficaciter machinatus est mortem suæ Comparris, eo animo, ut Matrimonium cum adultero contrahat, cap. 3. eod. Disputant Theologi, an ad incurrendum hoc impedimentum, præter machinationem mortis alterius Coniugum, & adulterium, etiam requiratur intentio nubendi cum altero? Sed incurri hoc impedimentum sine hac intentione bene resolvit Tournelius ex cap. 3. eodem, & ex cap. Laudabilem de convers. infidel. qui & subdit: Si vero quis sine prævio adulterio interfecerit Maritum alicuius Mulieris, ea plane inscia, sed ea mente atque consilio, ut istam viduam duceret in Uxorem, an esset tunc impedimentum airimens? affirmant aliqui, alii vero negant, tum quia non exstat expressa ea de re Lex Ecclesie, tum quia non videtur iustum, ut pars innocens dispendium patiantur. Addit nihilominus, quod optandum esset, ut Ecclesia eo etiam in casu impedimentum statueret. Tertius casus est elarus, cum etiam sine adulterio unus Coniux simul cum interfectore conspirat in mortem alterius Coniugis; occisio quippe illa inducit dirimens impedimentum inter Coniugem superflitem ac sicarium e. 6. & 8. eodem. Quartus denique casus est, si quis Matrimonio iam legitime conjunctus, & adhuc sua vivente Uxore alteram ducat: non tantum est nullum illud conjugium, sed nequidem post mor-

tem prioris Uxoris validum esse potest; si nempe illa secunda Uxor cognovit prius Matrimonium: si enim omnino ignoravit Virum illum esse uxoratam, ac bona fide cum illo contraxit, putans eum librum esse, potest, si velit, cum illo contrahere post mortem prioris. Hæc ex cap. 4. 7. 8. ejusdem tit. Tournelius. Nec casus iste incidit cum impedimento ligaminis, sed eum ampliat. Impedimentum enim ligaminis, qua tale, dirimit solum Matrimonium cum superinducta contorali vivente. Si vero tale Matrimonium invalidum insuper consummatur per adulterium, dirimit idem Matrimonium etiam post mortem legitimum contoralis contrahendum. Hoc autem impedimentum non est Juris naturalis, aut divini, sed dumtaxat Ecclesiastici; cum David duxerit Bethabæe, quam insani polluerat adulterio, & cupis Virum interfecerat, non suo quidem, sed gladio filiorum Ammon, lib. 1. Reg. c. 12. v. 18.

147. Impedimentum disparitatis cultus est ad mentem Ecclesie Romano Catholicæ inter baptizatum, & non baptizatum.

Hinc in Religione Christiana cultu dispares non censentur Hæretici & Catholici; sed soli & omnes illi, quorum unus est valide baptizatus, & alter non est baptizatus; quamvis eandem Religionem Catholicam ambo profiterentur, v. g. Baptizatus & Catechumenus, ut exemplificat Van-Espen: hinc si uterque sit baptizatus, quamvis dispares in Religione Christiana cultum profiteantur, inter ipsos juxta vulgarem & jam receptum usum loquendi non est disparitas cultus.

148. Quamvis vero S. Paulus 1. ad Corinth. 7. v. 15. facultatem dederit solvendi Matrimonium quoad vinculum in infidelitate contractum, si alter Coniugum non velit cohabitare converso sine injuria Creatoris; hæc tamen ejus cœconomia nihil facit ad prætes impedimentum ab Ecclesia constitutum.

Ra-

Ratio est, quia Apostolus ibi disponit de Matrimonio ab Infidelibus contracto, hic autem agitur de Matrimonio Fidelis cum Infideli, seu potius non baptizati cum baptizato valide contrahendo; nec Apostolus sola infidelitate Consortis Fidelis Matrimonium dissolutum pronuntiat, sed in casu discessionis Infidelis cum Fidele, de quo videantur, quæ diximus supra N. 20. Quo fit, ut impedimentum cultus disparitatis non sit introductum auctoritate Apostolica, vel divina, vel jure naturali absolute, sed sola auctoritate Ecclesiastica; cum certum sit, Ecclesiam prioribus sæculis tolerasse Matrimonia Christianorum cum Infidelibus, ut N. cit. vidimus. Et patet exemplo Monicæ, quæ nupsit Patrio gentili, aliarumque sanctissimarum mulierum, quamvis Ecclesie mens semper fuerit, ut non solum à Matrimoniis gentiliis, verum etiam hæreticorum abstinerent Catholici; cum suo modo ob magna perversionis intercurrentia pericula prohibita sint tam jure naturali, quam divino positivo.

149. Hoc impedimentum non est primis sæculis introductum, sed successu temporis consuetudine potius, quam lege positiva stabilitum.

Et quod ætate S. Augustini necdum vigeret, ex eo constat, quod nullibi in suis scriptis Matrem suam Monicam ob conjugium cum Patrio infideli initum reprehendit; ante tempora vero Augustini S. Cæcilia gentili Valeriano, & post illa S. Clotildis Chodovæo pagano sine reprehensione nupsisse leguntur; & ex harum mulierum sanctitate celebrata conspicuum fit. Videtur tamen ab illa ætate increbrescentibus prohibitionibus Episcoporum, & concurrentibus legibus Imperatorum fundamentum factum, unde cultus disparitatis per consuetudinem ad effectum dirimendi Matrimonium evecta est; Gratianus enim causa 28. nullam Legem, vel Canonem Ecclesie de hac disciplina disponentem refert, nec in De-

cretalibus circa illam quidquam disponitur. Ex hoc vero hoc fit notabile, sola consuetudine posse induci impedimenta dirimentia Matrimonium, quod & exprimitur c. 1. de cognat. spirit. ubi respondet Alex. III. inter certas Personas ibi expressas Coniugium iniri posse, nisi consuetudo Ecclesie, quæ scandalum generet, aliter se habeat.

150. Quamvis apud Græcos ipsa Matrimonia Catholicorum cum hæreticis inita jam pridem non solum prohibita, sed prorsus invalidata fuerint; Ecclesia tamen Latina ea de factis solum prohibuit.

Prior pars propositionis constat ex Canone 71. Concilii Trullani Sæculo VII. celebrati, quo hæc Conjugia invalida declarari notant Balsamon & Zonaræ in notis ad huic Canonem.

Secunda vero ex eo, quia nullus Canon ostendi potest, qui ea in Ecclesia Latina irritasset, bene multi vero, qui ea gravissime prohibent. Unum adnumero, quem Gratianus cit. 28. q. 1. c. 15. ex S. Ambrosio, qui vixit sæculo IV. refert, ubi ait: Cave, Christiane, Gentili aut Judæo filiam tuam tradere, cave, inquam, Gentilem aut Judæam, atque alienigenam, hoc est, hæreticam, & omnem alienam à fide tua Uxorem accersas tibi. Observat tamen Sylvius, quod si utilitas publica, vel spes convertendi hæreticum id exigant, Summus Pontifex dispensare possit, ut Matrimonium Fidelis cum hæretico vel hæretica sit licitum.

151. Per vim, seu violentiam intelligitur impedimentum illud, quod intercedit inter Coniuges, quorum unus vel ambo ex metu, & quidem gravi, in Matrimonium consentiunt.

Quamvis metus etiam gravissimus non causet involuntarium, nec consequenter contractus obvios, qui consensu perficiuntur, jure nature irritet, sed irritandos per Judicem suadet; nihilominus cum Contractus Matrimonialis sit conjunctio amorosa, officiosa, & insolubilis;

Yy 2



bilit, quæ subsistere sine trisibus eventibus non potest, si ab iniuriis inear, ille per metum gravem iure naturali irritatur. Et hinc Summi Pontifices dum in Decretalibus c. 15. & 28. de Sponsal. esp. 2. De eo qui duxit in Matr. quam pollut per adul. illum irritant, irritatum iure naturæ declarant, ut patet ex rationibus ab his adductis, quarum summa est, quod libera debeant esse Matrimonia, & coalitiones difficiles frequenter solent exitu habere. De impedimento Ordinis sacri egimus supra N. 105. de Igamine N. 16. 17. ubi de Polygamia, de honestate N. 113. de affinitate N. 134.

152. Impotentia coeundi, atque adeo iure naturæ dirimens Matrimonium, vel antecedit Matrimonium, vel sequitur.

Dicitur impotentia antecedens Matrimonium, non quasi debeat esse experta à Contrahentibus Matrimonium ante Sacerdotalem copulationem; id enim nunquam licitum est, sed quod existat iam in alterutro Consorte ante Matrimonium ratum, atque ejus consummationem impediatur: exemplum ejus dari potest in frigido à natura. Consequens est, quæ consequitur Matrimonium non tantum consummatum, sed etiam ratum; ut si Sponsus per fornicationem antecedentem cum Sponsa expertus sit se esse habilem ad Matrimonium consummandum, ac dein post copulationem maleficio reddatur perpetuo frigidus. Certum autem est ex dictis N. 10. & seqq. ob firmitatem & indissolubilitatem Matrimonii impotentiam consequentem non dirimere Matrimonium. Aliter diceretur de impotentia antecedente.

153. Impotentia igitur antecedens vel est perpetua, quæ nullo remedio naturali sanari potest; vel temporalis, quæ ita sanari potest. Perpetua vel est absoluta respectu cuiuscumque, vel respectiva respectu alicuius. Eaque oriri potest vel ex causa naturali, vel maleficio.

Matrimonium dissolvi per impotentiam

antecedentem perpetuam, tum absolutam, tum respectivam, sive sit ex causa interna, sive ex maleficio, patet ex toto titulo de frigidis, & ex caus. 33. q. 1. & 32. q. 7. c. 20. ubi hæc à Gregorio primo, vel secundo jam faucia leguntur: *Quamvis ista impotentia iure naturali Matrimonium dirimat, cum ea sante nec finis primarius ejusdem, qui est procreatio proles, nec secundarius, seu remedium concupiscentiæ, obtineri possit.* Et hinc è contrario recte inferitur illud non solvi per impotentiam temporalem.

154. Dum alter Conjugum queritur de impotentia Consortis, Jure Canonico trium annorum spatium concessum est ad eam probandam; quo tempore si alter adhuc in querimonia de impotentia alterius exillat, atque quibus potest licitis & honestis medijs sit explorata impotentia, tunc dissolvi potest Matrimonium.

Hæc œconomia definita est Saeculo XII. à Celestino III. cujus Decretalis refertur cap. *Laudabilem* de frigidis. Notat tamen bene Tournesius, ante triennium elapsam dissolvi posse Matrimonium, si impotentia tam certa sit, ut negari non possit; quia Pontifex triennium probationis solum concedit, *Si frigiditas prius probari non possit.* Et hinc partibus ita solutis, etiam licet non impotenti ad alias transire nuptias per ideam cap. & utriusque, si impotentia sit respectiva; debet autem hæc impotentia esse vera, & non ficta: unde si talis impotens iudicatus alias Nuptias contrahat, & prolem generet, ad priorem Uxorem, rescisso Matrimonio posteriori, redire cogitur, eodem cap. *Laudabilem.* Observat tamen Fervetius lib. 5. c. 2. N. 13. hanc dispositionem in Ecclesia Gallicana non observari ex eo fundamento, quod possit esse in aliquo Viri impotentia perpetua respectiva ad talem Mulierem, quæ non sit respectiva ad aliam.

155. Tam Jure Decreti, quam Decretalium in casu controversiæ vel assertionis

tionis impedimenti impotentia, ea disquirenda & decidenda est per probationem Canonice.

Hæc probatio præscripta est vel Saeculi VI. fine aut VII. initio à Gregorio I. vel Saeculo VIII. à Gregorio II. cum controversatur ejus Decretalis illa sit, quæ refertur 33. q. 1. c. 1. & 2. Hæc autem probatio ibi c. 2. debet fieri per corporalem explorationem Conjugum à septem propinquis faciendam, vel à duobus, si septem haberi non possent, in casu quo alter Conjux non esset virgo, v. g. in secundis Nuptiis; quia si esset virgo, tunc per c. 1. hujus quest. sufficit tale iudicium fieri per Obstetrices, ut habet Gl. in c. 2. *Y. Septima manu.* Huic corporali explorationi, & attestationi de impotentia ab exploratoribus facta, juramentum accedere debuit Conjugum, quod nunquam carnaliter commixti fuerint. Hæc Decreti dispositio recepta & confirmata est Jure Decretalium c. 5. de frigidis, nec à Tridentino quidquam immutatam. Gratis autem à quibusdam Protestantibus J. C. cavillatur tanquam minus honesta. Si enim ad averendum grave periculum corporis licitum est chirurgis, quin & honestum Mulierem corpora contrectare, cur ad avertenda perpetua adultera Conjugum male secum contentorum, & hinc facile impedimentum impotentia mentientium, ac etiam pejerantium, uti experientias referunt Canones, non potuit adhiberi medium omnium securissimum pro veritate erunda? Quæcumque ergo hi homines ignorant, blasphemant.

156. Raptus est abductio puellæ è domo Parentum eum in finem, ut ducatur in Matrimonium, vel alia libido impleatur, sive per vim abducatur, sive rapienti ob seductionem illa consentiat, Parentibus aut Tutoribus non consentientibus; tunc enim quoquo modo adit violentia, salvatur ratio raptus.

Propositio est S. Th. 2. 2. q. 154. *Ex illa inferitur duplicem esse raptum, unum vio-*

lentiæ, alterum seductionis. Prior est, cum puella invita & reluctans à rapitore abducitur à paterna domo: posterior cum blanditijs, & voluptatis illecebra, aut quocumque alio motivo seducta consentiens raptores sequitur. Patet autem per se raptum violentiæ, quamdiu liberum impedit consensum, reddere Matrimonium nullum iure naturæ secundum dicta N. 151. de metu. Solum igitur adferendum, quid circa raptum, ut iure naturæ Matrimonium non dirimit, dum videlicet rapta spontanea se abduci patitur, vel tandem in potestate rapitoris violenti existens Matrimonio libere consentit, Jura disposuerunt? Triplicem autem conspiciere licet Ecclesiæ œconomiam circa raptum, quam jam dabimus.

157. Jam quarto Saeculo Civilibus & Ecclesiasticis Legibus nusquam licebat raptores in Uxorem ducere, quam raperat, etsi Parentes eam restitisset, imo etsi ipsa consentisset.

Quod Leges Civiles attinet, ita iussit Constantinus M. A. 320. cujus Constitutio exilat lib. 9. C. Theod. tit. 24. *De raptu Virginum & Viduarum.* Ei similem An. 528. tulit Justinianus eodem lib. tit. 13. ubi ait: *Nec sit facultas raptae Virgini, vel Viduae, vel cuiuslibet Mulieri, raptorem suum Maritum sibi exposcere; sed cui Parentes voluerint (excepto raptores) eam legitimo copulent Matrimonio.* Imo Parentum consensum nec posse validare tale Matrimonium Saeculo IX. edixit Carolus M. L. 6. Capitul. c. 96. *Si quis, iniquus, alterius Sponsam virginem & viduam necdum desponsatam rapuerit, vel furatus fuerit, placuit, ut si eam postea sponsaverit, sive dotaverit, seu non, sive cum Parentum ejus voluntate, quocumque commento ipsam accipere, vel tenere potuerit, nunquam illam Uxorem habeat.* Consentiant Canones, qui apud Gratianum 36. q. 2. videri possunt: & quidem Canon 4. hoc impedimentum ad Concilium Chalcedonense reducit, conclusu.



cluditque, ut juxta *Canonicam* *authoritatem* ad *Conjugia legitima* (raptores) *raptas sibi jure vendicare nullatenus possint.* Concordant *Concilia Rhemensis, Trojesianum c. 8. & in Synodo Regiaticana An. 850. c. 10.* decernitur, quod *puella ipsa, à quibus raptæ sunt, legitime demum uxores nullatenus esse possint.* Pœnæ gravissimæ rapti olim adjectæ videantur apud *Græc. cit. causa.* Et quamvis ex his aliqui existiment raptam fuisse tantum impedimentum dirimens in quibusdam Ecclesiis; universale tamen fuisse hoc impedimentum, ex *Legibus Imperatorum, quas ceu justissimas probasse videtur Ecclesia primorum IX. Sæculorum, probabilius est.*

148. Sæculis nihilominus sequentibus impedimentum hoc relaxatum fuit totaliter, atque Matrimonium inter raptorem & raptam validum reputatum, modo consensus raptæ intervenisset.

Sic enim respondit *Innocentius III. in cap. 7. De Raptoribus, & ante hunc Sæculo adhuc XII. Lucius III. c. 6. eodem.* Verba, *Innocentii* sunt: *Rapta puella legitime contrahet cum Raptore, si prior dissenso transeat postmodum in consensum, & quod ante displicuit, tandem incipit complacere.* Per hanc autem dispositionem videntur *Jura à Gratiano* *relata, correctæ.* Patet ergo, quod impedimentum successive ablatum fuerit in variis Ecclesiis, usque ad positivam *Decretalium* *dispositionem.*

150. Hæc nihilominus *Decretalium* *dispositio Sæculo XVI. per Tridentinum* *sublata est, atque impedimentum raptus postliminio revocatum; cum limitatione tamen respective ad antiquos Canones.*

Utraque propositio patet ex *Decreto Trid. Sess. 24. c. 6. de Ref. Matr. quod sic sonat: Decernit S. Synodus, inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere Matrimonium. Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto & libero*

*constituta, illum in Virum habere consentit, eam raptor in uxorem habeat.* Inter raptorem ergo & raptam, quamdiu illa est in potestate raptoris, *Synodus Matrimonium dirimit, quod validum erat Jure Decretalium; illud vero valide contrahi posse, si rapta in libertate constituta consentire velit, decernit, id, quod veteres leges canonicæ antiqui.* Hoc impedimentum vero intelligendum est de raptu tam violentiæ, quam abductionis, ut fusc probat *Tournelius.*

160. *Clandestina Matrimonia Ecclesia à suis incunabulis constanter prohibuit ac detestata est.*

Jam Sæculo II. *S. Ignat. epist. ad Polycarpum* *sic: Decet vero, ut Sponsi & Sponsæ de sententia Episcopi Conjugium faciant, quo Nuptiæ sint secundum Dominum & non secundum cupiditatem; omnia ad honorem Dei fiant.* Sæculo III.

*Tertul. lib. de pud. sic: Ideo penes nos occultæ quoque conjunctiones, id est, non prius apud Ecclesiam professæ, juxta marchiam, & fornicationem judicari periclitantur.* Ad quem locum *Rigaltius* in *Notis* pag. 114. animadvertit, *his verbis à Tertull. prolatis, non prius apud Ecclesiam professæ, indicari Conjugia, in quibus non fuerat servata consuetudo, qua solebant Fideles conjugandi per Presbyteros Ecclesiæ offerri, ut communibus votis Conjugia benedicerentur.* Quam quidem consuetudinem Sæculo IV. firmavit *Concilium Carth. IV. relatum 30. q. 5. c. 5. dum Canon 13. præcipit: Sponsus & Sponsa cum benedicendi sunt à Sacerdotibus, à Parentibus suis & Paranyphibis offerantur.* Ad eundem vero morem allusit *Synellus Cyrenensis, qui floruit initio Sæculi V. epist. 105. ad Evoptium, ubi scribit: Mibi & Deus ipse, & Lex, & sacra Theophilii ( Patriarchæ Alexandrii) manus Uxorem dedit.* Ut enim opportune observavit *Christianus Lupus* tom. 2. p. 1421. hæc *S. Synelli* *verba ostendunt, Fidelium Nuptias palam in Ecclesia fuisse sem-*

*semper ab Episcopo, aut Presbytero benedictas & sanctificatas.* Quod confirmari potest *authoritatibus tum Patrum, tum Euchariorum, præsertim Ecclesiæ Græcæ, quas supra N. 70. & seqq. retulimus.* Hic adhuc placet adducere *cap. 179. ex lib. 7. Capitularium Regum Francorum, ex quo eandem disciplinam in Occidentali Ecclesia Sæculo VIII. & IX. viguisse perspicuum sit: Prius conveniendus est, inquit, Sacerdos, in cujus Parochia Nuptiæ fieri debent in Ecclesia coram Populo, & ibi inquirere una cum Populo ipse Sacerdos debet, si ejus propinqua sit, an non, aut alterius Uxor, vel Sponsa, vel adultera: & si licita & honesta omnia pariter invenerit, tunc per consilium, & benedictionem Sacerdotis, & consulti aliorum honorum hominum, eam sponsare, & legitime dotare debet.*

161. Quamquam vero ex *relatis, aliisque testimoniis, à Viris Eruditis congestis, perspicuum sit, Ecclesiam Clandestina Matrimonia constanter prohibuisse; non tamen aequè certum est, num eadem Matrimonia ante Tridentinum fuerint insuper ullo unquam tempore etiam irrita.*

De hac enim questione secum contenderunt ipsi *Patres Tridentini, uti videre est apud Pallavicinum in hist. Conc. Trid. Libro 22. c. 4. occasione Decreti ea irritantis edito c. 1. Sess. 24. de Reform. Matr.* Plerique enim, qui persuasi erant, dicta Matrimonia omnibus retro Sæculis prohibita solum fuisse, eidem consentire nonlebant, eo quod absolum judicarent, hanc novitatem postremis Ecclesiæ Sæculis primo introduci; quibus contradixerunt alii, qui allatis *authoritatibus judicaverunt Sacerdotalem benedictionem non solum ad honestatem, verum ad ipsam substantiam Matrimonii requiri.* Idque adhuc clarior colligi aiebant ex *Decreto Evaristi Papæ adscripto, & relato 30. q. 5. c. Aliter, ubi habetur: Aliter legitimum non fit Conjugium, nisi ab his, qui*

*super ipsam faminam dominationem habere videntur. -- Uxor petatur -- & suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus & oblationibus à Sacerdote benedicatur. -- Ita peracta, legitima scitote esse Connubia: aliter vero præsumpta non conjugia, sed adulteria, vel concubernia, vel supra, aut fornicationes.* Aliud addere poterant, & fortasse addiderunt, inquit *Sanctissimus noster l. 7. de Synodo Diac. c. 27. N. 4. indubitatum testimonium Nicolai I. qui in causa Divortii à Lothario Francorum Rege cum Teutbergæ facti, ut posset in uxorem ducere Waldradam, quam præteritum à se ductam ante Teutbergam, rescripsit Judicibus, ut diligenter investigarent, an revera Lotharius, priusquam conjugali fœdere le deviniret Teutbergæ, Matrimonium celebrasset cum Waldrada coram testibus secundum legem, & ritum, quo Nuptiæ celebrari solent. Si vero (ait Can. Lotharius 31. q. 2.) minime probatum fuerit, Waldradam fuisse uxorem legitimam, neque Nuptiis secundum morem celebratis, per benedictionem scilicet Sacerdotis, filio nostro Lothario existisse conjunctam: suggerite illi, ut non moleste ferat legitimam sibi (si innocens ipsa paruerit) reconciliari uxorem. Hinc enim evidenter videtur inferri, medio Sæculo IX. quo Nicolaus primus universalem regebat Ecclesiam, ratas non fuisse Christianorum Nuptias, nisi essent secundum morem celebratæ per Sacerdotalem benedictionem.*

Verum Theologi & Patres prioris sententiæ dixerunt, *Patres Canoniceque allatos commode intelligi posse de sola necessitate præcepti, non de substantia ipsa Matrimonii, prætendentes Siricium Papatæ ep. ad Himerium c. 4. & referunt c. 50. 27. q. 2. obignari voluisse Sacerdotali benedictione, quamvis dictus Canon loquatur de Sponsalibus de futuro, an eo quod Pontifex utatur Verbo Nupturæ & non potius de præsentis, ex eo*



dubium reddatur, quod Patres olim per Nuptias ipsam copulam conjugalem intellexerint: unde Mulierem nolebant pertinere ad Matrimonium, cum qua non intercessisset carnale commercium, & Mariam dixerant Sponsam Josephi fuisse (scilicet de presenti), sed ad ejus Nuptias (hoc est, copulam) non pervenisse. De quibus vide dicta N. 53. Ad Canonem vero Evaristi, de quo specialis erat, & nunc quoque est difficultas, teste eodem Sanctissimo L. cit. non quod genuinus credatur Evaristi sermo, verba sunt ejusdem, sed quia, uti alias diximus de similibus epistolis Decretalibus ab Isidoro productis (& nos l. i. tit. 2. c. 4. §. 5.), presumitur fabricatus ad normam discipline, que in Ecclesia vigeat in fine VIII. aut IX. Sæculi: ad hunc, inquam, Canonem reponebant, si ille accipiendus esset, sicut verba sonant, non sola Sacerdotis benedictio, verum etiam alia quamplurima ibidem enumerata fuissent de formali conjugalis contractus; quod tamen nemo unquam asseruit. Per verba ergo illa, aliter non fit legitimum Conjugium, solum indicare voluit, aliter non fieri licite, illaque Connubia adulteria, &c. vocavit; quia ut ibi notavit Gl. Matrimonia clandestina occasionem, & securitatem præbent, alia postea in facie Ecclesiæ ineundi, & ita in perpetuo adulterio vivendi: quem sensum habuisse auctorem Canonis patet ex apposta ei limitatione, videlicet, nisi voluntas propria suffragaverit, & vota succurrerint legitima. Et hinc Gratianus, qui Canonem hunc Decreto suo inseruit, in fine quæst. 1. causa 27. hujusmodi Conjugium ratum haberi edicit. Facilius est, ait idem Sanctissimus, genuinum sensum epistolæ Nicolai I. aperire; cum enim videret, quam parum fidendum esset assertionibus tam pugnantibus parum sibi coherentis Lotharii, nullam quoad hoc ei fidem adhibendam rescripsit, nisi probaret se legitime, omnibusque adhibitis Juris solemnitatibus nupsisse Waldradæ,

quam ceteroquin aliunde notum erat habuisse loco pellicis, uti testantur Auctores à Sanctissimo relati. Ceterum à Nicolao validum habitum Matrimonium clandestinum liquet ex ejusdem responsis ad Consulta Balgarorum, que videri possunt apud eundem Sanctissimum L. cit. N. 6. Ex quo etiam patet, probabiliorum esse sententiam eorum, qui dicunt, Matrimonia clandestina ante Concilium Trid. non fuisse ab Ecclesia ullo unquam tempore annullata, sed solum prohibita: id quod sentiant communiter Theologi & Jurisperiti.

162. Concilium Tridentinum præciscens ab hac controversia, ad ea efficaciter præcavenda gravissima mala, que in animarum perniciem, ac totius Christianæ Reipublicæ perturbationem ex Matrimonii clandestinis obveniebant, & quibus, experientia docente, hæc satis occurrere poterat sola eorumdem prohibitio à Conc. Later. IV. sub Innoc. III. in cap. Cum inhibiti de clandest. desp. renovata, illa nulla ac invalida impofterum futura declaravit.

Decretum ejus exiit Sess. 24. c. 1. de Reform. Matr. Præcipuum motivum ad illud edendum fuit, quod experientia docuerit, quod multi clandestine contractantes, penitentia postea ducti, priore Uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio vivunt. Quia nimirum Clandestinum Matrimonium est difficilis probationis, & Jura Matrimonii solemnia favent. Hoc ipsum Decretum Synodus vult singulariter in omnibus Diocæsis Populo per Ordinarios publicari & explicari. Decernit insuper, ut hujusmodi Decretum in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat à die primæ publicationis, in eadem Parochia factæ, numerandos. Colophon est Decreti. Interim saluberima hæc Sanctio non ubique, præsertim in Gallia, est recepta.

QUÆS.

## QUÆSTIO DOGMATICA.

An Matrimonium à Fidelibus baptizatis legitime contractum sit verum novæ Legis Sacramentum?

163. **M**atrimonium esse novæ Legis Sacramentum non tantum nostrorum Sæculorum Novatores, sed veteres quoque negarunt hæretici; hoc tamen cum discrimine, quod veteres, Simon nimirum Magus, Saturnius, Hydroparastata, Tatianus, Marcio, Manichæi, & Priscillianistæ illud insuper opus diaboli, scortationem, & impudiciæ negotium asserere ausi fuerint; Lutherus vero in lib. de captivitate Babylon. Calvinus lib. 4. Institut. c. 19. N. 34. Chemnitius 2. p. Exam. Concil. Trid. alique, esto honorabile in omnibus Connubium, tamenque immaculatum ultro fateantur, eidem nihilominus rationem Sacramenti inesse aperte negent, & quidem non solum in eo sensu, quod conferat ex opere operato gratiam tam sanctificantem, quam sacramentalem, verum etiam, quod ex mente Divi Pauli ad Ephes. 5. v. 32. sit signum speculativum (ut loquuntur Theologi) seu typus unionis Christi cum Ecclesia, & Verbi Divini cum humanitate assumpta, ut infra ex Calvino, & Spalateni videbimus. Missa infantia veterum hæreticorum, quos ipsum naturæ lumen, propagationem humani generis, ac consequenter Nuptiarum honestatem seipso inculcans, relellit, Sacramentalem Matrimonii Fidelium dignitatem à Christo acceptam contra recentiores sublinebimus, tum ut liberemus fidem N. 16. hujus libri datam, tum ut axioma stabilitum, ex quo bene multa pendent, que circa Matrimonia Christianorum Romana sancit Ecclesia, atque ab hæreticorum cavillis liberantur, uti patebit evolventi notas historicas in eundem librum datas.

164. Porro fontes, è quibus Catho-

licum dogma à nostris propugnatur, à Concilio Tridentino Sess. 24. de Sacram. Matrimonii assignantur Scriptura, Patrum, Conciliorumque testimonia, ac universalis Ecclesiæ constant, ac perpetua traditio, que in probatione ponende propositionis adferemus. Interim non dissimulandum, ipsos Catholicos tum circa rationem, qua Matrimonium dicitur, & est Sacramentum, tum circa autoritates Scripturæ, è quibus à nostris Theologis communiter probatur esse verum novæ Legis Sacramentum, ex asse non convenire.

165. Et quidem, quod primum atinet, ipse Magister Sententiarum lib. 4. dist. 2. licet A. Matrimonium quidem recenseat inter Sacramenta novæ Legis; ad ipsi vim efficacem ad producendam gratiam detrachere videtur, sic enim habet: Quorum (Sacramentorum) alia remedium contra peccatum præbent, & gratiam ad iustitiam conferunt, ut Baptismus: alia in remedium tantum sunt, ut Conjugium: alia gratia & virtute nos fulciant, ut Eucharistia, & Ordo. Et eodem lib. dist. 26. Conjugium Sacramentum esse, & rei alicujus Sacre signum demonstrat; an vero ex se gratiam sanctificantem conferat, omnino hiet. Darandus in eundem lib. dist. 26. q. 2. docet, duo duntaxat esse circa Matrimonium, que sine periculo erroris negari non possunt: primum est, Matrimonium esse licitum, secundum, Matrimonium esse Sacramentum. Eo modo quo, inquit, Sacre rei signum dicitur Sacramentum, id est, improprie seu æquivocè, ut ait postea. Præter autem ea duo prædicta, pergit idem, sunt alia duo circa Matrimonium, circa que sine periculo hæresis licitum est contraria opinari, quorum unum est theologicum, scilicet, utrum in Matrimonio conferatur gratia ex opere operato, sicut in aliis Sacramentis novæ Legis? Secundum est logicum, videlicet, utrum Matrimonium habeat plenam invocationem cum aliis Sacramentis? Utrumque

Zz

que



que negat in decursu hujus questionis Durandus, adducitque suæ opinionis confortes aliquos Canonistas, ac præterea Glossam in Can. Honorantur 32. q. 2. in hoc Sacramento non conferri gratiam Spiritus S. aperte edicentem. Patetur nihilominus Durandus oppositam sententiam longe comanionem fuisse inter sui temporis Theologos. Cum Durando sentit Guillelmus Peraldus Durandi coxaneus in Summa victorum, & eo antiquior Jacobus Vitriacus lib. Occid. historie cap. 36. Eandem opinionem Magistro ac Præposito Antifiodorensi tribuit Gerson in Compendio Theologie. Atque hinc est, quod S. Thomas, Bonaventura, Scotus, & alii, qui veram & Catholicam tenent sententiam, eam dumtaxat ut probabiliorē, non ut ex fide certam, & omnibus tunc temporis credendam proponant; quia nempe, licet res ea in se ac materialiter esset de fide, nondum tamen distincte, ac clare definita fuerat ab Ecclesia, sicut postea fuit: unde contrarium opinari error quidem erat, sed non hæresis. Nituntur equidem Protestantes Alphonsus à Castro, Petrus Soto, & alios nonnullos in suas partes trahere, sed immerito; cum conceptis terminis doceant, Matrimonium esse verum Sacramentum, quamquam velint illud eadem dignitate & efficacia fuisse exornatum in Legge sive naturæ, sive scripta, in quo certe capite à cæteris Theologis recedunt, à quibus deferuntur.

166. Quod sæculum attingit, Vasquez disp. 2. de Matrimon. c. 6. & 8. negat ex Scriptura posse efficaciter demonstrari Matrimonium esse verum, ac proprie dictum Sacramentum, cui sit ex institutione Christi annexa gratiæ promissio, & ad solam traditionem, ut id evincat, confugit. Quod idem sentiunt Eshius in 4. dist. 26. §. 7. Pontius lib. 1. De Matrim. c. 5. Juvenii & alii Recentiores. Aliis è contra, nonnulla Scripturæ testimonia ad id probandum idonea & effi-

caria videntur. Et quidem in specie recentissimi Tournellus & Bertus, esto admittant vulgarem illum versum 32. capit. 5. ad Ephes. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia, se solo sumptum non probare efficaciter Matrimonium esse signum prædicum gratiæ sanctificantis, sed solum speculativum unionis Christi cum Ecclesia; id tamen negant, si sumatur cum antecedentibus determinativis. Sane Concilium Tridentinum cit. Sess. 24. De Matrim. cap. un. caute suo more eundem textum adhibuit in præsentī materia, dum ait: Gratiam vero, quæ naturalem illum (Conjugum) amorem perficeret, & indissolubilem unitatem confirmaret, Conjugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium Sacramentorum institutor, atque perfectior, sua nobis Passione promeruit. Quod Paulus Apostolus innuit dicens: Viri diligite Uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea; mox subjungens: Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Quamvis enim hac loquendi methodo clare definit Matrimonium esse verum, ac proprie dictum Sacramentum; nullatenus tamen rationem suæ definitionis decernit esse efficacem, ac multo minus de fide tenendam, dum ait: Quod Paulus Apostolus innuit: ac paulo inferius ad traditionem provocat, pergens: Cum igitur Matrimonium in Legge Evangelica veteribus Connubiis per Christum gratia præstet, merito inter novæ Legis Sacramenta annoverandum, sancti Patres nostri, Concilia, & universalis Ecclesiæ traditio semper docuerunt. Et hinc in Canone primo solum anathematizat illos, qui negant Matrimonium esse vere ac proprie unum ex septem Legis Evangelicæ Sacramentis, non vero illos, qui inficiantur id per textum à se in doctrina de hoc Sacramento traditam adductum efficaciter probari. Alia sane œconomia utitur circa

tex-

textum Epistolæ Jacobi 5. v. 14. quem & ad roborandum suam doctrinam de Sacramento Extremæ Unctionis Sess. 14. c. 9. traditam adducit, & in anathemate eorum, qui Extremam unctionem Sacramentum esse inficiantur, ad illum provocat, innuens, se non tantum velle definire Extremam unctionem esse verum Sacramentum, sed id etiam efficaciter, ac certitudine fidei ex allatis S. Jacobi verbis probari. Jam ad rem.

### PROPOSITIO.

*Matrimonium à Fidelibus baptizatis legitime contractum est verum ac proprie dictum novæ Legis Sacramentum.*

167. **C**onclusio hæc definita est tanquam de fide tenenda à Martino V. in Concilio Constantiensi A. 1414. celebrato. Item ab Eugenio IV. in Decreto unionis Armenorum in Concilio Florentino An. 1438. edito, cujus tenorem retulimus lib. 1. c. 1. §. 8. N. 307. ac novissime in Tridentino Sess. 24. de Sacram. Matr. c. 1. qui ita sonat: Si quis dixerit, Matrimonium non esse vere, & proprie unum ex septem Legis Evangelicæ Sacramentis à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum, neque gratiam conferre; anathema sit. Quo loquendi tenore non solum anathematizantur ii, qui Matrimonium negant esse novæ Legis Sacramentum, verum etiam illi, qui nunc cum Durando illud quidem Sacramentum esse admitterent, sed gratiam conferre inficiarentur. Antequam vero propositionem probemus, observandum I. tria ad rationem veri Sacramenti ex conspiciantur Catholicorum placito requiri, nimirum, ut primo consistat in aliquo ritu, seu caremonia exteriori; secundo, ut iste ritus habeat mandatum Dei, seu ordinatus sit ex mandato Dei; tertio, ut habeat annexam promissionem

gratiæ, id quod etiam ipsi Protestantes non inficiantur; sic enim profitentur in Apologia Augustanæ Confessionis: Si Sacramentum vocamus Ritus, qui habent Dei mandatum, & quibus addita est promissio gratiæ, facile est judicare, quæ sint proprie Sacramenta. II. In Sacramentis duplicem distingui posse significationem, unam mere speculativam, seu objectivam, alteram vero prædicam. Sic v. g. Eucharistia duo significat, mortem Christi, & gratiam nutritivam. Prior significatio pure speculativa est, neque enim Eucharistia efficit mortem Christi: posterior vero efficax est ac præctica, producit enim, seu efficit gratiam, quam repræsentat. Et ita in Matrimonio pariter duplex distingui potest significatio: una simpliciter speculativa, & objectiva, qua dumtaxat repræsentatur unio Christi cum Ecclesia, sive per Incarnationem, sive per caritatem & gratiæ influxum; altera præctica, qua producitur gratia Sacramenti uniens Conjuges ad effectus, seu fines proprios Matrimonii. His animadvertis,

168. Probatur conclusio ex tribus conditionibus ad Sacramentum vere ac proprie tale requisitis. Et primo certum est, quod in mutuo Conjugum consensu, seu contractu externo habeamus signum, seu ritum sensibilem: an vero hic contractus sit signum rei sacræ, & hoc supposito, an sit nude speculativum, vel etiam prædicum, & consequenter an habeat mandatum Dei, & annexam promissionem gratiæ? in hunc finem I. expenditur textus Apostolicus ad Eph. 5. v. 31. & 32. quantum ex eo prædicti colligi possit in rem Catholicam. Sic autem habet: Propter hoc relinquet homo Patrem & Matrem suam, & adheret Uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Hoc textu innuere velle Apostolum, Matrimonium repræsentare unionem Christi cum Ecclesia, & consequenter esse signum rei sacræ, saltem



speculativum, sentit S. Chrysol. hom. 50. in *Genesi* inquit: *An non audis Paulum dicentem Sacramentum esse Nuptiarum, & imaginem dilectionis Christi, quam erga Ecclesiam exhibuit?* Similia habet homil. 20. in c. 3. ep. ad *Ephes.* Adhuculantur Chrysolomo S. Hieron. in eic. locum Apostoli, Gregor. Naz. Orat. 31. & alii.

169. Duo nihilominus reponunt. Novatores. Primum enim, Sacramentum in textu Apostoli non referri ad Matrimonium Adami & Evæ, sed ad unionem Christi cum Ecclesia per Incarnationem. Ita Calvin. l. 4. Inst. c. 19. §. 35. & Spalatenf. l. 5. De Republ. Christi. c. 11. N. 27. Non subjective, inquit, sed objective Sacramenti vocem usurpat hic Apostolus, hoc est, eodem interprete, S. Paulus non ad humanum conjugium, veluti à signo procedit ad Christi conjugium cum Ecclesia, tanquam ad rem signatam; sed à contrario, à conjugio unionis hypostatice Verbi cum carne nostra, & ab unionis Sponsi Christi cum Ecclesia Sponsa, & capituli cum membris deducit documentum, cur, & quomodo debeant & Mulieres Viris suis subici. & Viri Fideles diligere Uxores suas. II. ex citato loco Apostoli colligi ad summum posse, Matrimonium primum parentum (de quo uno loquitur Apostolus) signum fuisse unionis Christi cum Ecclesia, non autem quodcumque hominum Matrimonium. Verum, ut advertit Tournelius, hæc posterior responsio priorem evertit, eo quod supponat vocem Sacramenti referri ad unionem conjugalem Adami & Evæ, tanquam ad signum unionis Christi cum Ecclesia, quod prior negat. Loqui porro Apostolum de omni humano conjugio demonstrant hæc verba: *Propter hoc relinquet homo Patrem & Matrem suam, & adhaerebit Uxori suæ: quæ certe universalis sunt, & magis ad posteros Adami, quam ad Adamum ipsum pertinent, qui parentes, quos relinqueret amore Uxoribus suis, non habuit ipse primus omnium Parens,*

Et insuper Christus Matthæi 19. ad omne legitimum conjugium refert verba mox cit. ad cuius sententiam etiam respexit Paulus, dum ea epistola suæ inseruit.

170. Quantum autem ad primam responsionem, patet manifeste ex serie contextus Apostoli, verba illa, *Sacramentum hoc magnum est, & reposita ad Matrimonium Adami & Evæ, tanquam ad signum.* Refertur enim ad id, quod antecedit, & designatur per pronomen demonstrativum hoc: at verbis antecedentibus loquitur Apostolus de Matrimonio Adami & Evæ per verba: *Propter hoc relinquet homo Patrem, &c.* ergo dum sequitur: *Sacramentum hoc magnum est,* per tō hoc intelligit unionem conjugalem Adami & Evæ. Sed quid multa? ipse textus originalis, seu Græcus, quem sæpe sæpius jactant heretici, illorum & quædam opinionem jugulat, & Catholicum dogma firmat; in illo liquidem legitur: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christum & Ecclesiam.* Manet ergo invictè probatum contra Novatores, Matrimonium tum Adami & Evæ, tum eorundem posterorum esse signum speculativum rei sacræ, hoc est, unionis verbi cum humanitate, & Christi cum Ecclesia. Nunc videndum contra eosdem, ac etiam Durandum, &c. an quoque sit signum practicum gratiæ? & quid in hunc finem laudatum Apostoli oraculum subsidii adferat?

171. Tournelius, Bertus, & Liborius à Jesu, famosi inter Recentiores Theologi, est Vasquesio, Estio, Juevino sponte admittant, neque ex versu 32. capituli 5. laudate ad *Ephesios* epist. neque ex præcedenti 25. ubi idem Apostolus ait: *Viri diligite Uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, si solitarie sumantur, pro Catholicis inexpugnabile argumentum sumi posse; cum Sacramenti vocabulum, quod in Græco textu exprimitur per tō *Mysterion*, significationem habeat amplissimam, &*

sym-

symbolum mystici conjugii, quod est inter Christum & Ecclesiam, adveniatur quoque in Matrimonio Infidelium, effectum spiritualis gratiæ carentibus: quia hi quoque vi Connubiorum ad dilectionem mutuam tenentur: cum nihilominus Christus primo non tantum uniat cum Ecclesia Catholica per humanam naturam consortium, quæ unio non est peculiaris Ecclesiæ, sed communis universo generi; verum etiam per caritatem & gratiam, quod singulari titulo Ecclesiæ convenit, non autem generi humano universo. Secundo S. Paulus verbis relatis innuat Uxores diligendas à Viris non solum propter procreationem filiorum, sed ulterius ob sempiternam vitæ consecutionem; ait enim: *Viri diligite Uxores vestras, sicut & Christus Ecclesiam;* his attestis, hæc aut simili ratiocinatione demonstrari Matrimonium esse verum, ac proprium Sacramentum existimat Bertus: Matrimonium per Apostolum significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, conjunctio autem Christi cum Ecclesia non est solum secundum carnem, sed etiam secundum caritatem & gratiam: igitur Matrimonium non tantum unit contrahentes carnali vinculo, sed etiam illos unit in gratia & caritate. Rursus: Debent conjugati se invicem diligere, ut Christus dilexit Ecclesiam, atque id maxime in votis habere debent, qui Christiano ritu conjugium ineunt; at Christus dilexit Ecclesiam, non ut illam sibi copularet tantummodo carnis assumptione, sed insuper ut illam sibi exhiberet immaculatam & gloriosam: igitur qui ritu Christiano Matrimonio junguntur, uniri debent tali nexu, ut invicem sanctificentur, & Deus illos conjungens gratiam, qua naturalis amor hac ratione perficiatur, hilem Contrahentibus impertitur. Confirmat mox allatum argumentum Tournelius l. ex 1. ad *Cor.* 7. v. 14. ubi dicitur: *Sanctificatus est Vir Infidelis per Mulierem Fidelem, & sanctificata est*

*Mulier Infidelis per Virum Fidelem;* quem locum ex Maldonato de Matrimonio ita explicat, ut Apostoli mens sit, Matrimonium inter hos non esse illegitimum & immundum, sed sanctum; quia quamvis Conjux sit immunda, tamen à meliore parte (videlicet à Marito Christiano) totum Matrimonium sanctum esse (quia Sacramentum), & propterea filios ex eo genitos sanctos. 2. ex versu 39. ibidem: *Mulier alligata est legi, quanto tempore Vir ejus vivit; quod si dormierit Vir ejus liberata est, cui vult nubat, tantum in Domino.* Ubi idem Maldonatus vult sensum esse Apostoli, ut Mulier nubat propter Sacramentum. 3. ex c. 3. ep. ad *Coloss.* v. 18. ubi legitur: *Mulieres subdite esto te Viris, sicut oportet in Domino;* quem textum in Græca phrasi hunc sensum præferre contendit Maldonatus: *Sicut decet eas Mulieres, quæ contraxerunt Matrimonium, non ut Gentiles, sed in Domino;* id est, sancte, rite, Sacramentaliter. Qui Theologus verba illa Apostoli 1. ad *Timoth.* 2. v. 15. *Mulier salvabitur per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate;* apud eundem Tournelium in eundem sensum adducit, quasi velit significare, Mulierem per ipsum Matrimonium salvam esse, accedente scilicet gratia sanctificante, propria hujus Sacramenti.

172. Sed his confirmationibus robur vix ullum inesse, vel ex hoc solo patet, quod textus in his allati tum à Patribus, tum ab aliis Scripturæ Interpretibus, alio longe sensu, & coque literæ conformiori explicentur, ac explicati sunt à Maldonato, uti videre est apud Calmetum, qui primum ex Chryl. Theodoro, Estio, Grotio, Menochio, Hieronymo, Tertulliano, Tirino ita exponit, quod Vir Infidelis per Mulierem Fidelem sanctificetur; quia illa per sanctæ conversationis exemplum eundem ad conversionem disponit; pariter filii sancti sunt, hoc est, quasi



quasi designati sanctitatis, ac per hoc etiam saluti, ut loquitur Tertullianus; quia Mater Fidelis ipsos ab idololatria avertit, quam si non haberent Patri contrariam, immundi essent, hoc est, ad idololatriam proni ruerent. De secundo vero testimonio ipse Tournelius Patrum adfert testimonia, quæ illud in Domino non exponunt, uti Maldonatus, id est, *Sacramentaliter*. Inter illos S. Augustinus lib. de adult. Conjug. c. 25. inquit: *Illud in Domino duobus modis accipi potest, aut Christiana permanens, aut Christiano nubens*. In tertio vero literalem sensum esse, Mulieres debere subditas esse Viris suis in Domino, hoc est, sicut Dominus præcepit, non autem in iis, quæ voluntati, atque Legibus Domini adversantur, non tantum cum aliis Interpretibus docet Calmetus, sed se ipso in aprico esse videtur. Nec verum est, Maldonati mentem ex Græco textu juvari; in illo liquidem habetur: *Hos aniken en Kyrio*, quod Arius Montanus ad literam reddidit: *Sicut convenit in Domino*: quod idem esse cum Vulgatæ versione, *Sicut oportet in Domino*, nemo non videt. Quod denique ultimum locum ex 1. ad Timoth. 2. v. 15. attinet, quem Liberius à Jesu sat prolixè contra Juveninum turget, compertum est Eruditis, originalem textum Græcum, in quo à Vulgatâ tó permanferit in singulari enuntiatum, idem verbum in plurali esse ferri per tó *meinosin*; & ita consequens esse, id quod de fide, dilectione, ac sanctificatione subjungitur, referri non ad Mulierem, sed ad filios, quorum generatione, seu pia educatione, Mulier æternam salutem promeretur, etsi commercio conjugali implicata virginibus, & sexu suo Prædicatoribus sit inferior: uti juxta Calmetum plerique Latini, Græci vero omnes sentiant Interpretes. Ad principales igitur locos Apostoli ad Eph. 5. residua est mentis nostræ explicatio.

173. Ut vero candide fatear, qui callet, quantum ad rigorosam demon-

strationem requiratur, difficulter assentietur iis, qui judicant laudatis auctoritatibus, si cum circumstantiis insinuat etiam sumantur, demonstrari posse, Matrimonium Christiano ritu contractum esse non tantum signum speculativum unionis Christi cum Ecclesia, verum etiam practicum gratiæ sanctificantis, ac Sacramentalis in Sponsis producendæ; propugnatores enim hujus Sententiæ, postquam suis adversariis ultro admittunt, ex textibus illis sigillatim sumptis id evinci non posse, nullas alias circumstantias adducunt, quæ indifferentiam textuum determinarent. Præterquam quod, cum Paulus ibi velit, Matrimonia Christianorum propriè representare unionem Christi cum Sponsa Ecclesia per caritatem & gratiam, inde inferant, Viros Christianos debere diligere Uxores suas, sicut Christus dilexit Ecclesiam; hoc est, amore non naturali, ad quem ratio & Philosophia viam steruit; sed supernaturali, seu ex motivo supernaturali, quod neque ratio, neque Philosophia, sed sola Christi gratia nobis suppeditat. Ex quo inferunt, Apostolum Ll. cit. velle, Matrimonium Contrahentes non tantum unire carnaliter, sed iis insuper conferre gratiam huic dilectioni in opus redigendæ necessariam, & consequenter ad mentem ejus esse Sacramentum. At quamvis distindendum non sit, ad dilectionem supernaturalem, qualem Paulus habere præcipit Conjuges, requiri gratiam; ex hoc tamen præcise inferri juxta regulas Logicæ non licet, requiri gratiam per Sacramentum conferendam; alias etiam ex eo, quod ad virginitatem servandam ex motivo supernaturali requiratur gratia, inferre liceret, antiquam virginum consecrationem, aut modernam Religiosam Professionem esse vera novæ Legis Sacramenta: multa ergo minus ex iisdem motivis demonstratæ inferretur, Paulum Ll. cit. Matrimonium Fidelium edixisse signum practicum gratiæ, & consequenter verum, ac proprium novæ

novæ Legis Sacramentum. Hoc enim non persuadetur tot eximii Theologis Catholicis supra laudatis: quomodo ergo demonstrabitur Heterodoxis? Aliter in hac materia se gessit Tridentinum N. 166. relatum, nec opus est, ut pro singulis Sacramentis habeamus textum clarum & demonstrativum in Sacris Literis, cum ipsi Protestantes negantes traditionem mere oralem, velint nolint, eam admittere debeant in Summo Fidei nostræ puncto, nempe in ipsa authentica Sacre Scripturæ, cum nullibi scriptum sit, hos libros præcise, vel omnes esse à Spiritu-Sancto dictatos. Quapropter hanc nos stabilimus propositionem, ex verbis S. Pauli cum his circumstantiis allatis tam bene concludi posse, illum iisdem censuisse, Christum ad juvandam Conjugum dilectionem supernaturalem Matrimonium elevasse in Sacramentum, atque contrarium, si præcise spectentur; si vero Ecclesiæ Traditio in subsidium explicationis mentis Paulinæ assumatur, ad quam Concilium Tridentinum tam serio provocat, tum de mum patere, non solum Paulum, sed alios quoque Apostolos persuasos fuisse, Matrimonium esse verum ac proprium novæ Legis Sacramentum, etsi hanc suam mentem Gentium Doctor L. cit. fortassis non expresserit: & hinc Dominos Protestantes inaudita temeritate ab hac perpetua utriusque Ecclesiæ traditione recessisse, quam testimoniiis Patrum, Conciliorum, atque utriusque Ecclesiæ perpetuo consensu jam demonstratum imus.

174. Et quod Patres attinet, superius ex N. 64. & seq. eos ordine retulimus, qui testantur, apud Christianos Matrimonium semper locum habuisse inter res Sacras Religionis, certo Ritu à Ministris Ecclesiæ celebrandas; ac præcedenti N. 63. Bohæro, aliisque Protestantibus perpicue ostendimus, hæc Patrum testimonia nullatenus Sponsalibus de futuro applicari posse: qui duo Numeri hic relegendi sunt, ne eos huc transferendo

actum agamus. Hic igitur adnumeranda veniunt testimonia Patrum eorum, qui Matrimonium appellant Sacramentum, non lato, sed stricto, ac proprio sensu. Inter hos Justinus Martyr, qui Sæc. II. floruit, in Dialogo cum Typhone ait: *Connubia Jacobi rei per Christum perficiende figuram fuisse*. Nam, inquit paulo superius: *Magnorum Sacramentorum oeconomia & dispensationes in quolibet ejus generis factio sunt celebratæ, in veteri scilicet Testamento*. S. Ambrosius L. 1. de Abraham c. 7. *Cognoscimus*, inquit, *Presulem, custodemque Conjugii esse Deum, qui non patiarur alienum torum pollui, & si qui fecerit, peccare eum in Deum, cujus legem violet, gratiam solvat. Et ideo quia in Deum peccat, Sacramenti celestis amittit consortium*. S. August. lib. de bono conjugali c. 24. *Bonum igitur Nuptiarum*, inquit, *per omnes gentes, atque homines in causa generandi est, & in fide castitatis. Quod autem ad Populum Dei pertinet, etiam in sanctitate Sacramenti, per quam nefas est, etiam repudio discedentem alteri nubere, dum Vir ejus vivit, nec saltem ipsa causa pariendi*. S. Augustinum hoc loco nomen Sacramenti in proprio sensu sumere patet, quod Matrimonium Fidelium ex hoc capite præferat Nuptiis Gentium, quæ nihilominus sunt etiam Sacramentum improprie, seu signum speculativum unionis Christi cum Ecclesia. Et lib. de bono conjugali c. 18. *In Christianorum Nuptiis plus valet sanctitas Sacramenti, quam secunditatis uteri*: quod etiam verum esset de Gentium Connubiis, nisi S. Augustinus nomen Sacramenti proprie sumeret. Denique lib. 1. de Nuptiis & concupis. c. 10. *Sane, inquit, non tantum secunditatis, cujus fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cujus vinculum est fides, verum etiam quoddam Sacramentum Nuptiarum commendatur Fidelibus conjugatis*. Dicit quoddam Sacramentum, quia c. 21. ait: *Quod ergo est*



in Christo & in Ecclesia magnum, hoc in singulis quibusque Viris atque Uxoribus minimum, sed tamen conjunctionis inseparabilis Sacramentum: minimum dicit Sacramentum, comparatione nimirum ad alia Sacramenta, ut aliqui putant, vel ob rebellionem carnis, ac membra, quæ post peccatum pudenda sunt, quælia non erant ante peccatum, quibus mendis esse institutum, uti indicat series contextus. Qua proinde loquendi methodo S. Augustinus vult Matrimonium Christianorum esse veram Sacramentum; eo vel maxime, quod infra illud comparet Baptismo & lib. de bono conjug. c. 24. Sacramento Ordinis, quamvis cæteris inferius. Quod ajunt veteribus Scholasticis occasionem dedisse existimandi, gratiam sanctificantem non conferri per Matrimonium, sed quod tantum sit in remedium concupiscentiæ. Unde merito Tournelius ex allatis motivis reprehendit Vasquesium, qui dispot. 2. de Matr. ait se An. 1588. perceptis & attentè consideratis hisce S. Doctoris testimoniis manifestè deprehendisse, ipsum non loqui de Sacramento propria & stricta, sed latiori significatione: non negans interim, Sacramenti nomen ab Augustino usurpatis interdum sensu improprio & latiori. Eandem vero cum S. Augustino doctrinam, & fidem propugnare & Summi Pontifices, & Concilia. Constantiense, Florentinum, & Trident. supra N. 167. jam retulimus, quibus hic subnectimus auctoritatem Lucii III. Sæculo XII. florentis, relatum c. Ad abolendam de hereticis: qua Matrimonium Ecclesiæ Sacramentis accessit, dum ait: Qui de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini JESU Christi, vel de Baptismate, seu de peccatorum Confessione, Matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis Sacramentis aliter sentire, aut docere non metuunt, quam Sacrosancta Romana Ecclesia prædicat, & observat, vinculo perpetui anathematis innodamus. Nunc ad ea testimonia Patrum proce-

dendum, quibus agnoscat Matrimonio annexam esse gratiæ promissionem.

175. Inter hos S. Ambrosius, & cum ipso Patres Concilii Mediolanensis in Ep. ad Siricium Papam: Non negamus, inquit, sanctificationem esse à Christo Conjugium, Divina voce dicentes: Erunt ambo in una carne, & in uno spiritu. S. Cyrillus Comment. in Jo. Evang. lib. 2. Ipse (Christus) inquit, invitatus venit (ad Nuptias), ut generationis humanæ principium sanctificaret, quod ad carnem nimirum attinet. Conveniebat enim, ut qui naturam ipsam hominis renovaturus erat, non solum iis, qui jam in ortum vocati erant, benedictionem impertiretur, sed & iis, qui postea nascituri essent, gratiam præstiteret, & eorum ortum sanctum efficeret. - Præsentia sua Nuptias cohonestavit, ipse gaudium & lætitiæ cum sit universarum, ut veterem partus tristitiam depelleret. Innocentius I. ep. 9. ad Probum: Statuimus, ait, Fide Catholicæ suffragante, illud esse Conjugium, quod primitus erat divina gratia fundatum: conventumque secundæ Mulieris, priore superflite - nullo pacto posse esse legitimum. Et Patres Ephesini ajunt: Christum dispensatorie ipsis tunc benedixisse Nuptiis, cum in Cana Galilææ cum Sanctis vocatis Apostolis adesse dignatus est. S. Cyrillus hæresi 6. & 7. Venerabiles aut esse Nuptias, ac DEI aspirante gratia Cælestis Regnum obtinere, quis vel ex eo non agnoscat, quod ad Nuptias invitatus Salvator ipse fuerit, ut iis benediceret? Et S. August. tract. 9. in Joan. Evangelicam de Nuptiis exponens historiam docet, ideo Christum Nuptiis interesse voluisse, ut casitatem conjugalem firmaret. Denique S. Maximus Hom. I. de Epiph. Domini sic loquitur: Vadis ad Nuptias Dei Filius, ut quas dudum potestate constituit (scilicet in ratione humani contractus), nunc præsentis sup. benedictione sanctificet: quantum scilicet humano contractui adjunxit dignitatem & efficaciam Sacramenti. Ex-

qui-

quibus testimoniis Theologi nostri præterea probabilius inferunt, tunc à Christo fuisse institutum Sacramentum Matrimonii, cum sua præsentia Nuptias cohonestavit, eique benedixit. Posteriorum Sæculorum autoritates vero præterea adferre supervacaneum esset, cum Protestantes ipsi non distentent, sub ipsis Matrimonium ab humanis, scilicet! ingeniis in Sacramentum fuisse evedum, ut infra videbimus. Ne vero iisdem scrupulis, aut etiam effugium remaneat, allata primitivæ Ecclesiæ testimonia loqui de Sacramente in latiori sensu, ac de sola honestate Nuptiarum, eorum verum sensum, ac perpetuam Ecclesiæ traditionem, Matrimonium esse verum, ac proprium novi Fœderis Sacramentum, invictò argumento, desumpto ex Ecclesiæ tum Occidentalis, tum omnium Orientalium unanimi ac perpetuo consensu, demonstratum imus.

176. Notum est, Jeremiam Patriarcham Constantinopolitanum, accepta à Wirtembergensibus A. 1576. Confessione Augustana, gravissimam censuram rescriptis, latinitate & luce donatam à Stanislo Socolovio: in qua c. 7. pag. 59. legitur ex Patrum traditione, unam Sanctam, Catholicam, & Apostolicam totius Populi Christiani Ecclesiam esse eorum hominum, qui ea omnia, que legibus antiquis prescripta sunt, à sacrisque Canonibus desinita, ab ipso denique Spiritu DEI per Sanctos Patres sancta, & firmata, pie & sanctè servant & timentur. In characterem Ecclesiæ Catholicæ à Jeremia agnunt! Pergit porro: In ea item ipsa Catholica & Orthodoxa Ecclesia septem Divina Sacramenta esse, Baptismum scilicet, Sacri unguenti Unctionem, Sacram Communionem, Ordinem, Matrimonium, Penitentiam, & Extremam Unctionis Oleum. Et pag. 65. Hæc igitur sunt Ecclesiæ DEI Sacramenta, totque numero, hocque modo, & ratione, quod dictum est, nobis tradita. Constantinopolitano Patriarchæ concinit Gabriel Philadelphien-

Tom. II.

sis Metropolitæ, qui in lib. de Sac. Pænic. edito Venetiis An. 1600. tractans de iis, quæ Sacerdos exquirere debet à Penitente, ait: Præterea interrogabit eum, num dubitet de septem jam dictis Ecclesiæ Sacramentis? Et in Concilio An. 1642. à Parthenio Constantinopolitano Archiepiscopo celebrato, sub ipsis Matrimonium ab humanis, scilicet! ingeniis in Sacramentum fuisse evedum, ut infra videbimus. Ne vero iisdem scrupulis, aut etiam effugium remaneat, allata primitivæ Ecclesiæ testimonia loqui de Sacramente in latiori sensu, ac de sola honestate Nuptiarum, eorum verum sensum, ac perpetuam Ecclesiæ traditionem, Matrimonium esse verum, ac proprium novi Fœderis Sacramentum, invictò argumento, desumpto ex Ecclesiæ tum Occidentalis, tum omnium Orientalium unanimi ac perpetuo consensu, demonstratum imus.

177. Cophos Jacobitis recipere Sacramenta septem demonstrat eruditus Solerius in appendice ad Patriarchas Alexandrinos sect. III. pag. 140. ex Vansleb. Cophorumque Ritualibus; alique plures Auctores apud Bertum lib. 35. c. 5. Æthiopes quoque eundem septenarium Sacramentorum numerum (de sola Extrema Unctione dubium esse potest), etsi erroneis nefandis implicatos, agnovisse olim, & Orthodoxos recepisse Professionem Fidei ipsi ab Urbano VIII. præscriptam, in qua continetur septenarius Sacramentorum numerus expressus, ex eodem L. cit. convincimur. Kemnitium vero viriliter mentium fuisse (justo zelo parcant cordati Protestantes) dum secundæ parte examinis Concilii Tridentini cap. De numero Sacramentorum scripsit, septenarium numerum Sacramentorum à Florentina Synodo Armenis obstrutum fuisse, cum eum per mille & amplius annos ignorassent, aperte evincit Liberius à Jesu tr. 1. de Sac. in genere disp. 6. contrav. 7. ex Varciano Armeno, qui duobus fere Sæculis ante Florentinam Synodum scripsit, ac in monitis ad Armenos c. 6. ita habet: Septem Ecclesiæ Sacramenta ju-

Aaa

giter



giter exertemus: Christianismus enim in septem Ecclesia Sacramentis nititur. Verum ergo solum est, Armenos per quorundam Pseudo-Magistrorum doctrinam, inter quos erant ipse Varthanus, Joannes Episcopus Armenus, & Gregorius Data-vienis, fuisse corruptos circa materiam, formam, & Ritum Sacramentorum, à quibus eos liberavit Eugeniana in Synodo Florentina instructio, quam retulimus lib. 1. tit. 1. c. un. §. 8. N. 307. non autem circa ipsum numerum Sacramentorum. Et hinc est, quod tam mira, omniumque mortalium memoriam fugiens, ac consequenter constans ac perpetua Ecclesiarum (si novissimas Protestantium, blasphemae in aliquot Europae angulis dominantes excipias) Caelo, moribus, doctrinis adeo diversarum, in septenarium Sacramentorum numerum, & quidem eundem, quem profitetur, atque propugnat Sancta Romana Ecclesia; conspiratio, ita quidem ut nec plura, nec pauciora, nec alia in his septem numeret, cum pusillus Protestantium grex ducibus, suis auspiciibus, & libris symbolice eorundem testibus, qui omnium oculis ita expositi sunt, ut eos hic adducere non sit necesse, in paucis suis ad scandalum variet, inexpugnabile pro traditione Divino-Apostolica de septenario Sacramentorum numero, & consequenter etiam de Matrimonio inter ea connumerando, præbeat argumentum: ita quidem, ut si eo decipiamur, necesse sit credere (quod vel cogitare blasphemam iudico) Deum erroribus tanta præstitisse subsidia, ut homo cordatus prudens volens ex ipsis se extricare omnino non possit: quod certe in presenti casu contingeret, si Catholicus contra conspirationem à præiudiciis tam defæctam, tamque mirabilem omnium Ecclesiarum in septenarium Sacramentorum numerum, hominibus recentissimis jam binarium, jam ternarium, jam quaternarium numerum Sacramentorum profitentibus, assentiri deberet. Evan-

gelio non crederem, dicit Augustinus, nisi me Ecclesia Catholica moveret auctoritas; & nos deberemus Luthero, Calvino, Zwinglio circa numerum Sacramentorum credere contra Ecclesia non tantum Catholicam, sed omnium aliarum ab ea dictis schismatibus avulsarum, ac propterea minime suspectarum, auctoritatem: abist. Vide deductionem hujus argumenti, occasione Eucharistiae lib. 1. tit. 1. c. un. n. 249. & seqq. Item occasione Missæ Sacrificii lib. 3. tit. 41. n. 11. & seq. Nunc ad diluenda adversariorum argumenta, quæ hoc unico jam prostrata jacent, accingimur.

Momenta Adversariorum expenduntur.

178. **P**rimo ergo in perniciem suarum plebium mentiuntur Protestantium Cathedralitici post suos Magistros, Matrimonium sæculo XII. ingenio Scholasticorum elevatum fuisse ad dignitatem Sacramenti. At quomodo nova hæc ac cerebrina doctrina, nemine reclamante, penetravit ad Græcos tum dispo Schismate ab Ecclesia Romana disjunctos? quomodo ad Jacobitas, ad Aethiopes hæreticos? nunquid Romana Ecclesia hæc sua novitate non meruisset censuram similem ei, quam merita est novissima Augustana Confessio ab Ecclesia Constantinopolitana, aliisque Orientalibus?

179. Secundo contendunt, in Græco S. Pauli ad Eph. 5. textu non legi Sacramentum, sed Mysterium; sed quid Catholicis de allato Apostoli textu sentiant, jam late supra expositum est: nobis ad tuendam Catholicam veritatem sufficere perpetua in Ecclesia de illa traditio, atque de hæc Patrum constans testificatio, & omnium Ecclesiarum conspiratio. Cæterum quis tam rudis est, ut ignoret, idem apud Græcos significari per Mysterium, quod apud Latinos per Sacramentum?

180. Tertio, ex eo Spalatenis Matrimonium non vult esse Sacramentum, quia

Sa-

Sacramentum in nobis efficit, quod significat; atque Matrimonium non efficit unionem Christi cum Ecclesia, inquit ille.

Respondemus nos: Ergo non est signum prædicium, seu verum Sacramentum, sed mere speculativum unionis Christi cum Ecclesia. Id quod N. 168. docuimus, alia quaestio est: an sit signum prædicium gratiæ significantis & sacramentalis producenda in Sponsis? quam jam decidimus.

181. Uterius causatur, nullam esse annexam gratiæ promissionem Matrimonio. Item alia esse signa rei sacræ habentia annexam promissionem, veluti Martyrium, vel castitatis professionem; & tamen hæc esse Sacramenta.

Respondeo ad primum, contrarium à nobis jam demonstratum esse. Ad secundum, non solum rei dignitatem, aut gratiam ipsi annexam sufficere, ut res ea Sacramentis Evangelicis accenseatur; sed præsertim necessariam esse Christi institutionem; in his enim rebus tota ratio facti est voluntas facientis. Christum vero non Martyrium, neque Virginitatis professionem, Conjugio multo nobiliorem, sed ipsum Conjugium ad dignitatem Sacramenti exivisse, jam demonstratum est.

182. Instant: Juxta Innocentium III. Matrimonium etiam ab Infidelibus suscipi ut Sacramentum: ergo eo ipso non est proprie Sacramentum.

Resp. Matrimonium juxta Innocentium III. ab Infidelibus suscipi ut Sacramentum improprie, seu ut signum unionis Verbi cum humanitate. Solutio patet ex dictis N. 170.

183. Instant secundo. Quod in Sacramentis habet rationem signi, debet esse à Christo primum institutum; atque matius Contrahentium consensus verbis aut signis exterius manifestatus non est signum à Christo primum institutum, erat enim ante Christum talis contractus.

Resp. Negando signum tale in Sacra-

mentis debuisset à Christo simpliciter in ratione signi institui; sufficit enim, si ab eo institutum sit in ratione signi practici & efficacis. Namquid non Iris erat ante Diluvium, & tamen post Diluvium in signum erecta est Gen. 9?

184. Instant tertio ex eo, quod in Matrimonio non reperitur Sacramentum tantum, res Sacramenti, & res ac Sacramentum simul: quæ tamen vulgo in omnibus Sacramentis reperiri debent.

Respondet Tournellus, actus Contrahentium esse Sacramentum tantum, gratiam vero esse effectum seu rem Sacramenti, vinculam autem, quod resultat ex mutua Contrahentium pactione, atque perpetuum est, esse simul Sacramentum & rem Sacramenti.

185. Uterius duo absurda nobis ingerunt, quod nempe primo usus Conjugii in nostra sententia esset pars Sacramenti. Secundo, quod unum Sacramentum pugnet cum alio, Matrimonium nimirum cum Sacris Ordinibus.

Ad primum respondetur, usum Matrimonii esse quidem officium, sed non partem aut essentialem, aut integralem Sacramenti; ad quem christiano modo exercendum datur gratia in Sacramento. Ad secundum vero, cum Sacris Ordinibus initiati teneantur ex præcepto Ecclesie servare castitatem, causam incompatibilitatis horum duorum Sacramentorum non oriri ex aliqua pugna, quæ sit inter Sacramentum Matrimonii, & Ordinis, sed ex statu & conditione eorum, qui Sacris Ordinibus sunt initiati.

186. Obijciunt præterea, in Sacramento Matrimonii non posse assignari materiam, formam, & Ministrum.

Resp. Quamquam discordes sint inter se nostri Theologi in his assignandis; assignant tamen aliquid, quod in hoc Sacramento rationem habeat materiae & forme: assignant pariter Ministrum, sive sit ille Sacerdos, sive Contrahentes.

187. Obijciunt denique, ipsos Theo-



logos Catholicos, Magistrum, Durandum, &c. negasse Matrimonio annexam esse gratiam sanctificantem.

Respondeo, Magistrum & eius sequaces ab aliquibus ex nostris excusari, & benigne interpretari; ab aliis sine praesudicio fidei iudicari deservendos esse. Videatur N. 165. Sed quid cum his argumentis in materia facti, à voluntate Christi dependentis, de cujus existentia testatur contra paucos universus Orbis?

#### QUÆSTIO SCHOLASTICA.

Num Sacerdos, an ipsi Contrahentes sint Sacramenti Matrimonii Minister?

188. **Q**uamvis Sæculo XII. quo post Petrum Lombardum, qui Magister Sententiarum dicitur, scholastica methodus in tradenda Theologia invaluit, communis Theologorum fuerit opinio, Sacramenti Matrimonii Ministrum esse ipsos Contrahentes; sententia tamen illa, eundem Ministrum non esse Contrahentes, sed ipsum Sacerdotem, aliquos invenit Sectatores; siquidem eam circa Sæculi XIII. medium propugnavit Guillelmus Episcopus Parisiensis, cui adscriptus est Paladanus in 4. dist. 26. q. 2. art. 3. eamque sententiam An. 1536. adeoque ante Concilium Tridentinum adoptavit integra Synodus Provincialis Colonensis, cuius auctoritatem infra referemus. At postquam à Concilio Tridentino presentia Parochi ut necessaria declarata est ad vires tribuendas Christianorum Connubiis, formulae super Sponsus dicenda eidem præscripta; plures Patronos, eosque gravissimos nacta est eadem sententia, & quidem in ipso Concilio; cum controversia orta esset inter Patres occasione Decreti invalidantis Matrimonia Clandestina, an eadem Matrimonia jam prius per Canones fuerint declarata invalida, an solum illicita? Theologi Parisienses, duce Simone Vigorio, iudicaverunt, ope opinio-

nis Guillelmi Parisiensis, pugnantes ad speciem Patrum sententias posse ita conciliari, ut Canones & Patres validitatem illis attribuentes solum repererint Civilem Contractum: quibus vero ea visa sunt minus rata, in illis rationem Sacramenti considerarint, quam sine Sacerdotis benedictione minime assequi existimarent. Paucos quidem, si fides Pallavicino lib. 20. *hist. Conc. Trid.* c. 4. n. 1. hec Parisiensium doctrina habuit Sectatores, sed paucos ante, quam Vigorius Guillelmi opinionem Tridentinis Patribus exponeret, Animum 1562. publici juris factum fuerat, etiam fortassis nondum omnibus innotuisset, celeberrimum opus Melchioris Cani de *Locis Theologicis*, ubi lib. 8. doctissimus Author Guillelmi sententiam instaurat & validissimè sustentat argumentis. Quæ estis totis viribus convellere studuerit Bellarminus lib. 1. c. 7. de *Matrimonio*, non ideo tamen à Cani doctrina omnes retraxit; siquidem eandem sententiam secuti Syrius in 3. p. D. Th. tom. 4. dist. 42. art. 1. q. 1. Estius in 4. sent. dist. 26. §. 16. Juvenin de *Sac. dissert.* 11. q. 3. Serry, du Hamel, Tournelius, L. Herminier, Piette, Gibertus, quos refert Sanctissimus noster de *Synodo Dioces.* lib. 7. c. 28. Fatendum tamen est, contrariam sententiam esse communionem: nec verum est, ut iactant aliqui, pugnantem pro Contrahentibus sententiam ultra Montes esse fere antiquatam; contrarium enim probat idem Sanctissimus L. rel. citando bene multos, eosque graves Auctores, qui tuerentur Contrahentes esse Sacramenti Matrimonii Ministrum. Hoc tamen non obstantè, eadem sententia non evadit illico probabilior; probabilioris enim aliquis sententiam non defendentium numero, sed rationum pondere metienda est. Nam ut bene advertit Canus L. cit. casu quodam communis forte consensu facta est: cum contra, usu quoque evenire poterit, ut si primus asseruisset, non omne Fidelium Conjugium Sacramentum esse, sed

sed quod religiose sacratæque fuisset constitutum; secundus, tertius, ac deinceps reliqui, quoniam probabile etiam id esset, eandem sententiam sequerentur.

189. Tam gravibus autem inmixta est hæc de Sacerdote Ministro Sacramenti Matrimonii sententia, ut non modo nullo censuram mereatur, sed multorum doctissimorum Virorum iudicio palmam contrariæ eripiat. Quin plures Synodi Provinciales in variis Regionibus post Concilium Trid. celebratæ Sacerdotem appellarunt legitimum Matrimonii Ministrum: quas loqui tantum de Ministro Solemnitatis, non vero Substantie Sacramenti Matrimonii esse persuasum habet Sanctissimus c. 27. supponens prudentiam Patrum Synodalibus Decretis uni ex controversis in Scholis sententias suffragium hand fere voluisse, eo quod à Theologis similes Sanctiones privatorum Doctorem auctoritati longe anteferebantur; nihilominus opinatur, ejusmodi locutiones, adversæ sententiæ Patronis tantopere invidias, à dictis Synodis inconsiderate fuisse usurpatas. Ac demum caput 22. ita claudit. *Utriusque opiniones solidiora fundamenta innuimus, non animo quemquam inducendi ad unam, aut alteram amplectendam, sed ut Episcopis sit persuasum, utramque esse probabilem, suosque habere magnæ auctoritatis Patronos; atque inde non decere discant (Synodi) ut ipsæ iudicii partes assumant, questionemque definiant, de qua Ecclesia nihil hactenus pronuntiavit, sed Theologorum disputationi permittit.* Ex qua Pontificis doctissimi sententia apparet, parum presidii utrique oppositæ sententiæ accedere ex auctoritate Conciliorum tum Generalium Florentini aut Tridentini, quia hæc questionem scholasticam ex professo decidere noluerunt, tum particularium, quæ vel nomen Ministri stricte hand usurparunt, aut opinione privata uti sunt; ex qua decretorie non concluditur in hac materia. Ut proinde oleum operamque perdant,

qui ex eorum auctoritatibus longa argumentorum serie unam vel alteram sententiam in apicem deducere conantur. Non est vero fere argumentum pro Ministro Sacerdote ignaviter militans, quod ingenium perspicacitatemque Eximii Melchioris Cani fugisset, adeo ut suæ sententiæ sequaces telis ipsius fere uti sint, quos imitando concludimus.

#### PROPOSITIO.

*Ministrum Sacramenti Matrimonii esse Sacerdotem est probabilis.*

190. **Q**uamquam jam præmiserimus ex Conciliorum tum Generalium, tum Particularium auctoritate controversiam hanc minime decidi posse, operationem ibi datam; argumentum tamen more aliorum Theologorum ex illis depromam, quamquam non tam operosa deductione, ut aliqui ex illis faciunt: quatenus appareat, illorum auctoritates probabilitati nostræ sententiæ non officere, sed potius patrocinari.

191. Itaque primo loco occurrit celebris locus ex Concilio Trid. Sess. 24. de Ref. Matr. c. 1. ubi Patres decernunt: *Ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur, ubi Parochus, Viro & Muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: Ego vos in Matrimonium conjungo in nomine Patris & Filii & Spiritus S. vel alius utatur verbi, juxta præscriptum uniuscujusque Provinciæ ritum.* Ex quibus inferunt Patroni nostræ sententiæ: Si data opera voluisset Synodus innuere Sacerdotem esse Ministrum Sacramenti Matrimonii, & verba quibus Contrahentes conjungit, esse formam, aut quasi formam, non potuisset uti verbis significantioribus.

192. Respondent equidem ad versus illi, Verba illa Synodi: *Ego vos conjungo*, ad mentem ejusdem idem significare debere, ac ego vos declaro conjunctos: quod



quod inde elicere volunt, quia subdit, *vel aliis utatur verbis*, &c. quo indicare Synodum contendunt, sibi nequaquam constitutum fuisse determinandi formam Sacramenti Matrimonii, consequenter nec declarandi, Ministrum ejusdem esse Sacerdotem, cum forma Sacramenti debeat esse constans & firma.

193. Sed contra opponi potest; quia huic formulæ, *ego vos conjungo* hunc affingere sensum, *ego vos declaro conjunctos*, videtur manifestas verborum abusus: tum quia verba sumenda sunt in propria ac nativa eorum significatione, quoad nihil est aut absurdum, aut contra rationem, aut falsum contra fidem, aut perversum contra mores; at nihil tale occurrit in præsentis negotio, ut satis per se notum est: tum quia pessimi exempli est hæc explicatio Novatoribus; qui ea duce verba illa: *Ego te absolvo*, facile interpretantur idem significare, ac *ego te declaro absolutum à Deo*. Nec in contrarium adducta probatio urget; constans quippe ac firma debet esse Sacramenti forma quoad sensum & significationem, licet quoad sonum verborum & modum loquendi varia sit; sic enim nonnihil discrepat forma Baptismi & Confirmationis inter Latinos & Græcos, & nos libro 1. Tit. 11. n. 16. & seq. ostendimus Sacramentum Ordinis in omnibus suis gradibus non tantum in Ecclesia Græca, sed etiam in Latina olim habuisse alias materias à modernis, & consequenter alias formas istem materiis applicatas. Subsidium ergo validus huic sententiæ fert Sanctissimus noster L. cit. dum ex Martene de antiquis Eccl. Ritib. tom. 2. lib. 1. c. 9. art. 3. n. 6. narrat, neque ea verba, nec alia illis æquivalentia semper & ubique adhibita fuisse, neque eadem aut similia inveniri in omnibus Ritualibus: & quidem ea desiderari in duobus Ritualibus antiquis Miss. alisque, quos postea se exhibiturum promittit, restatur L. cit. Martene; Simonettus vero, ali-

cubi hæc tantum verba à Sacerdote fuisse pronunciata: *Quod Deus conjungit, homo non separet*; quæ certe nihil commune habent cum illis: *Ego vos conjungo*. Tantam porro varietatem, subdit indifferens Pontifex ex mente Adversariorum: *Ecclesia non tolerasset, multoque minus cujuslibet Provinciæ arbitrio permisisset, si existimasset per verba à Sacerdote prolata confici Sacramentum Matrimonii*. Quæ responsione fit, ut argumentum ductum ex autoritate Trid. non concludat. Vide infra N. 216.

194. Secundum argumentum desumitur ex Concilio Florentino, in quo edita ab Eugenio IV. instructio Armenorum docet: *Omnia Sacramenta tribus perfici, videlicet, rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & Persona Ministri conferentis Sacramentum cum intentione facienti, quod facit Ecclesia*. Quam auctoritatem ita urget Canus, ex supposito Adversariorum, quod Sponsi etiam per nutus possint contrahere Matrimonium in ratione Sacramenti: *Quod si semel admittimus formam Sacramenti esse posse aliquando nutus, verborum loco substitutos, nullo pacto efugere poterimus, quin & nutus Sacerdos à peccatis absolvere, & nutus Episcopus Sacris initiare possit*. Nec vim hujus argumenti elidit Liberius à Jesu, dum ait, non obstante definitione Eugenii, quod materia Sacramentorum sint res, in Sacramento Pœnitentiæ, dum nutus accedit, ejusdem nutus, quos proprie res non esse dicit, succedere loco verborum; falsum enim est nutus nuti non esse æque res, ac verba consentientis. Secundo tō res ab Eugenio pro materia Sacramentorum assignatum latus patet, quam tō verba pro forma præscriptum, adeoque bene applicatur etiam nutibus nuti, quia nutus certe sunt res, verba autem non sunt nutus, imo nutibus opposita. Aliud absurdum ex Adversariorum sententiâ deducit idem Canus. Cum enim post Sponsalia de futuro

Spon-

Sponsus & Sponsa affectu Maritali coeunt, omnes, & Juris periti & Theologi suo tempore, hoc est, ante Concilii Trid. promulgationem fassi sunt, per illum coitum verum confici Matrimonium: at carnis commixtionem nova Legis proprium Sacramentum dicere absurdum est; Spiritus quippe Sanctus; & Sacramenti gratia non datur per coitum c. *Cannubia* 32. q. 2.

195. Tertium argumentum desumitur ex autoritate S. Augustini, qui ep. 23. ad Bonifacium tradit: *Oportet res ipsas corporeas, quibus Sacramenta consistant, imaginem & similitudinem gerere ejus sanctificationis, ejus signa & cause dicuntur*. Ut Baptismus lotionem exterius administratâ spiritualis ablutionis, quam efficit, imaginem & figuram habet; eodemque omnino modo in cæteris Sacramentis externa quadam actione, & representatione sanctificationis interior delineatur; at Matrimonium Civile & profanum, nec sanctificationis imaginem gerit, nec ad sanctificandum sub quadam exteriori sanctitatis specie (uti à Sponsis præcise perficitur) exhibetur: ergo ita contractum non est Sacramentum, consequenter nec Sponsi Minister ejusdem, ut Sacramentum est.

196. Confirmatur. Incredibile est nisi à forma Sacra Sacramentum perfici; sicut enim forma humana hominem efficit, & albedo facit album, ita profus necesse est à forma Sacra quodcumque Sacramentum existere; atqui in Matrimonio, quod civili more profaneque contrahitur, nulla verba Sacra sunt; nulla igitur ibi est Sacramenti nec facies quidem, & consequenter neque contrahentes ejus Ministri. Minor constat; quid enim Sacri in illis verbis, *ego te accipio in meam, ego te accipio in meum*, & his æquivalentibus eluceat, non video; cum omnes Ethnici ea in contrahendis Matrimonii adhibeant. Major vero etiam in apico est, tum ex natura Sacramenti,

tum inductione omnium aliorum Sacramentorum, in quibus esto materia sit aliqua res naturalis, forma nihilominus semper quid Sacrum exprimit: etque lata disparitas, cur in concreto Sacro materia possit esse quid naturale, non vero forma, quoniam non materia, bene vero forma concreto dat speciem. Accedit, quod forma Sacramenti significat eum effectum spirituales, cujus causa Sacramentum esse dicitur; nam Sacramenta, ut in Scholæ proverbio est, efficiunt, quod figurant; significatio vero Sacramenti in forma maxime elucet; atqui illa verba, *ego te accipio in meam*, nullus effectus spiritualis signa sunt; bene vero illa Sacerdotis, *ego vos conjungo in Nomine Patris, &c.* ergo illa, non illa sunt forma hujus Sacramenti, & consequenter Sacerdos, non Contrahentes illius Minister.

197. Quartum argumentum ex eadem Florentiis Synodo, seu Decreto Eugenio promitur, in quo ad perficienda Sacramenta præter materiam & formam requiritur Minister. Intelligit autem, inquit Estius, Ministrum Ecclesiæ, quia addit: *Cum intentione facienti, quod facit Ecclesia*; nam quomodo facit Ecclesia, quod nunquam facit, nec facere potest ejus Minister? unde ita argumentatur: Omne Sacramentum institutum est, ut illud facere debeat Ecclesia (per suos scilicet Ministros) nisi ob necessitatem, ut in Baptismo, alius faciat supplens vicem Ministrum Ecclesiæ, qui tamen etiam debet habere intentionem facienti, quod facit Ecclesia; ergo etiam Sacramentum Matrimonii sic institutum est, ut debeat fieri per Ministrum Ecclesiæ. Et quæq; cur cætera Sacramenta debent administrari per Ministrum Ecclesiæ seu Sacrum, & non Matrimonium in quantum est Sacramentum?

198. Dicunt equidem, Contrahentes ex ipsa Christi institutione supplere vices Ministrum Ecclesiæ in Matrimonio, atque



atque sibi invicem ministrare Sacramentum illud.

199. At reponit Estius, in solo Baptismo propter summam ejus necessitatem fieri; ut alius suppleat vices Ministri Ecclesie. Et si hic esset supplementum, sequeretur, quod multo magis Ministri Ecclesie, cujus vices Contrahentes suppleant, id facere possent, quia magis potest rem unamquamque primarius Minister, quam Vicarius. 2. Vel quilibet Contrahens sibi, vel unus alteri vicissim Sacramentum administrat? primum implicat, quia eorum Sacramentum, quæ in actione consistunt, Minister, distinguitur à suscipiente, nullus enim sibi ipsi potest Sacramentum conferre, v. g. se ipsum baptizare, absolvere, &c. alterum vero difficile conciliatur cum ipsa Adversariorum sententia; cum enim ambo contrahentes sint Ministri, simul constituunt unum totalem Ministrum; siquidem neuter potest sine altero illud administrare, ex mutuo enim amborum consensu resultat vinculum Matrimonii. Præterea, ut bene advertit Canus, Fideles non se existimant sacrilegos, si non sint in gratia, quo tempore sic profane contrahunt: in animis ergo illorum inscriptum est, ejusmodi Contractum non esse Sacramentum, nec se illius Ministros.

200. Quintum argumentum ex eo desumitur, quod Adversarii in sua sententia sicut patiuntur difficultates circa assignationem Ministri ejusdem, ita & quidem multo majores experiri debeant circa assignationem materiæ & formæ: quod multiplices, exque diversissime eorum sententia aperte producit. Et quidem 1. Catharinus docet, verba & actus Contrahentium esse materiam, formam vero esse Verbum Dei sanctificans Matrimonium, cum dixit Gen. 1. & Matth. 19. *Propter hoc relinquit homo Patrem, &c.* unde etiam infert, Deum esse Ministrum hujus Sacramenti, qui Verbo suo illud semel sanctificavit, & quotidie sanctifi-

cat, tantum ut excludatur Minister Sacerdos. Verum hic Auctor confundit institutionem cum essentia Matrimonii; deinde ejus sententia pugnat cum communi sensu non tantum Theologorum, sed omnium Fidelium, qui persuasi sunt Ministrum Sacramentorum esse hominem.

201. Secunda opinio putat, consensum internum Contrahentium esse materiam, verba autem, sive signa exteriora esse formam. Tribuitur Navarro, Capreolo, &c. Sed hæc sententia ex duplici capite rejicienda est: Primo, quia tam materia, quam forma Sacramenti debet esse *sensibilis*; consensus autem interior talis non est. Secundo, quia forma in Sacramentis, sicut in omnibus aliis, debet determinare materiam: quod verba exteriora in casu non præstant, cum nihil plus significant, quam ipsæmet consensum. Eademque ratione rejicitur sententia Majoris, sententis verba esse materiam, consensum formam.

202. Tertio censent alii cum Richardo, verba unius Conjugis esse materiam, & verba alterius esse formam: nimirum verba, quæ prius pronuntiantur, esse materiam; quia inchoant Matrimonium: verba autem alterius Conjugis, quæ postea accedunt, esse formam, quia perficiunt. At nec hæc soliditatis quidpiam habet opinio; tum quia contingere potest, ut Contrahentes verba simul præferant, & tunc nulla erit amplius distinctio materiæ & formæ; tum quia nulla sufficiens ratio proferri potest, cur potius verba unius sint materia, quam verba alterius, siquidem tam posteriora verba determinantur per priora, quam priora per posteriora. Et hinc

203. Quarto Dominicus Soto, Suarez, &c. putant verba Contrahentium sibi mutuo esse materiam & formam: in ipsis enim, ajunt, potest considerari ratio expressionis tradentis consensum, & ratio expressionis acceptantis eundem. At in hoc maxime difficultatem patitur hæc opi-

opinio: tum quia ratione dumtaxat, non re distinguit materiam & formam, quas in Sacramentis distinctas esse debere insinuat Eugenius IV. mutua enim traditio includit mutuam acceptationem; tum quia falso supponit traditionem determinari per acceptationem: namque mutuo se determinant traditio & acceptatio, sicut & in contracta venditionis rei obligatio non completur contractum, nisi accedente acceptatione, quæ duo simul perficiunt contractum.

204. Quinto putant alii, contrahentes esse materiam, verba autem, quibus exprimitur suum mutuam consensum, esse formam. Verum hi confundunt subjectum Sacramenti cum materia, ex qua constat; Contrahentes enim equidem recipiunt Sacramentum, at non sunt ipsa materia, ex qua coalescit. Hinc

205. Sexto ex Recentioribus quamplures censent, traditionem & acceptationem mutuam corporum esse materiam: verba autem vel signa, quibus exprimitur mutuus consensus in traditione & acceptatione mutua corporum, esse formam. Sed hæc opinio supra N. 193. jam rejecta est: quia verba illa, *accipio te in meam*, nullatenus significant effectum Sacramenti, sed tantum conjugalem obligationem; constat vero inductione omnium Sacramentorum, verba formæ in illis significare effectum Sacramenti, seu non esse tantum signa *rei sacræ*, verum etiam *Sacræ* signa. Accedit, quod in hæc sententia ipsa copula carnalis possit esse forma Sacramenti Matrimonii, quod tanquam absurdum ibidem pariter rejectum est.

206. Ultima eaque singularis opinio est Maldonati, qui ut ab hisce difficultatibus, quas patiuntur adversæ sententiæ Patroni in assignanda materia & forma hujus Sacramenti, se expediat, q. 1. de Matrimonio in solutione argumentorum tertie classis ex hoc, quod Sacramentum sit signum, præterdit in Sacramentis non esse subtiliter querendam materiam &

Tom. II.

formam propriam, seu sensibilem, sed sufficere, si pro materia constituantur res sensibilis; pro forma vero sufficere ipsam significationem, quæ sensibilis non est, sed solo animo percipitur. Et pergit: *Si ipsas duas res requiras in Matrimonio, facile esse ostenderet. Nam tota illa externa conjunctio & societas Viri & Uxoris, quæ ab omnibus percipitur, est signum quoddam externum Christi & Ecclesie, ac propterea appellari debet materia. Significatio autem ipsa, quæ solo animo percipitur, est forma.* Ita ille addens: *Nam si materiam & formam propriam requiramus, amittimus multa Sacramenta.*

207. Sed quam singularis, quamque multis incommodis subiecta sit hæc opinio, patet primo, quod Eugenius quartus expresse asserat, Sacramenta consistere *rebus* tanquam materia, *verbis* tanquam forma; significatio vero neque res neque verbum, sed purum ens rationis sit. Secundo, quod ex perpetua Ecclesie persuasione materia æque ac forma Sacramentorum debeant esse quod sensibile. Addo, Maldonatum in hoc insuper hallucinari, quod materiam Sacramenti confundat cum ipso Sacramento, siquidem pro materia constituit rem illam externam, v. g. Contractum Matrimonii, pro forma vero ejus significationem; constat vero inductione omnium Sacramentorum, rem sensibilem, de se indifferentem, ex Christi mandato debere per aliquod superadditum determinari ad hoc, ut menti talem significationem ingerat, v. g. ablutionem per verba: *Ego te baptizo in nomine Patris, &c.* ut menti Fidelium ideam ingerat spiritualis ablutionis anime; ergo ut constituantur in ratione signi, seu materiæ capacis ingerendi similem ideam hominibus, jam debet habere rem sensibilem, sensibilibiter in eam finem determinatam, quod utique non fit per ipsam rem sensibilem & ejus significationem, sed per aliam sensibilem determinationem, quæ causa est, ut res illa indifferens ex

Bbb bene-



beneficiorum Insuper hoc determinatum significat. Est ergo non materia sola Sacramenti, quæ antecedit natura ipsam significationem Sacramenti, sed materia per formam aliam determinatam, quæ materia illa indifferens constituitur in ratione *Signi Sacri*, seu *Sacramenti*. Sacramentum ergo cum materia Sacramenti confudit Maldonatus. Patet hoc exemplo Baptismi. Christus voluit externam abluitionem carnis in tesseram practicam abluitionis anime à peccato originali erigere; ut autem hunc Spiritualem Sacramentum esse animis hominum congruenter insinuat, voluit istam abluitionem fieri ac determinari per Baptismum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: ex abluitione ergo & prolatione horum verborum prioritate naturæ ad ipsam significationem habetur Sacramentum, seu hæc duo simul sumpta significant spirituales abluitionem: igitur Sacramenta non habent rem sensibilem pro materia, significationem pro forma. Alias sicut Contractum Matrimoniale, quem alii dicunt comprehendere materiam & formam Sacramenti Matrimonii, ut mox vidimus, Maldonatus pronuntiat materiam hujus Sacramenti, ita & abluitionem cum prolatione verborum, *Ego te baptizo &c.* dicimus materiam Baptismi. Et esto demum Maldonato, signa naturalia consisti posse & solere ex sola rei sensibilis exhibitione, ac iudicia ex arbitrio, eam in ratione signi statuentis, significatione, quin per aliam rem sensibilem determinetur, ut poter in hadera, quæ habet rationem signi venalis vini, quin ad hoc significandum per appensionem v. g. lagenæ vinalis determinetur; ex hoc tamen non licet determinare rem adeo gravis momenti, quin maximi in nostra Ecclesia, qualis sint Sacramenta, quæ cum à Christo instituta sint, non tantum ut sint signa rei Sacræ, verum etiam ut signa Sacra sint, ad hoc per rem sensibilem naturalem non satis nec

sat congrue determinantur, nisi aliud sensibile, quod *formam* appellamus, & congruentissime sit per verba, accedat, per quam ad spirituale significatum res illa physica determinetur. Et hæc determinationem à Christo, à cuius voluntate pendet Sacramentorum institutio, factam esse vel in solo Baptismo conspicimus, atque in omnibus Sacramentis deprehendimus. Ita ut panicus sit timor Eximii Maldonati, nos multa Sacramenta amissuros, si in omnibus materiam & formam sensibilem requirituri sumus. In sex enim reliquis vel ipsi Cathedrici eas ostendunt; in septimo seu Matrimonio nos pro materia statimus sensibilem Contractum Sponsorum, pro forma sensibilia verba & quidem sacra super Sponsos à Sacerdote prolata. Ita ut mirum sit, Adversarios in gratiam probabilis opinionis, cuius opposita si non probabilius, saltem æqualium humerorum est, in tam varias, ne dicam miras, ac antea inauditas ambages excurrere in materia ipsa Sacramentorum.

208. Quapropter se non continet Melchior Canus, quin ita abripiatur: *Quorsum autem attinet in re gravissima tenuiter, ne dicam ridicule, philosophari! quorsum in re ad fidem & Religionem necessaria tanta varietas & inconstantia? non enim, ut Hieronymus ait, potest unquam verum asseri, quod diversum est. Et rursum, Verum, inquit, non esse quod variat, etiam medicorum testimonio comprobatur. Quid, quod materiam nos, & formam Sacramenti quarimus, hoc est, res quasdam Religione sacras; hi vero de forma materiaque contractus profani naturalisque respondent. Nam si apud Eibnicos de patii illius, conventionisque materia & forma controversa esset, non aliter profecto illi ac nostri Theologi loquerentur. Perstringit allatas variantes sententias, quæ cum verba illa de se profana Contrahentium velint esse materiam & formam Sacramenti,*

menti, nec illis determinandis convenire quidam possunt; ac pergit: Ita Lutherus *more suo Theologus satis jocose iustit, quod Religionis nostræ Sacramentum ex his vel integrum vel perfectum constituisent, que penitus omnia in Matrimoniis Paganorum reperirentur.* Ex his vero monstrat, magnam inesse nostræ sententiæ prerogativam præ altera ad defendendum contra Protestantes, Matrimonium esse verum novæ Legis Sacramentum, utpote pro quo assignamus & materiam convenientissimam, contractum nimirum naturalem Matrimonii, & formam sacram, verba nimirum Sacerdotis conjungentis eos in nomine Patris, &c. ac contractum illum naturalem in ratione Sacramenti constituentis, ac denique Ministrum sacrum, sicut in omnibus aliis Sacramentis, qui Matrimonio celebrando ab ipsis incunabulis ad nostra usque tempora semper ab Ecclesia mandatus est adhiberi. Monet tamen bonos Lutheranos, si de Matrimonio, prout ab Adversariis contra eos defenditur, disceptare voluerint, moverint se in Scholæ disceptationes incurrisse, nec oportere Catholicum ad eorum argumenta respondere.

209. Sextum argumentum ex eo desumitur, quod juxta mox dicta Ecclesia tam Latina, quam Græca perpetuo voluerit Matrimonium coram Sacerdote, ac sub ejus benedictione celebrari, clancularia Conjugia constanter detestando; ex quo aperte sequi videtur, Christianos olim censuisse, Sacerdotem esse Ministrum hujus Sacramenti. Antecedens ad longum probatum est supra de solemnitatibus Matrimonii à N. 70. & seqq. ubi non solum testimonia Patrum, sed ipsa Græcorum Euchologia in hanc rem facientia ad longum recensimus.

210. Respondent equidem Adversarii, nil aliud ex Patrum testimonio inferri, nisi Nuptias in facie Ecclesiæ celebrandas esse, ut fecernantur à nefariis contuberniis, & solemnitate atque benedi-

ctione Sacrorum Ministrorum firmiter nexum, honestatemque christianam acquirant. Quam eorum responsonem firmat Bertus I. dicens: Docent Patres Nuptias sanctificari Sacerdotum precibus, & oblationibus, additque Ambrosius, *Sacerdotali velamine.* Ergone velamen & oblatio pertinent ad substantiam? Ille Patres eadem ratione detestantur Nuptias occulte à Sacerdote benedictas, ut constat ex cap. Nullus 30. q. 5. ac Turonense Concilium sub Nicolao V. c. 12. aliique Canones easdem Nuptias clam à Sacerdote benedictas prohibent sub pena excommunicationis, quamquam eo in casu non desit, sententia Recentiorum, verus Sacramenti Minister.

211. At contra hanc responsonem primo est, quod per illam Catholicis magni contra Protestantes momenti eripiatur argumentum; quo ex eo, quod ab antiquis Ritualibus, ac Euchologiis tum Latinorum, tum Græcorum, atque ab ipsis Patribus Matrimonium constanter præcipitur celebrandum sub ritibus Sacris, Sacraque Sacerdotis benedictione, graviter contra eos inferitur, Ecclesiam idem Matrimonium constanter censuisse Sacramentum, ut supra Num. 70. vidimus. Quæ ratio nihilominus fiat elumbis necesse est, si juxta Adversariorum explicationem hæc ideo tantum ab antiquitate sunt præscripta, ut eadem Matrimonia, per contractum illum de se profanum jam substantialiter in ratione Sacramenti perfecta, firmiter nexum & honestatemque christianam acquirant. Hoc ipsam enim respondent hæretici, ac proinde Matrimonio rationem Sacramenti potius ex alle denegant.

212. Contra est secundo, quod etiam, admissa veritate responsonis Adversariorum, illa argumentum nostrum nullatenus infirmet. Ex illa enim nullatenus sequitur, quod antiquitas præter fines ab illis enumeratos, non etiam ex eo sine Nuptias coram Sacerdote atque sub ejus



benedictione celebrandis mandaverit, quia existimaverit Sacerdotem esse legitimum Sacramenti Matrimonii Ministrum. Hanc enim ideam de Sacerdote potius habuisse, quam non, ex eo solo, quod constanter crederet, Matrimonium esse Sacramentum, atque hinc, uti reliquis, requirere formam Sacram, Sacrumque Ministrum, cuiuslibet cordato facile persuadebitur. Nec quidquam facit in contrarium prima obiectio Berti, neque enim contendimus, omnes solemnitates olim in Matrimonii celebratione prescriptas, & observari solitas, pertinuisse ad substantiam Sacramenti; ad hanc enim sufficit Sacerdotis benedictio, sicut ad Baptismum sufficit prolatio formæ, est vetera Eucharologia Patresque bene multas alias ceremonias in Baptismo solemniter prescripserint, quarum multa hodie adhuc apud nos servantur. Ad secundam respondeo, Patres, ac Nicolaum quintum prohibuisse Nuptias etiam benedicti à Sacerdote, esto in eo casu fuerint verum Sacramentum, quemadmodum nunc à Trid. prohibeatur fieri Nuptie coram Parocho & testibus non præmissis denuntiationibus, esto hæc Nuptie iuxta Adversarios sint verum Sacramentum, quia nempe ex talibus Nuptiis multa inconvenientia oriri solebant, eo quod hæc æconomia impedimentorum denuntiatio communiter impediretur.

213. His ergo rationibus permotus plures Synodi Provinciales, sententiæ nostræ subscripserunt, quamquam à prædictissimo Papa nostro benedictio XIV. propterea inconsiderationis æquantur, non quidem quasi minus probabili sententiæ subscripserint, sed quod Synodalibus suis Decretis pondus solito gravius nostræ sententiæ addiderint: quod, imposterum ipsis cavendum esse decernit ex dicta ratione. Ex his ergo Concilium Colonienfe An. 1536. parte 7. cap. 40. ita habet: *Quod Sacramentum (Matrimonii) si quis, sicut decet, acceperit, accedente*

*Sacerdotali preceatione, confert donum spiritus, quo Vir diligit Uxorem amore casto, sicut Christus Ecclesiam. Quo nihil clarius in rem nostram dici potuisset. In Enchiridio vero, quod iussu ejusdem Concilii editum est, cap. penult. de Matr. dicitur: Quanto magis putandum est, & in nova Lege Sacerdotes, qui legatione pro eo funguntur, legitimos hujus Sacramenti Ministros esse? Post Concilium vero Trid. confirmata fuit eadem sententia in pluribus Conciliis Provincialibus. Et primo in Cameracensi, quod refert Sylvius, An. 1567. c. 1. edicatur: Cum constet in Matrimonio habendam esse rationem non solum divinæ constitutionis, sed etiam Sacramenti, & gratiæ, quam in illo consequuntur Fideles, admonendos duximus Parochos hujus Ministros, &c. Secundo in Rhemensi An. 1583. legimus: Nuptiis rite completis, ita se componant Conjuges, ut putent se non à Sacerdote, sed per eum à Christo conjugiorum Præsule conjunctos. Tertio in Turonensi An. 1583. eadem forma celebrandi Matrimonii prescribitur, quæ in Trid. quæ pariter prescripta est in Aqueensi An. 1585. In Mexicano ejusdem anni, in Rhomomagenfi An. 1581. Avenionensi An. 1594. Mechliniensi 1607. Plura contrafit Serry in præfatione ad locos Theologicos Cæni, quæ ibi videri possunt.*

214. His addenda Ritualis. Ex quibus Romanum vetus An. 1494. collectum per Albertum Castellanum Dominicicum, ait: *Contrahentes respondentibus se nec affines, nec consanguineos, &c. Sacerdos pronuntiat verba, quæ sunt forma hujus Sacramenti. Alterum Romanum, iussu Pauli V. editum, in præfatione inter Sacramenta, quorum administrationem ait pertinere ad Parochos, recenset Matrimonium. Et in omnibus editis ab An. 1589. Ritualibus Romanis hæc verba à Sacerdote notantur proferenda: Ego vos conjungo, &c. qui rursus in omnibus fere particularium Ecclesiarum Ritualibus libris præ-*

prescriptus quoque legitur. Unde in Manuali Atrebatensi ab An. 1600. dicitur: *Sponsus & Sponsa debent fieri Conjuges dicendo: Ego vos conjungo. Manuale vero Iprensæ A. 1576. & Mechliniense A. 1589. jubet, ut Sacerdos tanquam Ecclesiæ Minister dicat: Vos in Matrimonium conjungo. In Rituali Mediolanensi, prescribente S. Carolo Borromeo, Actorum parte quarta dicitur: Quinque dumtaxat esse Sacramenta, quæ Parochus ex officio administrare potest, Baptismum, Eucharistiam, Penitentiam, Matrimonium, & Extremam unctionem. Plura videri possunt in Martene de antiquis Ecclesiæ Ritibus tom. 2. p. 2. lib. 1. c. 9. ex quorum autoritate alto non concludat nostra sententia, magnum tamen pondus acquirit. Sed jam ad solvenda præcipua Adversariorum argumenta procedamus.*

## Solvuntur Objectiones.

215. Obijciunt I. Autoritatem Eugenii IV. qui in instructione Armenis data loquens de Sacramento Matrimonii ait: *Causam ejus efficientem regulariter esse mutuum consensum per verba de præsentibus; causa vero efficiens & Minister hic unum & idem sunt; atqui consensus ille à Contrahentibus declaratur: ergo Contrahentes sunt causa efficientes seu Ministri Matrimonii, non tantum quatenus est humanus contractus, sed quatenus est verum Sacramentum. De quo possitimum Armenos informat Pontifex, cum Matrimonium recenset inter septem novæ Legis Sacramenta.*

Resp. Certum & exploratum esse, nonuisse hoc in Decreto S. Pontificem assignare, quæ sit materia, quæ forma, quive Minister Sacramenti Matrimonii. Cum enim aliorum Sacramentorum materiam, formam, & Ministrum distincte assignasset his verbis: *Materia hujus Sacramenti, &c. uti distincte & ad longum videri potest in cit. instructione, quam retulimus*

lib. 1. tit. 1. §. 8. N. 307. de Matrimonio nihil tale dixit; quod nempe intelligeret, rem inter Theologos adeo controversam in suspensio esse relinquendam. Cum igitur citatis verbis ait, causam efficientem Matrimonii esse mutuum consensum, de ejusdem vinculo verba facit, (abstractendo à ratione Sacramenti) quod omnino esse indissolubile affirmat, & cujus efficientem causam non immerito assignat mutuum consensum; ex illo enim, ut supra diximus, resultat nexus seu vinculum, in quo consistit essentia Matrimonii, quatenus humanus contractus est. Et ita Eugenii verba interpretatur Catechismus Concilii Trid. p. 2. de Matr. N. 6. Ad id, quod additur, dico: Satis fuisse Eugenio Armenos docuisse Matrimonium esse verum novæ Legis Sacramentum; quæ vero addit de causa ejus efficiente, non spectant Matrimonium, quatenus Sacramentum, sed quatenus est contractus humanus; ex quo resultat nexus & vinculum indissolubile. Id ita esse ostendit mutata loquendi ratio, quæ uti solet Eugenius in aliis Sacramentis; statim enim ac dixit v. g. *Primum omnium Sacramentorum est Baptismus*, addit: *Hujus Sacramenti materia, &c. at in præsentibus argumento mutat consuetam loquendi rationem, & simpliciter ait: Causa efficiens Matrimonium, &c. non ait: Hujus Sacramenti; ne, ut dictum est, rem figeret in Scholis inde agitatam.*

216. Obijciunt II. Trid. Sess. 24. c. 1. de Refor. Matr. docet Matrimonia clandestina rata & vera fuisse, quamdiu Ecclesia illa irrita non fecit; atqui hæc Matrimonia sine Parocho contrahantur: ergo verum ac ratum essentialiter est Matrimonium sine Sacerdote Ministro.

Resp. D. M. Docet illa Matrimonia vera ac rata fuisse in ratione contractus humani C. quoad rationem Sacramenti N. M. & concessa mi. Dist. similiter C. & N. C. Quod vero Synodus citato loco validitatem seu firmitatem Matrimonii magis



spectet, quam dignitatem Sacramenti, patet ex eo, quod declaret valuisse pro preterito clandestina Matrimonia, nec usum eorum fuisse peccaminosum; quemadmodum ex eadem ratione usus Matrimonii apud Iudeos non est peccaminosus, esto Matrimonium illorum non sit Sacramentum; imposterum vero irrita et nulla fore, seu puros putos concubinatus.

217. Urgent primo. Nunquam Tridentini Patres Matrimonia clandestina vera ac rata conjugia dixissent, & declarassent, nisi credidissent, ea esse vera Sacramenta; Sapientissimis enim Patribus notum erat & Sacris Canonibus, quibus suum loquendi modum conformasse presumendum est, ea tantum Matrimonia alicui vera ac rata, quae non solum sunt Contractus Civiles, sed etiam Sacramenta Religionis, quod potissimum discimus ab Innocentio III. in cap. *Quanto de Divortis*, ubi ait: *Est Matrimonium verum inter Infideles existiat, non tamen est ratum; inter Fideles autem verum & ratum existit; quia Sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit Conjugii Sacramentum.*

Resp. I. Dato, quod Patribus Tridentinis notum fuisset, Sacros Canones per conjugium ratum intelligere Sacramentum, hoc ipso tamen suum loquendi modum hoc in passu illis accomodare non iussit, quia alias definiendo Matrimonia clandestina fuisse vera ac rata, hoc est, Sacramenta, per latus etiam dehivissent, Ministros Matrimonii in ratione Sacramenti esse ipsos Contrahentes. Quod alienum semper fuisse à mentibus Sapientissimorum Praesulum, jam supra ostensum est.

Resp. II. Ipsos potius Canonistas, ex non recto intellectu citati cap. *Quanto*, quam ipsos Canones per Matrimonium verum ac ratum intelligere Sacramentum. Siquidem ipsum cap. *Quanto*, quod maxime jactant, per verum ac ratum Ma-

trimonium nihil aliud intelligit, quam Matrimonium Christianorum esse absolute indissolubile; ita quidem, ut si consummatum est, neque in casu, quo alter Conjugum in haeresim, vel Infidelitatem labatur, & cum Fidei sine injuria Creatoris habitare nolit, Fideles ad alteras Nuptias convolare possit; utpote quod solum liceat in casu, quo Matrimonium ab Infidelibus ante susceptionem Baptismi (quem Fidei Sacramentum hic appellat Pontifex) contractum fuit, quia esto tale Matrimonium etiam sit verum conjugium reddens licitam copulam carnalem, non est tamen ratum, hoc est indissolubile, sicut illud, quod post Sacramentum fidei, hoc est, Baptisma suscipitur, sed Conjug Fideles ex Divina dispensatione, per Paulum promulgata, altero in Infidelitate remanente, & sine injuria Creatoris cohabitare nolente, ad alia vota convolare potest. Hanc esse genuinum hujus capituli sensum, manifeste patet ex ipsa questione à Pontifice per illius tenorem soluta: Ferrariensis enim Episcopus, ad quem sonat superscriptio, non interrogaverat Innocentium, an Matrimonia Fideles sint Sacramenta & quae? sed an, sicut in casu Paulino, Mulier ad fidem conversa potest ab Infideli discedere Marito, & alteri nubere; etiam vinculum conjugale dissolvatur altero Conjugum Fidelem in haeresim lapsa? Verba sunt Summaria, quod fieri non posse, ex dicta ratione docet ibi Innocentius. Ceterum ex dictis N. 5. constat, Gratianum per Matrimonium ratum, non aliud intelligere, quam quod nunc appellamus consummatum.

218. Replicant. Hoc ipso quod Matrimonium à Christo sit elevatum in Lege gratiae in Sacramentum, omne Matrimonium post Sacram Baptisma susceptum, & consequenter etiam clandestinum videtur esse Sacramentum, & consequenter Contrahentes ejusdem, ut Sacramentum est, sunt Ministri.

Sed

Sed Matrimonium Fidelem posse esse verum ac legitimum in ratione Contractus, quin Sacramentum sit, speciali questione defendant Patroni nostrae sententiae. Est ergo Matrimonium Fidelem Baptizatorum in Sacramentum elevatum à Christo transitive, hoc est, ita ut possit fieri Sacramentum, si forma à legitimo Ministro prolata super Contractum Civilem, qui est materia, accedat, & intransitive, ita ut ipse Contractus Civilis ab hominibus profanis, sub solis verbis profanis initus, se ipso sit Sacramentum, N. Paritatem manifestam habemus in Penitentia, quae in nova Lege pariter ad dignitatem Sacramenti à Christo evecta est, non intransitive, quasi ille, qui in cubili suo compungitur, admittet sibi Sacramentum Penitentiae; sed transitive, quod nempe, si salutari Confessione accedat forma à Ministro Ecclesiae super eam tanquam materiam debita intentione prolata, fiat Sacramentum. Neque ex hoc, quod Tridentinum citato cap. primo irritet Matrimonia in ratione Contractus Civilis, limites suae potestatis excedit: merito enim Canone 12. damnat eos, qui negant causas Matrimoniales pertinere ad Judices Ecclesiasticos, sive ipsa Matrimonia contractum fuerit verum Sacramentum, sive non fuerit; quia nempe tenentur omnes Christiani eo ritu celebrare Nuptias, qui necessarii est, ut ipsis accedat dignitas Sacramenti, & consequenter ad Ecclesiam pertinet judicare de iis, qui hoc ritu non utuntur.

219. Obijciunt III. Si Sacerdos esset Minister hujus Sacramenti, verba ab eodem prolata, *Ego vos Conjungo, &c.* essent ejusdem Sacramenti forma: igitur illa deberent semper adhiberi in contractu Matrimonii. Nec valet, si dicas, sufficere, si his aequalentia adhibeantur; nam contra est primo. Hoc ipso, quod Trid. adhibitionem aliorum verborum juxta consuetudinem cujusque Dioecesis

permiserit, tacite censere videtur, ea non pertinere ad substantiam, sed ad nudam solemnitatem Sacramenti. Contra est secundo, quod, teste Simonetto supra N. 190. relato; in quibusdam Ritualibus reperiantur haec tantum verba à Sacerdote pronuntianda: *Quod Deus conjunxit, homo non separat*, quae certe nihil commune habent cum illis: *Ego vos Conjungo, &c.* Tantam porro varietatem Ecclesia non tolerasset, multoque minus cujuslibet Provinciae arbitrio permisisset, si existimasset per verba à Sacerdote prolata confici Sacramentum Matrimonii. Sunt qui insuper hoc idem argumentum confirmant exemplo secundarum Nuptiarum, quae quatenus valide & licite contrahantur; attamen prohibentur benedici, tam apud Latinos, quam apud Graecos: igitur Sacerdotis benedictio non est necessaria ad Matrimonii Sacramentum.

Resp. approbando responsum ad argumentum datum. Ad primam replicam dico, ex ea ad summum inferri, Tridentinum ex hac limitatione suae scripturae formae voluisse praesentem questionem indecisam relinquere, quod ultro fatemur; quamquam, ut supra N. 190. jam innuimus, ex varietate verborum in formis Sacramentorum à diversis Ecclesiis adhibitis, atque ab universali Ecclesia permittis, modo in sensu convenienti, non recte arguatur, eas non esse Sacramentorum formas. Per quod patet ad secundam replicam, ad quam id solum fatetur, majorem hanc verborum à Sacerdote proferendum, dum Sponsi Matrimonium coram illo ineunt, varietatem, atque generaliorum illam Tridentinali permissionem, ut Sacerdos vel alius utatur verbis juxta receptum uniuscujusque Provinciae ritum, causam esse, quod etiam contraria sententia sit probabilis: interim tamen probabilioritas alterutrius non est desumenda ex Synodis generalibus, utpote quas licet hanc scholasticam nec

deh-



definitive, nec alterutri sententia suffragium ferre voluisse in comperto est, sed ex aliis rationibus à nobis in probatione conclusivis adductis.

Ad Confirmationem Resp. cum Sanctissimo L. cit. hoc argumentum inane esse ac fallax; cum Ecclesia tam Latina, quam Græca secundo nubentibus non interdicit benedictionem essentialem seu copulationem; sed illam accidentalem, quæ continetur in Missa pro Sponso & Sponsa, de qua egimus supra.

220. Solidior ergo est objectio, quam quarto loco ex Sanctissimo proferimus. In locis, in quibus Tridentinum jam est promulgatum, non raro contingit Virum & Examinam Matrimonium inter se contracturos inopinantem Parochum adire, & coram eo, quamvis invito, & reluctantante, ac duobus testibus, ibidem sortuito alantibus, mutuum in Conjugium consensum exprimere, atque inde statim se subducere, quin Parochus ullum, nisi fortasse objuratorem verbum, protulerit; quod Matrimonii genus vulgo Gallicè dicitur à la Gaulmine, quod à Viro hujus nominis celebratum ac fortassis primo attentatum sit apud illos. Jam ejusmodi Matrimonium in sententia Melchioris Cani est validum in ratione contractus, sed ob defectum Sacerdotalis benedictionis non est Sacramentum: ne itaque sic copulati perpetuo careant gratia, quæ ex Sacramento Matrimonii in Contractu derivatur, deberet Ecclesia illos compellere, aut saltem hortari, atque inducere ad suum contractum legitime, consuetique adhibitis sacris ritibus, iterum renovandum coram eodem Parocho, cujus verbis fiat Sacramentum. Atque ob eandem rationem coram Sacerdote, aut præciperet, aut saltem inflaurari curaret clandestina Conjugia in locis inita, ubi Tridentini Decretum non est receptum. Cum autem in neutro casu Conjugii renovationem ab Ecclesia urgeri videamus; non temere inde conjicimus, utrumque

contractum, quamquam Sacerdotis benedictione non obligatum, jam ab Ecclesia haberi pro Sacramento. Confirmatur I. ex eo, quod illi, qui Matrimonium contrahunt juxta præscriptam à Tridentino formam, cum occulto tamen impedimento dirimente, eo per dispensationem sublato, non teneantur rursus contrahere, Parocho benedicente, ac verba consueta proferente; sed sufficit, si etiam inter se contrahant, vel affectum maritalem signo aliquo exteriori sibi mutuo tellentur, quemadmodum declaravit S. Pius V. telle Navarro cap. 22. Manualis N. 7. ergo idem quod prius. Confirmatur secundo ex eo, quod Alexander III. parte 6. Appendicis Concilii III. Later. c. 8. declaraverit, ratum esse Matrimonium sine benedictione, imo & sine presentia Parochi, modo adsit ejus Notarius, qui cere meri testis, non Ministrum Personam sustinere potest. Denique Cardinales Præpositi interpretationi Concilii Tridentini declaraverunt: *Vesum ac ratum esse Matrimonium, etiam si Parochus nulla proferat verba, imo et si ipse desentiat, & invitus presens adsit, dum Contrahentes mutuo sibi dant, & accipiunt fidem.* Eas Cardinalium Declarationes exhibet editio Concilii Trid. Lugduni facta pag. 427. & 428.

Respondeo, concedendo in casu posito contrahi verum Matrimonium in ratione Contractus Civilis, non autem in ratione Sacramenti. Ad argumentum in oppositum dico I. ideo Ecclesiam nequaquam sollicitam esse de prædictis Conjugis debito ritu inflaurandis, quia contractus Conjugii semel valide initus, nisi, cum iniretur, Sacramenti naturam induerit, nunquam deinde poterit Sacramentum fieri: quod docet Durandus, Vasquez, alique contra alios Theologos; & patet inductione aliorum Sacramentorum, in quibus materia & forma debent simul poni.

221. Sed dices. Eo ipso quod con-

tra-

trarium multi sentiant, in hac dubietate non negligeret Ecclesia Fideles urgere, ut in prædictis rerum eventibus sua Comunità debito modo renovarent, ne frustrarentur ad minimum spe consequendæ gratiæ, quæ saltem in multorum probabili & communiori sententia ex contractus iteratione ipsis obveniret.

Respondeo ad hanc replicam, quam Sanctissimus nositer in rem Adversæ Sententiæ (nullius interea Patronus (profert, Ecclesiam, cujus ipse Caput visibile, ac Moderator Supremus existit, ab hac œconomia ex eodem Concilio, quod ille suppeditat Synodis particularibus, abstinere, ne nimirum hoc jubendo nimium quantum faveat nostræ sententiæ, anasque nobis præbeat Adversariis objiciendi, sententiam nostram tacito ipsius sentimento esse definitam. Si enim sententiæ particularium Ecclesiarum in rem nostram prolatas tantopere jactamus, ut à similibus loquendi formulis abstinendum illis impollerum jubeat prudentissimus Pontifex: quid heret, si dictam praxim tam aperte prodentem, Ecclesiam censere Parochum esse Sacramenti Matrimonii Ministrum, illis ob oculos ponere valemus? Per quod patet Responso ad primam confirmationem; mavult enim Ecclesia ob dictam rationem, & alia magni sane momenti incommoda, quæ sequerentur, si tales putatissimi Conjuges deberent à Parocho copulari, atque à Moralibus enumerantur; mavult, inquam, similes probabili periculo non consequendi gratiam Sacramentalem exponere, quam causam certam enarratorum incommodorum præbere. Præsertim cum Deus per gratias auxiliantes gratiam Sacramentalem supplere possit: quod apparet manifeste in voventibus castitatem, qui ad illam servandam nulla gratia Sacramentali fulciuntur, & tamen difficiliter præconjugatis certamen ineunt ac sustinent. Quamquam totum hoc argumentum in rem nostram potius verti possit, cum

Tom. II.

Episcopi florentissimæ Ecclesiæ Gallicanæ poena Excommunicationis animadvertant in eos, qui sic contrahunt, ac post impositam & impletam poenitentiam compellant, ut rursus coram Sacerdote benedicente juxta ritum Ecclesiæ contrahant; & ipsi Judices Sæculares, postquam pronuntiarunt circa valorem & firmitatem Contractus Civilis, remittunt episcopi Conjuges ad Episcopos & Parochos, ut ab iis Poenis Canonicis puniantur, & juxta Leges Ecclesiasticas in Matrimonium, quatenus Sacramentum est, rursus conjungantur, facta Notariis, seu Scribis publicis prohibitione, ne admittant contractum conjugalem per verba de presentia, eumque in tabulis publicis referant, Parocho benedictionem Ecclesiæ recusante, teste Tournelio: qui si vera dicit, nostræ Sententiæ Gallicanæ Ecclesiæ concinit praxis. Quam cur non possint imitari altaram Ecclesiarum Præsules?

Unde ad secundam Confirmationem Respondeo, objectionem falso supponere, Notarios illos fuisse Laicos; non enim erant Laici, sed Clerici, sicut colligitur ex lib. Sacramentorum Gregorii pag. 70. editionis Menardi, cujus notas vide ibidem pag. 98. aliisque antiquitatis monumentis, in historia Ecclesiastica versatis apprime notatis.

Ad declarationes Cardinalium, quæ juris publici factæ sunt, ajo, illas nullius ponderis & auctoritatis esse, neque fidem eis esse adhibendam, uti declaravit Urbanus VIII. An. 1631. die 2. Augusti. Declararunt & ipsi Cardinales An. 1621. die 29. April. & 6. Junii. Imò in Indicem libror. prohibiti. sunt relata. Nec valet replica Liberii à Jesu, facile nimirum esse, similes declarationes in forma authentica proferre ex ipso Cardinalium Archivo. Respondeo enim citatam declarationem mihi exhibenti, illam loqui de Matrimonio, ut Matrimonium est, prescindendo à ratione Sacramenti: quo in

Cec

len-



sensu totam ultro admitto esse veram ; quia in illo casu revera subsistit Matrimonium ; eam autem ita intelligendam esse , ex eo eviaco , quia cum ipsum Concilium circa præsentem litem scholasticam non tantum nihil definiiverit , sed insuper præmeditate nihil definire voluerit ; multo minus Cardinales illius interpretes censendi sunt rem in favorem Adversariorum declarasse ; & si denique hoc fecerunt , mentem Concilii non attigerunt ; consequenter hoc in casu à vobis descendendi. Quoniam essi lib. 1. Tit. 7. §. 1. declarationibus his authentice productis vim legis inesse sustinuerimus ; Cardinales tamen ipsos in attingendo sensu Concilii Tridentini infallibiles esse nullatenus propugnavimus. His itaque perpetratis probabilior multo videtur sententia docens, Ministrum Sacramenti Matrimonii esse Sacerdotem , & illique , qua privatus Doctor videtur subscribere ipse Sanctissimus Dominus Noster BENEDICTUS Papa XIV. dum in sua Constitutione data die 17. Novembris Anno 1741. quæ incipit : Sa-

tis vobis compertum est , §. 8. & 9. ita scribit : Quod attinet ad Ministrum secreti Matrimonii volumus ad id munus deputari Parochum alterius ex Contrahentibus , quem notitia Personarum , experientia , & diuturnus rerum usus quovis Sacerdote extraneo peritorem effectisse præsumuntur. Si qua tamen vobis occurrerent circumstantiæ , quæ alium Sacerdotem exposcere videantur ; gravi impellente causa is Sacerdos à vobis eligatur , qui probitate & doctrina , & obeundi muneris peritia commendetur. Uni tamen , aut alteri Sacramenti Ministro districte præcipiatur , ne Matrimonio interstet , nisi prius paterna caritate Conjuges in Domino monuerit , sobolem præcreandam regenerari quam primum oportere Sacro Baptismatis lavacro. Hæc veritatis solius inquirenda gratia , non disceptandi libidine ventilata sunt ; præsertim ut Fideles reverentia debita ad hoc Sacramentum accedant , juxta mentem Sacri Concilii Tridentini.

FINIS LIBRI IV. DECRETALIUM.







UAN

IDAD AUTÓNOMA DE NUEVO  
CCION GENERAL DE BIBLIOTEC